7. nes y hembras, subdiáconos y lectores, y también cantores y ostiarios, esté reducido al estatuto, según lo llaman, de cada iglesia, que en lo antiguo se ordenó por los edificadores de las iglesias, y no se agregue en el intermedio absolutamente ninguno. Y nosotros mismos cuidaremos de no hacer semejante cosa, y de reducir los que enviemos para ser ordenados, y ninguno de nuestros jueces haga alguna de estas cosas, por temor á nuestra ley, y tenga licencia el beatísimo arzobispo y patriarca de esta real ciudad para oponerse á la ordenación, aunque el mandamiento provenga del palacio; porque incurrirán en pena eclesiástica, si alguna cosa tal hicieren, así el que la manda como aquel á quien se le manda. Pero tampoco en las otras iglesias, que no tienen emolumento y expensas de la santísima iglesia mayor, es permitido introducir muchedumbre de los que hayan de ser ordenados, ni pasar en lo sucesivo del límite establecido en un principio también respecto á ellos, á fin de que tampoco acaso los que en ellas son consagrados, llegando á una inmensa muchedumbre, dividiéndose las rentas para ellos establecidas por los que obraron piadosamente, y viendo que por ello no bastan para el número de los mismos, caigan en extremada estrechez. Mas si excediéndose del límite fijado en la santísima iglesia mayor, ó en otra iglesia, ordenara el que á la sazón fuera santísimo obispo de la muy santa iglesia mayor, y los ecónomos de la misma venerable iglesia hubieren sufragado el gasto con rentas eclesiásticas, paguen de sus propios bienes el gasto ellos mismos y el beatísimo patriarca que les hubiere permitido gastar esto. Porque sepan, que si hubieren hecho alguna cosa como esta, les damos licencia tanto á los santísimos patriarcas, que sucedieren á los que hagan aquella cosa, como á los posteriores ecónomos, y á todos los demás reverendísimos clérigos, para investigar tales cosas, prohibir las que se hayan hecho é indicárselas al Emperador, para que, conociendo en ello mande que esto sea resarcido á la santísima iglesia con bienes de los ecónomos que tales cosas hagan ó también del arzobispo que las permita. Por tanto, á fin de que acaso no se produzca de nuevo alguna tal confusión y perturbación en esto, reducida la cosa á la medida establecida al principio, sea entonces lícito ordenar en tanto que no se pase de la medida fijada, ni se exceda del número, ni se cometa en esto algún dolo. Porque de ningún modo consentimos que se haga esto, de suerte que se diga que habrá ciertamente licencia para ordenar, pero no para dar emolumentos; porque esto es propio de los que de nuevo producen la confusión y de los que con la desmesurada agregación constituyen segundas corporaciones, con lo que también después habrá en esto muchos fraudes, á fin de hallar para sí mismos otras vías de avaricia para los gastos de los alimentos. Y así, pues, prohibimos en absoluto que se haga esto, aun bajo la pena que se llama eclesiástica, considerando que es de muy grande utilidad que la santísima iglesia mayor ni esté sujeta á deudas, ni pase estrecheces, ni carezca á perpetuidad, sino que viva siempre en la abundancia.

(10) sive aliarum ecclesiarum ordine, *Trid.;* sive alterarum ecclesiarum ordinetur, *Port.*
(11) quaestibus, *Trid., y Port*
(12) *Trid.;* de sua et, *Port., y Cont.*
(13) habebit causas circumventionis, *Trid., y Port.*
(14) angustietur neque perpetua aedificia, *Trid.;* angustietur perpetuo aedificio, *Port.*

Cap. III

Sicut autem de his expensam determinavimus, ita congruet pro tempore sanctissimum patriarcham et reverendissimos oeconomos considerare, ut aliae expensae, quae fiunt ex ecclesiasticis quaestibus, circa pios erogentur actus et deo placentes, et illis haec ministrentur, qui pro veritate egent, et non habent aliunde alimentorum occasionem (hoc enim dominum deum placat), et non patrociniis et studiis hominum ecclesiasticas expensas hominibus locupletibus distribuant, et ideo (1) inopes necessaria non mereantur. Sciant autem deo amabiles oeconomi, et qui nunc, et per tempora futuri sunt, quia, si quid praeter haec egerint, et divinis suppliciis subiacebunt, et ex sua substantia indemnitatem sanctissimae procurabunt ecclesiae.

Epilogus

Beatitudinem igitur tuam, quae ab initio et ex infantili paene aetate in sacro omni ordine et schemate sanctissimam ordinavit ecclesiam, ex sacro utique genere descendentis (2), haec custodire continue sancimus, scientes (3), quia non minus nobis curae est (4) horum, quae sanctissimis ecclesiis prosunt, quam ipsius animae.

Dat. XVII. Kal. April. (5) DN. Belisario V. C. Cons. [535.]

CONST. IV (6)

DE FIDEIUSSORIBUS ET MANDATORIBUS, ET SPONSORIBUS (7), ET SOLUTIONIBUS

(Coll. I. tit. 4.)

Imp. Iustinianus *A.* Ioanni, *gloriosissimo praefecto sacrorum praetoriorum.*

Praefatio

Legem antiquam positam quidem olim, usu vero, nescimus quemadmodum, non approbatam, per causas autem semper exquisitas atque necessarias apparentem, rursus revocare (8) et ad rempublicam reducere bene se habere putavimus, non simpliciter eam, sicut iacebat, ponentes (erat enim quaedam eius pars omnino non discreta), sed cum competenti et deo placito distribuentes augmento.

Cap. I

Si quis igitur crediderit, et fideiussorem, aut mandatorem, aut sponsorem acceperit, is non primum adversus mandatorem, aut fideiussorem, aut sponsorem accedat, neque negligens debitoris intercessoribus molestus sit, se veniat primum ad eum, qui aurum accepit debitumque contraxit. Et si quidem (9) inde receperit, ab aliis abstineat (quid enim ei in extraneis erit a debitore completo?); si vero non valuerit a debitore recipere aut in par-

Capitulo III

Mas así como sobre esto hemos determinado los gastos, así será conveniente que los que á la sazón sean santísimo patriarca y reverendísimos ecónomos procuren que los demás gastos, que se hacen de las rentas eclesiásticas, se inviertan en actos piadosos y gratos á Dios, y que se les suministren á los que en verdad están necesitados, y no tienen otra cosa para alimentarse (porque esto aplaca al Señor Dios), y que por favor y empeños de los hombres no se distribuyan los fondos eclesiásticos á hombres ricos, de suerte que los pobres no obtengan lo necesario. Pero sepan los ecónomos amados de Dios, así los actuales como los que haya de haber en lo futuro, que contra esto hubieren hecho alguna cosa, que quedarán sujetos á las penas divinas, y procurarán indemnización á la santísima iglesia con sus propios bienes.

Epílogo

Por tanto, mandamos, que tu beatitud, que desde un principio y casi desde la edad infantil dirigió la santísima iglesia en todo el sagrado orden y disposición, descendiente, á la verdad, de sacro linaje, guarde perpétuamente estas disposiciones, sabiendo que no menos nos cuidamos de lo que es provechoso para las santísimas iglesias, que de lo que para el alma de la misma.

Dada á 17 de las Calendas de Abril, bajo el consulado del señor Belisario, varón muy esclarecido. [535.]

CONSTITUCION IV

DE LOS FIADORES Y MANDANTES, DE LOS QUE PROMETEN, Y DE LOS PAGOS

[Colección I. titulo 4.]

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Juan, *gloriosísimo Prefecto de los sacros Pretorios.*

Prefacio

Hemos considerado que era conveniente restablecer de nuevo y volver á la república una antigua ley dada ciertamente en otro tiempo, pero no mantenida en uso, no sabemos cómo, aunque relativa á causas siempre discutidas y necesarias, no restableciéndola simplemente, según se hallaba, (porque alguna parte de la misma no estaba por completo exenta de confusión), sino distribuyéndola con aumento conveniente y grato para Dios.

Capitulo I

Así, pues, si alguno hubiere dado á crédito, y hubiere recibido fiador, ó mandante, ó prometedor, no se dirija él primeramente contra el mandante, ó el fiador, ó el prometedor, ni prescindiendo del deudor sea molesto para los fiadores, sino diríjase primero contra el que recibió el dinero y contrajo la deuda. Y si verdaderamente lo hubiere recobrado de él, absténgase de molestar á los demás, (porque ¿qué tendrá contra los demás habiendo sido satis-

(1) *Port.;* adeo, *Trid.;* ita ut inde, *Cont.*
(2) *Trid.;* quae et ex sacrato utique genere descendit, *Cont.*
(3) *Trid.:* scientem, *Port., y Cont.*
(4) *Trid.;* minor nobis cura est. *Port., y Cont.*
(5) *Scrimg.;* XIX. Kal. Apr., *Coll. const. eccl.*
(6) *Hal. y Scrimg.—La constitución griega se halla integra en las Bas. XXVI. 2. 1.—Iulian. const. 3.— El texto es el de la versión de la antigua glosa.*
(7) *Trid., y Port.;* et, *omitela Cont. poniendo* sponsoribus *entre paréntesis.*
(8) *Trid., y Cont.:* rursus advocare, *Port.*
(9) quid, *Trid., y Port.*

tem, aut in totum, secundum quod ab eo non potuerit recipere, secundum hoc ad fideiussorem, aut sponsorem, aut mandatorem veniat, et ab illo quod reliquum est sumat. Et si quidem praesentes ei consistant ambo, et principalis, et intercessor, et aut mandator, et sponsor, hoc omni servetur modo; si vero intercessor, aut mandator, aut qui sponsioni se subiecerit adsit, principalem vero abesse contigerit, acerbum est creditorem mittere alicubi (1), quum possit mox intercessorem aut mandatorem aut sponsorem exigere. Sed et hoc quidem curandum est a nobis possibili modo; non enim erat quoddam hic antiquae legi datum pro sanatione remedium, cum utique (2) Papinianus maximus fuerit, qui haec (3) primitus introduxit. Probet igitur intercessorem aut sponsorem aut mandatorem, et causae praesidens iudex det tempus intercessori (idem est dicere sponsori et mandatori) volenti principalem deducere, quatenus ille prius sustineat conventionem, et sic ipse in ultimum subsidium reservetur (4), sitque solatio intercessori et (5) sponsori et mandatori in hoc quoque iudex; fideiussoribus enim et tabulis prodesse sancitum (6) est, ut illo deducto interim conventione liberentur, qui pro eo in molestia fuerunt. Si vero tempus in hoc indultum excesserit (convenit namque etiam tempus definire iudicantem), tunc fideiussor aut mandator aut sponsor exsequatur litem, et debitum exigatur contra eum, pro quo fideiussit, aut pro quo mandatum scripsit, aut sponsionem suscepit, a creditore (7) actionibus sibi cessis.

fecho por el deudor?); mas si no hubiere podido cobrar del deudor ó parte ó la totalidad, diríjase, por tanto cuanto no hubiere podido cobrar de él, contra el fiador, ó el prometedor, ó el mandante, y cobre de éste lo que resta. Y obsérvese de todos modos esto, si verdaderamente estuvieran presentes ambos, así el deudor principal como el fiador, ó el mandante y el prometedor; mas si estuviera presente el fiador, ó el mandante, ó el que se sujetó á promesa, pero aconteciere que estaba ausente el deudor principal, es duro remitir á otra parte al acreedor, pudiendo cobrar inmediatamente del fiador, ó del mandante, ó del prometedor. Pero esto ha de ser ciertamente procurado por nosotros de la manera posible; porque no se había dado en este caso por la ley antigua algún remedio para la salvación, habiendo sido ciertamente el muy grande Papiniano el que primeramente lo introdujo. Así, pues, designe al fiador, ó al prometedor, ó al mandante, y el juez que presida en la causa déle tiempo al fiador (y lo mismo es decir al prometedor y al mandante), que quiera presentar el deudor principal, á fin de que él conteste primeramente la demanda, y de este modo quede él reservado para último subsidio, y préstele también en esto el juez amparo al fiador, al prometedor, y al mandante; porque se dispuso que les favoreciera á los fiadores y á tales personas, de suerte que, presentado aquél, queden entretanto libres de la demanda los que por él sufrieron molestia. Mas si hubiere transcurrido el tiempo concedido para esto, (porque es conveniente que también el juez fije tiempo), en este caso conteste la demanda el fiador, ó el mandante, ó el prometedor, y exíjase la deuda, cediéndosele á él las acciones contra aquel por quien salió fiador, ó por el que escribió el mandato, ó tomó á su cargo la promesa.

Cap. II

Sed neque ad res debitorum, quae ab aliis detinentur, veniat prius, antequam transeat viam super personalibus contra mandatores, et fideiussores, et sponsores, sicque ad res veniens principalis debitoris, sive ab alio detineantur, et detinentes eas conveniens, si neque inde habuerit satisfactionem, tunc veniat adversus res fideiussorum, et mandatorum, et sponsorum; idem est dicere, vel si quosdam habuerint homines ipsis (8) sibimet obligatos, et qui hypothecariis actionibus sibi teneri possint. Contra principales tamen et exsistentes apud eos res (sive personalibus, sive hypothecariis mox, sive ambabus uti voluerit) omnem ei damus licentiam, quae dudum a nobis dicta (9) est, et viam et ordinem in aliis personis casibusque sancitam. Et non solum hoc in creditoribus dicimus, sed etiam si quis emerit aliquid ab aliquo, deinde acceperit eum, quem vocant confirmatorem, et moveatur in aliquo venditionis conventio contra venditorem facta, non adversus confirmatorem mox emtor accedat, neque tenentem aliquid rerum venditoris, sed adversus venditorem prius, et sic adversus (10) confirmatorem, et tertio loco contra detentorem. Eadem etiam hic exsistente divisione super praesentibus et absentibus, quam dudum in fideiussoribus et mandatoribus et sponsoribus ac creditoribus causa debitorum sancivi-

Capitulo II

Mas no se dirija contra los bienes de los deudores, que son retenidos por otros, antes de pasar por las acciones personales contra los mandantes, los fiadores, y los prometedores, y dirigiéndose de este modo contra los bienes del deudor principal, aunque sean retenidos por otro, y demandando á los que los retienen, si tampoco así hubiere obtenido el cobro, diríjase en este caso contra los bienes de los fiadores, de los mandantes, y de los prometedores; y lo mismo se ha de decir, también si tuvieren á algunos indivíduos obligados á ellos mismos, y los cuales puedan estarles obligados por acciones hipotecarias. Mas contra los deudores principales y contra los bienes existentes en poder de ellos, (ya si quisiere utilizar las acciones personales, ya si después las hipotecarias, ya si ambas), le damos toda la licencia, que antes fué concedida por nosotros, y el camino y el orden establecidos respecto á las demás personas y casos. Y no decimos esto solamente en cuanto á los acreedores, sino que también si alguien hubiere comprado de otro alguna cosa, y después hubiere recibido el que llaman confirmador, y sobre algún punto de la venta se promoviera cuestión habiéndose formulado demanda contra el vendedor, no se dirija el comprador inmediatamente contra el confirmador, ni contra el que retiene alguno de los bienes del vendedor, sino primeramente con-

(1) *Trid., y Port.;* alio, *Cont.*
(2) *Trid., y Port.;* quamvis, *Cont.*
(3) *Trid.;* hoc, *Cont.*
(4) *Trid., y Port.;* servetur, *Cont.*
(5) *Trid., y Port.;* aut, *Cont.*

(6) *Trid., Port., y Cont.: éste al márgen,* sanctum est.
(7) *Trid.;* creditoribus, *Port., y Cont.*
(8) habuerit homines ipsi, *Trid., y Port.*
(9) *Trid.;* data, *Port., y Cont.*
(10) *Trid.;* ad, *Port., y Cont.*

mus; similiter obtinente etiam in aliis contractibus, in quibus fideiussores aliqui, aut mandatores, aut sponsores accipiuntur, et in ipsis principalibus ex utroque (1), et in heredibus eorum et successoribus. Antiqua siquidem lex haec valeat rursus, et cum huiusmodi iustitia atque divisione nostros subiectos foveat.

tra el vendedor, y después contra el confirmador, y en tercer lugar contra el que retiene. Existiendo también aquí la misma división entre presentes y ausentes, que antes sancionamos por causa de los deudores respecto á los fiadores, y á los mandantes, y á los prometedores y á los acreedores; observándose de igual modo también en los demás contratos en que se admiten algunos fiadores, ó mandantes, ó prometedores, tanto respecto á los mismos principales de una y otra parte, cuanto respecto á sus herederos y sucesores. Tenga, pues, nuevamente validez esta antigua ley, y favorezca á nuestros súbditos con su justicia y distinción.

Cap. III

Quod autem de cetero humanis auxiliatur curis, licet quibusdam creditoribus non forte sit gratum, a nobis tamen propter clementiam sancitur. Si quis enim mutuaverit aurum, debitoris substantiae credens, at ille ad restitutionem auri non sit idoneus, substantiam autem immobilem habeat, verum creditor ardeat aurum omnimodo quaerens, illi vero non sit facile, neque ulla mobilis substantia: damus (2) creditori licentiam volenti immobiles res accipere pro auro. Sed si nec quispiam emtor immobilium eius rerum adsit, creditore frequenter etiam divulgante, quoniam subiacent debitoris res, et ob hoc terrente adire volentes emtionem, tunc in hac quidem felicissima civitate gloriosissimae nostrae reipublicae iudices secundum unicuique concessam a lege et a nobis iurisdictionem, in provinciis autem gentium praesides praeparent, subtili aestimatione facta rerum debitoris, dari secundum quantitatem debiti possessionem immobilem creditoribus cum tali cautela, cum qua debitor dare possit. Rerum vero datio sit huiusmodi: quaecunque quidem meliora sunt, dentur creditori, quae vero deteriora, apud debitorem post debiti solutionem manere sinantur. Etenim non erit iustum, dantem quidem aurum, recipere autem aurum non valentem, sed coactum suscipere possessionem immobilem, non saltem meliora (3) rerum debitoris percipere, et per hoc habere consolationem, quia si aurum non recipit, aut alia rerum, quae portari possunt, tamen licet ei possessionem non inutilem habere. Sed hoc quidem sit clementia quaedam (4) clara legis. Agnoscant autem creditores, quia, etsi hanc non scripsissemus legem, necessitatis ratio ad hanc causam (5) perduceret. Si enim non sit idoneus pecuniarum debitor, nec ullus emtor sit, nihil aliud facturus erat, quam propriis bonis cedere, et rursus res ad creditorem merito venirent aurum percipere non valentem. Quamobrem quod cum iniuria et effectu acerbo perduceret creditorem et debitorem, hoc nos clementer simul et legaliter decidentes et infelicibus debitoribus auxiliamur, et acerbis (6) creditoribus non apparebimus duri (7), causam eis deputantes, ad quam, si permanerent inobedientes, tamen modis omnibus advenirent. Si itaque creditor paratus est praeparare quendam emtorem, necessitatem habere debitorem hoc agere, praebentem huiusmodi cautionem arbitrio iudicantis, qualem omnimodo est dare possibile. Undi-

Capítulo III

Mas aquello con que por lo demás se auxilia á los cuidados humanos, aunque acaso no sea grato para algunos acreedores, es, no obstante, sancionado por nosotros por razón de clemencia. Porque si alguno hubiere dado en mútuo dinero, confiando en los bienes del deudor, mas éste no fuera solvente para la restitución del dinero, pero tuviera bienes inmuebles, y el acreedor apremiara reclamando de todos modos dinero, pero á aquel no le fuera fácil tenerlo, ni tuviera ningunos bienes muebles, le damos licencia al acreedor, que quiera, para recibir bienes inmuebles en lugar de dinero. Mas si no se presentara ningún comprador de los bienes inmuebles de aquél, divulgando también con frecuencia el acreedor, que están obligados los bienes del deudor, y atemorizando con esto á los que quieren acudir á la compra, en este caso procuren en esta felicísima ciudad los jueces de nuestra gloriosísima república conforme á la jurisdicción á cada cual concedida por la ley y por nosotros, y en las provincias los presidentes de las gentes, que, hecha escrupulosa estimación de los bienes del deudor, se les dé á los acreedores posesión de inmuebles con arreglo á la cuantía de la deuda con la misma caución con que pueda dar el deudor. Mas hágase de este modo la entrega de los bienes: dénsele al acreedor los que ciertamente son mejores, y déjese que queden después del pago de la deuda en poder del deudor los que son peores. Porque no será justo que el que ciertamente da dinero, pero no puede recobrar dinero, sino que se ve obligado á aceptar posesiones inmuebles, no reciba á lo menos los mejores bienes del deudor, y tenga de este modo el consuelo de que, si no recibe dinero, ú otras cosas que se pueden llevar consigo, le es, sin embargo, lícito tener una posesión no inútil. Pero sea esto verdaderamente una evidente clemencia de la ley. Mas reconozcan los acreedores que, aunque no hubiésemos escrito esta ley, la razón de la necesidad conduciría á este resultado. Porque si el deudor no estuviera provisto de dinero, ni hubiera ningún comprador, no habría de hacer ninguna otra cosa más que ceder bienes propios, y con razón irían otra vez los bienes al acreedor, que no pudiera cobrar en dinero. Por tanto, decidiendo nosotros con clemencia y al mismo tiempo legalmente lo que con injuria y amargo efecto determinaría al acreedor y al deudor, auxiliamos á los infelices deudores, y no les pareceremos duros á los acreedores rigurosos,

---

(1) *Trid., y Port.;* latere, *adiciona Cont.*
(2) *Trid., y Port.:* damus enim, *Cont., poniendo esta cláusula entre paréntesis.*
(3) vel non meliora, *Trid., y Port.*

(4) *Trid.:* fit—quadam, *Port., y Cont.*
(5) *Trid.;* ad hoc causam, *Cont.*
(6) acerbi, *Trid., y Port.*
(7) dari, *Trid., y Port.*

que enim ita creditoribus providendum est, ut non debitores graventur.

§ 1.—Et absolute creditorem ponimus, antiquas sequentes leges, omnem, qui actionem habere contra aliquem potest, licet non sit mutuum gestum, sed alter quidam contractus consistat, argentariorum quippe sponsionibus propter utilitatem contrahentium in ordine moderno durantibus.

Epilogus

Quae igitur a nobis pro cautela subiectorum sancita sunt cognoscens tua eminentia solemnibus programmatibus et hic et in omni ditione fieri manifesta procuret, ut etiam inter gentes agnoscant subiecti, quanta fuerit nobis pro illorum utilitate providentia.

Dat. XVII. Kalend. April. (1) Indict. XIII. Flavio Belisario V. C. Cons. [535.]

CONST. V (2)

DE MONACHIS

(Coll. I. tit. 5.)

Imp. Iustinianus *A.* Epiphanio, *sanctissimo et beatissimo huius regiae urbis felicissimae Archiepiscopo et universali patriarchae.*

Praefatio

Conversationis monachalis vita sic est honesta, sic commendare novit deo ad hoc venientem hominem, ut omnem quidem humanam eius maculam detergat, purum autem declaret, ac rationabili naturae decentem, et plurima secundum mentem operantem, et humanis cogitationibus celsiorem. Si quis igitur futurus est monachus perfectus, indiget et divinorum eloquiorum eruditione, et conversationis integritate, ut tanta dignus factus sit mutatione. Credimus igitur et nos explanare, quod agendum est ab eis, et decertatores eos veros ad sacram viam constituere, et ita nobis intentio praesentis est legis, ut post illa, quae de sanctissimis episcopis sancivimus, et quae de reverendissimis clericis disposuimus, neque quod monachicum est, extra quod competit relinquamus.

Cap. I

Illud igitur ante alia dicendum est, ut omni tempore et in omni terra, si quis aedificare venerabile monasterium voluerit, non prius licentiam esse hoc agendi, quam deo amabilem locorum episcopum advocet, at ille manus extendat ad caelum,

señalándoles un medio, al que, si persistieran en no ser obedientes, llegarían, sin embargo, de todos modos. Así, pues, si el acreedor está dispuesto á procurar cierto comprador, tenga el deudor necesidad de hacer lo mismo, dando á arbitrio del juez tal caución, cual en todo caso es posible dar. Pues siempre se ha de mirar por los acreedores, de suerte que no sean gravados los deudores.

§ 1.—Y en absoluto consideramos acreedor, siguiendo las antiguas leyes, á todo el que puede tener acción contra alguien, aunque no se haya celebrado mútuo, sino que haya algún otro contrato, subsistiendo ciertamente en el actual régimen las promesas de los cambistas por razón de la utilidad de los contratantes.

Epílogo

Por tanto, conociendo tu eminencia lo que por nosotros ha sido sancionado para seguridad de los súbditos, procure que se haga manifiesto aquí y en todo el imperio por solemnes edictos, para que también entre las gentes reconozcan los súbditos cuánta solicitud hemos tenido por la conveniencia de los mismos.

Dada á 17 de las Calendas de Abril, Indicción XIII, bajo el consulado de Flavio Belisario, varón muy esclarecido. [535.]

CONSTITUCIÓN V

DE LOS MONJES

(Colección I. título 5.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Epifanio, *santísimo y beatísimo arzobispo de esta real felicísima ciudad, y patriarca universal.*

Prefacio

La vida del régimen monacal es de tal manera honesta, se conoce que de tal manera encomienda á Dios al hombre que ingresa en ella, que le borra ciertamente toda mancha humana, y lo declara puro, y acomodado á la naturaleza racional, y ejecutor de muchas cosas con juicio, y superior á los pensamientos de los hombres. Si, pues, alguno ha de ser monje perfecto, necesita erudición en las divinas letras, é integridad de su modo de ser, para hacerse digno de tan grande mudanza. Creemos, por lo tanto, que también nosotros debemos explanar lo que por ellos se ha de hacer, y constituirlos verdaderos combatientes para su sagrado camino, y por ello es nuestra intención en la presente ley, después de lo que hemos sancionado respecto á los santísimos obispos, y de lo que hemos dispuesto en cuanto á los reverendísimos clérigos, no dejar fuera del orden competente tampoco lo relativo á los monjes.

Capítulo I

Y ante todo se ha de decir, que en todo tiempo y en toda tierra, si alguien quisiere edificar un venerable monasterio, no tenga licencia para hacerlo antes que llame al obispo de la localidad, amante de Dios, y que éste extienda las manos al cielo, y

(1) Dat. XII. Kal. Iul., *Trid., y Port.;* Dat. ante diem XVII. Kal. April., *Cont.*

(2) *El texto griego se halla en Serimg., y falta en Hal., que solamente tiene la rúbrica y la inscripción. En la Coll. Const. eccl. III. 1. 13. hay un epítome de esta Novela, de la que dan el argumento los Paratitlos al libro I. título 3. de esta colección.—No todos los capítulos se hallan entre los varios de la colección de 87 capítulos.—Iulian. const. 4.—El texto latino es el de la antigua versión de la glosa.—Pithoeus, cód. p. 693., publicó el principio de otra antigua versión, y la dió íntegra Savigny, tomándola de la Coll. Anselm. Lucens.*

et per orationem locum consecret deo, figens in eo salutis nostrae signum (dicimus autem adorandam et honorandam vere crucem), sicque inchoet aedificium, bonum utique quoddam hoc et decens fundamentum ponens. Hoc itaque principium piae venerabilium monasteriorum fabricae fiat.

mediante oración consagre á Dios el lugar, fijando en él el signo de nuestra salud, (nos referimos á la cruz que en verdad ha de ser adorada y honrada), y de esta manera comience el edificio, poniéndole ciertamente este buen y conveniente fundamento. Y hágase así el principio de la piadosa construcción de los venerables monasterios.

Cap. II

Hinc autem nobis etiam de singulis monachis cogitandum est, quo conveniat fieri modo, et utrum liberos solum, an etiam forte servos, eo quod omnes similiter divina susceperit gratia, praedicans palam, quia, quantum ad dei cultum, non est masculus neque femina, neque liber neque servus; omnes enim in Christo unam mercedem percipere. Sancimus ergo sacras sequentes regulas, eos, qui singularem conversationem profitentur, non promte mox a reverendissimis praesulibus venerabilium monasteriorum habitum percipere monachalem, sed per triennium totum (sive liberi forte sint, sive servi) tolerare, nondum monachicum habitum promerentes, sed tonsura et veste eorum, qui laici vocantur, uti, et manere divina addiscentes eloquia, et reverendissimos eorum abbates requirere eos, sive liberi sint sive servi, et unde eis desiderium vitae singularis accesserit, et discentes ab eis, quia nulla maligna occasio ad hoc eos adduxit (1), habere eos inter eos, qui adhuc docentur atque monentur, et experimento percipere eorum tolerantiam et honestatem; non enim facilis est vitae (2) mutatio, sed cum animae fit labore.

§ 1.—Et dum triennio toto ita permanserint (3), optimos semetipsos et tolerabiles aliis monachis et praesuli demonstrantes, hos monachicam promereri vestem atque tonsuram, et sive liberi sint, sine calumnia permanere, sive servi, penitus non inquietari, migrantes ad communem omnium (dicimus autem caelestem) dominum, et arripiantur in libertatem. Nam si in multis casibus etiam ex lege hoc fit, et talis quaedam libertas datur, quomodo non praevalebit divina gratia talibus eos absolvere vinculis? Si vero intra triennium venerit quispiam, et aliquem horum, qui conversationem professi sunt, trahere tanquam servum voluerit (hoc, quod nobis nuper ex Lycia nunciavit Zosimus deo amabilis, vir famosissimus in conversatione, et prope vicesimum et centesimum aetatis agens annum, pollens autem et animi virtutibus et corporis operationibus; tanta quaedam in eo gratia dei floret), si quis igitur, sicut praediximus, intra triennium veniat aliquem in servitutem trahens volentium et perdurantium, ut fierent monachi, et dicat, quoniam abripuit quasdam res, et propterea recurrit ad monasterium, sancimus, eum non promte agere, sed primo probare pro veritate, quia servus est, et pro furto forsan, aut pro (4) vita maligna, aut pro (5) vitiis pessimis fugerit quidem propter suum vitium, ad monasterium autem venerit. Et si quidem verax ostendatur, et apparuerit propter eiusmodi causam monachicam simulans conversationem, aut propter turpitudinem vitae forte diffugiens, et non pro veritate sanctimoniae habitum concupiscens, hunc reddi domino

(1) induxit et, *Trid.*, *y Port.*
(2) hominum, *adicionan Trid.*, *y Port.*
(3) triennio tota ea vita permanserint, *Trid.*

Capítulo II

Mas de una parte se ha de considerar también por nosotros respecto á cada monje, de qué modo es conveniente que se hagan, y si solamente los libres, ó si quizá también los esclavos, porque á todos igualmente los ha acogido la divina gracia, que paladinamente declara que en cuanto al culto de Dios no hay ni varón ni hembra, ni libre ni esclavo; porque todos reciben en Cristo una sola merced. Mandamos, pues, siguiendo las sagradas reglas, que los que hacen profesión de vida singular no reciban inmediatamente de los reverendísimos superiores de los venerables monasterios el hábito monacal, sino que esperen con paciencia durante todo un trienio, (ya si acaso fueran libres, ya si esclavos), sin merecer todavía el hábito monacal, pero usen la tonsura y el vestido de los que son llamados láicos, y permanezcan aprendiendo las divinas letras, y pregúntenles sus reverendísimos abades, tanto si son libres como si esclavos, de dónde les haya venido el deseo de la vida singular, y sabiendo por ellos que ninguna maligna ocasión los llevó á esto, ténganlos entre los que todavía son enseñados y amonestados, y descubran con experimentos la tolerancia y la honestidad de los mismos; porque no es fácil el cambio de vida, sino que se hace con la labor del alma.

§ 1.—Y si durante todo el trienio hubieren permanecido así mostrándose muy buenos y tolerables para los otros monjes y para el superior, merezcan ellos el hábito monacal y la tonsura, y si fueran libres permanezcan exentos de calumnia, y si esclavos, no sean de ningún modo molestados, al pasar al dueño común de todos, (queremos decir, al celestial), y sean arrancados para la libertad. Porque si en muchos casos se hace esto también por virtud de la ley, y se da esta cierta libertad, ¿cómo no prevaldrá la divina gracia para desligarlos de tales vínculos? Mas si dentro del trienio viniere alguien y quisiera llevarse como á esclavo á alguno de los que hicieron profesión de esta vida, (lo que hace poco nos comunicó de Licia Zosimo, amante de Dios, varón famosísimo en el género de vida, y que tenía cerca de ciento veinte años de edad, pero que era vigoroso así por las virtudes del alma, como por los ejercicios del cuerpo, pues tanto florece en él la gracia de Dios), si pues, como antes hemos dicho, viniera alguien dentro del trienio para llevarse á la esclavitud á alguno de los que quieren y perseveran en ser hechos monjes, y dijera, que porque robó algunas cosas recurre al monasterio, mandamos que él no ejercite inmediatamente la acción, sino que primeramente pruebe la verdad de que es esclavo, y de que quizá por un hurto, ó por su mala vida, ó por muy malos vicios ha huído á causa ciertamente de su vicio y se ha dirigido al monasterio. Y si en realidad se mostrara veraz, y apareciere que simuló su vida monacal por semejante causa, ó que huyó acaso por razón de lo torpe de su

(4) *Trid.*: pro, *omítela Cont.*
(5) *Trid.*: pro, *omítela Cont.*

cum quibus forsan abripuit, si tamen haec (1) etiam in monasterio fuerint; eum vero, qui dominus approbatur, dare ei iusiurandum, quia nihil mali ei faciet, et suscipere atque eum reducere domum.

§ 2.—Si vero is quidem, qui dicit se esse dominum, nihil tale probaverit, et appareat is qui in talibus accusatur, ex ipsa conversatione honestus ac mitis, et forsan testimonium habeat aliorum, quod etiam apud dominum consistens disciplinatus fuerit et honestatis amator, etsi nondum forte completum est triennii tempus, attamen etiam sic maneat in venerabili monasterio, trahentium asperitate liberatus. Triennii vero semel expleto tempore, iudicatus, quia monastica dignus est honestate, maneat in monasterio. Nequaquam enim damus licentiam ulli penitus perscrutari quae eius sunt, sed sive liber sive servus sit, manere eum in conversatione volumus. Nam etsi vitium in priori ab eo forte gestum est vita (humana enim natura quodammodo labitur ad delicta), attamen sufficit ad mediocrem purgationem peccatorum et ad virtutis augmentum triennalis temporis testimonium; ea vero, quae rapta sunt, etiamsi apud quoscunque inveniantur, modis omnibus reddantur prisco domino.

§ 3.—Si vero servitii necessitatem effugiens tentaverit monasterium quidem derelinquere, aliam autem vitae sectari figuram, licentiam damus domino et trahere eum, et probanti fortunam inter servos habere. Non enim iniuriam patietur tantam ad verum servitium tractus, quantum ipse iniuriatus est dei culturam refugiens. Et haec quidem de fortuna horum, qui inter monachos profiteri volunt, sancimus.

Cap. III

Cogitandum vero est, quomodo ipsos habitantes et degentes monasticae philosophiae certatores dignos esse ostendamus. Volumus enim nullum monasterium sub ditione nostra constitutum, sive plurimorum hominum est sive paucorum, monachos, qui ibi sunt, divisos ab alterutris esse et propriis habitationibus uti, sed communiter quidem eos comedere sancimus, dormire vero omnes in communi, unoquoque quidem in propria quadam stratura iacente, in domo vero una collocatos, aut si forte non sufficit ad multitudinem monachorum domus una, in duas forsan aut plures, non tamen seorsum et apud semetipsos, sed in communi testes alterutris sint honestatis et castitatis, et neque ipsum somnum desidiosum habeant, sed meditantem (2) bonum ornatum propter increpationem respicientium; nisi tamen quidam eorum in contemplatione et perfectione degentes vitam remotam habeant in hospitio, quos vocare anachoretas, id est discedentes, et hesychastas, id est quiescentes, consueverunt, tanquam a communione ad meliora exceptos; alioqui alios, quibuscunque inter multitudinem conversatio est, in iis, quae vocantur coenobia (id est communi vita) (3), esse volumus. Sic enim zelus eis ad virtutem crescit, et

vida, y que no desea en verdad el hábito de la vida religiosa, sea él restituido á su señor con las cosas que acaso robó, si éstas se hallaren también en el monasterio; mas el que fuere reconocido como dueño préstele juramento de que no le hará ningún mal, y recíbalo y lléveselo á su casa.

§ 2.—Mas si el que dice que él es su dueño no hubiere probado nada de esto, y el que es acusado de tales cosas apareciera honesto y apacible por su misma manera de vivir, y tuviera quizá testimonio de otros, de que también mientras estuvo en poder de su señor fué disciplinado y amante de la honestidad, aunque acaso no se haya cumplido todavía el trienio, permanezca, sin embargo, también de este modo en el venerable monasterio, libre de la dureza de los que de él lo sacaban. Mas una vez cumplido el tiempo del trienio, juzgado digno de la honestidad monástica, permanezca en el monasterio. Porque de ninguna manera damos licencia á nadie absolutamente para investigar sobre lo que á él se refiere, sino que queremos que, ya sea libre, ya esclavo, permanezca él en aquel género de vida. Pues aunque en su vida anterior se haya cometido acaso por él algún delito, (porque la naturaleza humana propende en cierto modo á los delitos), basta, sin embargo, para una moderada purgación de los pecados y para aumento de la virtud el testimonio del tiempo de tres años; mas las cosas que fueron robadas, aunque sean encontradas en poder de cualesquiera, sean de todos modos devueltas á su primitivo dueño.

§ 3.—Mas si el que huye de la necesidad de la esclavitud hubiere intentado dejar ciertamente el monasterio, y seguir otra manera de vida, le damos licencia á su señor para llevárselo, y, probando su condición, para tenerlo entre los esclavos. Porque reducido á verdadera esclavitud no sufrirá tanta injuria como la que él mismo infirió huyendo del culto de Dios. Y esto ciertamente disponemos respecto á la condición de los que quieren profesar entre los monjes.

Capítulo III

Pero se ha de ver de qué manera demostramos que los mismos moradores y habitantes son dignos defensores de la filosofía monástica. Porque queremos que ningún monasterio constituído en el territorio de nuestro imperio, ya si es de muchos hombres, ya si de pocos, tenga á los monjes que en él hay separados de los demás y usando de propias habitaciones, sino que mandamos ciertamente que ellos coman en común, y que todos duerman en comunidad, yaciendo á la verdad cada uno en cierto lecho propio, pero colocados en una sola casa, ó, si acaso no basta una sola casa para la muchedumbre de monjes, en dos ó más, mas no separadamente y solos, sino que en comunidad sean unos para otros testigos de su honestidad y castidad, y no tengan una manera de dormir desidiosa, sino cuidadosa del buen ornato por causa de las increpaciones de los que los miren; á no ser, sin embargo, que algunos de ellos viviendo en la contemplación y en la perfección tengan una vida retirada en un albergue, á los cuales fué costumbre llamar anacoretas, esto es, solitarios, y hesicastas, es decir, vivientes en paz, como separados de la comunión para cosas mejores; pero los demás, que tienen su manera de vivir entre la muchedumbre, queremos que estén

(1) *Trid.;* hae res, *Cont.*
(2) meditantes, *Trid., y Port.*
(3) in communi vita, *Port.;* in communia vita, *Trid.* (*¿acaso* communia vitae?) *Se ha vacilado en rechazar esta interpretación de la palabra griega, que acaso proviene del mismo antiguo traductor.*

maxime iuvenibus, si cum senioribus constituantur; fiet enim seniorum conversatio iuventutis educatio perfecta, et sic sint in coenobiis suo proprio abbati obedientes, et traditam sibi conversationem inculpabiliter observantes.

en los que se llaman conventos, (esto es, en vida común). Porque de este modo crece su celo para la virtud, y principalmente entre los jóvenes, si se establecieran con otros más ancianos; pues el trato de los ancianos hará perfecta la educación de la juventud; y vivan de este modo en los conventos obedeciendo á su propio abad, y observando sin infracción el régimen que se les dió.

Cap. IV

Si quis autem forte semel dedicatus schemateque potitus deinde a monasterio discedere voluerit, et privatam fortassis eligere vitam, ipse quidem sciat, quam pro hac dabit deo satisfactionem, res autem, quascunque habuerit, dum in monasterium intrabat, eas dominii esse monasterii, et nihil penitus eiiciat.

Capitulo IV

Mas si acaso alguno una vez consagrado y revestido del hábito quisiere después marcharse del monasterio, y quizá elegir la vida privada, sepa ciertamente que por ello dará satisfacción á Dios, pero que cualesquiera bienes que hubiere tenido al entrar en el monasterio son del dominio del monasterio, y que no sacará de él nada absolutamente.

Cap. V

Illud quoque decernimus, qui in monasterium introire voluerit, antequam monasterium ingrediatur, licentiam habere suis uti quo voluerit modo. Ingredientem namque simul sequuntur omnino res, licet non expressim qui introduxerit eas dixerit, et non erit dominus earum ulterius ullo modo. Si vero filios habuerit, si quidem contigerit iam eum res aliquas donasse eis, aut per antenuptialem donationem, aut per dotis occasionem contulisse, et faciunt haec quartam ab intestato eius substantiae, nullum in reliquis rebus habeant participium filii; sin autem nihil eis donaverit, aut minus quarta, et (1) postquam abrenuntians conversatus fuerit inter monachos, nihilominus quarta debeatur filiis aut supplementum, si contigit eos iam aliquid accepisse, aut etiam quatenus totum eis detur. Si autem uxorem habens, deinde eam relinquens in monasterium ingrediatur, et dos mulieri servetur, et ex morte pactum, quod in alia nostra sancivimus constitutione, omnibus, quae super monachis de his dicta sunt, et in mulieribus in monasterium ingredientibus valituris.

Capitulo V

También mandamos, que el que quisiere entrar en un monasterio tenga, antes que ingrese en el monasterio, licencia para disponer de sus bienes del modo que quisiere. Porque los bienes siguen en todo caso juntamente al que ingresa, aunque expresamente no lo hubiere dicho el que los introdujo, y de ningún modo será en lo sucesivo dueño de ellos. Mas si tuviere hijos, y aconteciere que él les donó ya algunos bienes, ó que se los confirió por donación antenupcial, ó con ocasión de dote, y ellos constituyen la cuarta parte de su fortuna abintestato, no tengan los hijos ninguna participación en los restantes bienes; pero si no les hubiere donado nada, ó menos de la cuarta parte, aun después que haciendo la renuncia hubiere entrado á vivir entre los monjes, se les debe, no obstante, á los hijos la cuarta, ó su suplemento, si acontece que ellos recibieron ya alguna cosa, ó aun para que se les dé toda ella. Mas si teniendo mujer, y dejándola después ingresara en un monasterio, resérvesele á la mujer la dote, y el pacto para el caso de muerte, que sancionamos en otra constitución nuestra, debiendo tener validez todo lo que sobre esto se ha dicho respecto á los monjes, también en cuanto á las mujeres que ingresan en un monasterio.

Cap. VI

Si vero relinquens monasterium ad quandam veniat militiam aut ad aliam vitae figuram, substantia eius etiam sic in monasterio secundum quod a nobis prius dictum est remanente, ipse inter officiales clarissimi provinciae iudicis statuetur, et hunc habebit mutationis fructum, et (2) qui sacrum ministerium despexerit, tribunalis terreni observet servitium.

Capitulo VI

Mas si abandonando el monasterio entrara en alguna milicia ó en otro género de vida, permaneciendo tambien en este caso sus bienes en el monasterio, según lo que ya antes se dijo por nosotros, será él colocado entre los oficiales del muy esclarecido juez de la provincia, y tendrá de su cambio este fruto, y el que hubiere despreciado el sagrado ministerio prestará servicio al tribunal terrenal.

Cap. VII

Si vero relinquens monasterium, in quo conversationem habuerit, ad aliud transeat monasterium, etiam sic quidem eius substantia maneat, et vindicetur a priore monasterio, ubi abrenuntians hanc reliquit. Competens autem est, reverendissimos abbates non suscipere eum, qui hoc egit. Erronea namque talis est vita monachica, nullatenus tolerantiae proxima, neque constantis et persistentis animae, sed indicium habentis circumlatae, et aliunde alia requirentis. Eapropter etiam hoc pro-

Capitulo VII

Pero si dejando el monasterio, en que tuviere su modo de vivir, pasara á otro monasterio, también en este caso quedarán ciertamente sus bienes, y serán reivindicados por el primer monasterio, en el que al hacer la renuncia los dejó. Mas es lo procedente que los reverendísimos abades no acojan al que hizo esto. Porque es vagabunda tal vida monástica, de ninguna manera acomodada al sufrimiento, ni propia de un alma constante y persistente, sino de la que da indicio de ser vagabunda y de buscar

(1) *Trid.;* et, *omitela Cont.*

(2) *Trid.;* ut, *Cont.*

bibeant deo amabiles episcopi et archimandritae nuncupati, monachicam honestatem secundum regulas sacras conservantes.

Cap. VIII

Si quis autem monachicam profitentium conversationem meruit clerici ordinationem, maneat etiam sic puram servans conversationem. Quodsi facti clerici abutatur fiducia, et ad nuptias venire praesumat (1), quippe in tali gradu constitutus inter clericos, qui ei uxorem ducere permittat (dicimus autem (2) cantorum aut lectorum; aliis enim omnibus nuptias secundum sacras regulas penitus interdicimus, aut concubinas habere, aut luxuriis tradere vitam), excludatur modis omnibus a clero, tanquam priorem conversationem et solitariam confundens vitam, et privatus sit de cetero, ad militiam quidem aut ad aliud officium venire non praesumens, nisi voluerit dudum a nobis interminatis subiacere poenis, ipse autem apud semetipsum degens, et agnoscens, qualem pro hoc daturus sit magno deo satisfactionem.

Cap. IX

Ordinationem vero abbatum, si quando contigerit egere monasterium abbate, non per ordinem reverendissimorum fieri monachorum, nec omnino eum, qui post primum est, mox abbatem fieri, nec qui post illum secundus est, neque tertium aut reliquos (hoc, quod etiam alia lex nostra dicit), sed deo amabilem locorum episcopum percurrere quidem consequenter per omnes (non enim exhonorandum est omnino tempus et ex eo ordo), et eum, qui apparuerit prius optimus inter monachos constitutus et dignus praesulatu eorum, hunc eligere, eo quod humana natura talis est, quod neque omnes per ordinem inter summos, neque rursus omnes inter novissimos constituti quidem sint, sed procedat quidem secundum gradum praecedentis inspectio, qui vero prior mox inter numeratos optimus apparuerit, is abbas sit, et ordinem simul, et virtutem suffragantem habens. Oportet enim eos, qui discernunt quod melius est a peiore, aliud quidem ad regendum dimittere, aliud vero inclinari iubere, et paulatim per eruditionem hoc etiam ad melius accedere.

§ 1.—Quaecunque tamen a nobis in omnibus, quae prius, et quae nunc prolatae sunt, sacris nostris constitutionibus sunt sancita de clericis, aut monachis, aut monasteriis, haec communia ponimus et in masculis et in feminis, et monasteriis et asceteriis, non discernentes quantum ad istos masculum aut feminam, eo quod, sicut praediximus, unum omnia in Christo consistant.

Epilogus

Haec igitur omnia sanctissimi patriarchae sub se constitutis deo amabilibus metropolitis manifesta faciant, at illi subiectis sibi deo amabilibus episcopis declarent, et illi monasteriis dei sub sua ordinatione constitutis cognita faciant, quatenus

(1) *Bk.;* abutantur—praesumant, *Trid., y Cont.*

otras cosas en otra parte. Por tanto, prohiban también esto los obispos, amantes de Dios, y los llamados arquimandritas, conservando la honestidad monacal conforme á las sagradas reglas.

Capitulo VIII

Mas si alguno de los que hacen profesión de vida monástica mereció la ordenación de clérigo, permanezca también conservando en este caso pura la manera de vivir. Mas si abusara de la confianza de haber sido hecho clérigo, y presumiera contraer nupcias, hallándose ciertamente constituido entre los clérigos en grado tal que le permita casarse, (nos referimos á los cantores ó á los lectores, porque á todos los demás les prohibimos en absoluto las nupcias conforme á las sagradas reglas, ó tener concubinas, ó pasar lujuriosamente la vida), sea de todos modos excluido del clero, como el que confunde su primera manera de ser y la vida solitaria, y sea simple particular en lo sucesivo, sin que aspire á ingresar ciertamente en la milicia ó en otro oficio, á no ser que quisiere quedar sujeto á las penas antes señaladas por nosotros, pero viviendo él reducido á sí mismo, y reconociendo cuan grande satisfacción habrá de dar por esto á Dios grande.

Capitulo IX

Mas la creación de los abades no se haga, cuande aconteciere que un monasterio necesita abad, según el orden de los reverendísimos monjes, ni en modo alguno sea hecho inmediatamente abad el que está después del primero, ni el que después de este es el segundo ni el tercero ó los demás, (lo que también dispone otra ley nuestra), sino que el obispo de la localidad, amante de Dios, pase ciertamente revista á todos por su orden, (porque no se ha de despreciar en absoluto el tiempo ni el orden que de él nace), y elija al que primeramente apareciere que es el mejor entre los monjes y digno de la presidencia de éstos, porque la naturaleza humana es tal, que ni todos se hallan colocados ciertamente por orden entre los más altos, ni tampoco todos entre los últimos, y proceda á la verdad según el grado la inspección del presidente, y sea abad el primero que desde luego apareciere ser el mejor entre los contados, teniendo á su favor al mismo tiempo tanto el orden como la virtud. Porque es conveniente que los que disciernen lo que es mejor de lo peor, dejen ciertamente ordenar alguna cosa, y manden que otra se subordine, y que paulatinamente vaya esto por la instrucción también á su mejoramiento.

§ 1.—Mas todo lo que por nosotros ha sido sancionado en todas nuestras sacras constituciones, que antes, y que ahora han sido promulgadas respecto á los clérigos, ó á los monjes, ó á los monasterios, lo declaramos común así para los varones como para las hembras, y tanto para los monasterios como para las casas de ascetas, no distinguiendo en cuanto á ellos varón ó hembra, porque, según dijimos antes, todas las cosas consisten en una sola, en Cristo.

Epilogo

Por tanto, hagan saber todas estas cosas los santísimos patriarcas á los metropolitanos, amantes de Dios, dependientes de ellos, y manifiéstenlas éstos á los obispos, amantes de Dios, á ellos subordinados, y háganselas conocer éstos á los monaste-

(2) *Trid.;* autem gradum, *Cont.*

§ 1.—Si quis autem praeter hoc aliquid egerit, et donec in administratione, in qua (2) est iudex, furti reus appareat, et si (3) probetur aut aurum dans, ut accipiat administrationem, aut accipiens ex administratione (utrumque enim similiter noxium est), sciat, quia et confiscationem et exsilium sustinebit, et in corpus verbera atque supplicium. Ipsum quoque, qui acceperit ab eo, sicut praediximus, malis subiiciemus maximis; puras enim exigimus esse provincialibus iudicibus manus, ut collatores custodiamus. Et istae quidem tam ex legibus, quam ex administrationibus imminebunt poenae iis, qui in praedictis administrationibus sunt, si tale aliquid egerint. Damus autem et (4) provincialibus licentiam, si quid apud provinciam iniustum qui administrationem habet egerit, vel si damnis aliquibus aut calumniis subdat nostros collatores, ut deo amabiles episcopi et provinciae primates preces ad nos dirigant, exponentes cingulum habentis delicta. Nos enim haec agnoscentes dirigemus in provinciam hoc examinaturum, quatenus ipse, ubi iniustitiam fecit, illic quoque poenas sub-

Capítulo VIII

Mas es conveniente que los que así, sin merced, reciben el cargo de administradores cuiden ante todo de inspeccionar vigilantemente los impuestos fiscales, y de exigirlos con toda enegía á los que ciertamente no son cumplidores y requieren apremio, no siendo flexibles para ninguno, ni teniendo por esto en consideración absolutamente ningún lucro, pero que se conduzcan paternalmente con los cumplidores, conserven además á nuestros súbditos en todas partes sin violencia, no percibiendo nada de ninguno de ellos; y que sean justos en los juicios, y justos en las disposiciones públicas, castigando también los delitos, conservando ciertamente en todas partes sin castigo á los que son puros, pero imponiendo á los culpables la pena con arreglo á la ley, y presidiendo de este modo á los contribuyentes como los padres á los hijos, amando ciertamente á los que son inocentes, pero castigando é imponiendo pena á los que se muestran reos, y guardándoles entera justicia en los documentos públicos y privados, y haciendo esto no ellos solos, sino también, al tomar tal consejero, todos los que están cerca de ellos, para que no parezca que ellos ciertamente son en algún modo inocentes, pero que delinquen y hurtan por medio de otros, y, lo que es más vergonzoso, que hasta toman partícipes para sus injusticias. Y por tanto, será lícito á tu excelsitud destinar para los cargos de la administración á individuos de los más honrados, conocedores de los tributos fiscales, que ciertamente entre los curiales y otras clases de personas hayan dado buena prueba de sí mismos, y que sean idóneos para las magistraturas. Porque ¿quién no lo amará, y no considerará que está dotado de grande honradez, si por decreto nuestro y á juicio de tu alteza llegara á obtener el cíngulo, teniendo ciertamente testimonio de que él es muy bueno, y de que recibe aquel gratuitamente, no dedicándose de ningún modo en las provincias á ninguna maldad, ni á cómo reunir lo que dió, ni á recoger de parte alguna dinero, sino teniendo este solo empeño, el de recomendarse él mismo á Dios y á nosotros, y disfrutar de la mejor gloria, y esperar especial recompensa?

§ 1.—Pero si prescindiendo de esto hubiere alguien hecho alguna cosa, y apareciera siendo reo de hurto mientras está en el cargo de la administración, en que es juez, y se probara ó que da dinero para obtener aquel destino en la administración, ó que lo recibe por virtud del cargo en la administración, (porque ambas cosas son igualmente punibles), sepa que sufrirá la confiscación y el destierro, y azotes y suplicios corporales. Y también sujetaremos á las más grandes penas al mismo que de él lo hubiere recibido, según antes dijimos; porque exigimos que los jueces provinciales tengan manos limpias, para cuidar nosotros de los contribuyentes. Y ciertamente estas penas les amenazarán tanto por virtud de las leyes, como por la de los cargos administrativos, á los que se hallan en los susodichos cargos de la administración, si hubieren hecho alguna cosa semejante. Pero les damos también á los provincianos licencia, para que, si en la provincia hubiere hecho alguna cosa injusta el que tiene la administración, ó si á nuestros tributarios les infiriera algunos perjuicios ó calum-

(1) populi pravitate, *Trid.*; populi privati, *Port.*
(2) *Trid.*; in qua, *omítelas Cont.*
(3) *Trid.*: si, *omítela Cont.*
(4) *Trid.*; et, *omítela Cont.*

eat delictorum, ut neque alter quispiam tale aliquid agere praesumat, ad exemplum respiciens.

nias, los obispos, amantes de Dios, y los primates de la provincia nos dirijan súplicas, exponiendo los delitos del que tiene el cíngulo. Por que conociéndolos nosotros, enviaremos á la provincia á quien haya de examinar esto, á fin de que aquél sufra las penas de sus delitos allí mismo donde cometió la injusticia, para que mirando aquel ejemplo no se atreva otro cualquiera á hacer alguna cosa semejante.

Cap. IX

Necessitatem habente eo, qui administrationem rexit, secundum priores constitutiones, dum deposuerit fasces, per dies quinquaginta in provincia commorari, publice se monstrantem, et ab omnibus suscipientem conventiones. Si tamen ante, quam compleantur quinquaginta dies, fugiens capiatur velut aliquod inhonestissimorum mancipiorum, damus licentiam collatoribus detinere eum in provincia, et omne, quod dederunt ei occasione furti, hoc exigere, praesente tamen deo amabili episcopo, et causam ex non scripto examinante, donec reddat omne, quidquid furatus ostenditur. Sed etiam ipsos provinciales, si senserint administratorum furtum, licentiam habere, magis autem necessitatem, haec referre nobis, ut cognoscentes, quia omnino auro vendidit iustitiam, praedictis eum subiiciamus poenis. Super quod etiam caelestibus suppliciis reus erit, transcendens iusiurandum, in quo acceperit administrationem. Si autem voluerit ex quacunque causa non completis quinquaginta diebus ex provincia fugere, tunc comprehensus, ubicunque degere videtur, revocabitur quidem in provinciam, in qua administrabat, omne vero, quod inventus fuerit accepisse, restituat in quadruplum.

Capítulo IX

Teniendo necesidad, conforme á las anteriores constituciones, el que rigió la administración, al dejar sus insignias, de permanecer cincuenta días en la provincia, mostrándose en público, y haciéndose cargo de las demandas de todos. Mas si al huir antes que se cumplan los cincuenta días fuera cogido como alguno de los más deshonrados esclavos, les damos licencia á los contribuyentes para detenerlo en la provincia, y para exigirle todo lo que le dieron con ocasión de sus hurtos, pero hallándose presente el obispo, amante de Dios, y examinando la causa sin actuaciones escritas, hasta que devuelva todo lo que se pruebe que hurtó. Pero tengan también los mismos provincianos, si supieren de hurto de los administradores, licencia, y aun más, la necesidad de denunciárnoslo, para que conociendo nosotros que vendió en absoluto por dinero la justicia, lo sujetemos á las susodichas penas. Además de lo que también será reo de las penas celestiales, por quebrantar el juramento con que hubiere recibido la administración. Mas si por cualquiera causa hubiere querido huir de la provincia no estando completos los cincuenta días, en este caso, preso donde se viere que mora, será ciertamente llevado á la provincia que administraba, y restituya en el cuádruplo todo lo que se hubiere hallado que recibió.

Cap. X

Illud videlicet observandum, nullam esse nostris subiectis licentiam in alio quodam, praeter furtum, hoc circa iudices agere; non enim, si videatur vehementissimus indevotis propter fiscalium exactionem aut propter delictorum exsecutionem, dabimus subiectis agere aliquid adversus eum. Ex diverso autem etiam poenis eos omnium amarissimis subiugamus, si eos, qui puris usi sunt manibus, et fiscalium exactionem cum omni detulerint subtilitate, postea deponentes administrationem iniuriari praesumserint, et non cum omni favore post legitimum tempus provincias relinquentes deduxerint. Oportet enim eos, qui post hanc legem nostram faciendi sunt, clarissimos subiectarum provinciarum iudices considerare, quanta quidem perfruentur gloria tales apparentes, quantis autem sint incursuri difficultatibus, legem hanc solvere, quantum ad se, praesumentes. Erit enim absurdum, si eos quidem, qui in vilibus capiuntur furtis, ipsi torquebunt, et non primitus quiescant, donec reddant furta, ipsi autem innoxii manserint in maximis constituti furtis, et neque apud subiectos erubescentes exemplum, quum liceat eis honestis et liberis et undique laudandis ostendi, et a nobis habere testimonium et spem.

Capítulo X

Es ciertamente de observar, que nuestros súbditos no tienen licencia alguna para hacer esto respecto á los jueces en ningún otro caso, sino en el de hurto; porque si pareciera vehementísimo para los desobedientes en la exacción de los tributos fiscales, ó en la persecución de los delitos, no les permitiremos á los súbditos que hagan cosa alguna contra él. Antes por el contrario, también los someteremos á las más severas penas, si á los que tuvieron manos limpias, y desempeñaron con toda escrupulosidad la exacción de los impuestos fiscales, se hubieren atrevido á injuriarlos después al dejar la administración, y no hubieren despedido con toda consideración á los que abandonan las provincias después del tiempo legal. Porque es conveniente que los muy esclarecidos jueces de las provincias sometidas, que después de esta ley nuestra hayan de ser creados, consideren de cuánta gloria disfrutarán ciertamente si aparecen tales, y en cuántos peligros habrán de caer, si en cuanto á ellos respecta se atreven á violar esta ley. Pues será absurdo, que, si ellos mismos dan ciertamente tormento á los que son cogidos en viles hurtos, hasta que restituyan lo hurtado, queden, no obstante, impunes siendo reos de los más grandes hurtos, y no avergonzándose del ejemplo ante los súbditos, cuando es lo conveniente que se muestren honrados, y libres, y enteramente dignos de alabanza, y que tengan por nosotros buen testimonio y esperanza.

§ 1.—Non sinimus autem nec spectabilibus iudicibus, nec alteri alicui quamlibet eis oppressio-

§ 1.—Mas no les permitimos ni á los espectables jueces, ni á otro alguno que les causen opresión

nem aut iniustitiam inferre, aut civilibus omnino causis communicare, ut et nos eis honestatem servemus, et illi puritatem nobis devotionemque restituant. Sciant enim omnes subiecti, quia propter eorum utilitatem, et undique eorum indemnitatem, et ut per omnem agantur quietem, et non cogantur provincias relinquere et in peregrinis affligi, propterea praesentem legem scripsimus, deo eam voventes et praesentibus venerabilibus maximae eius communionis festivitatis diebus (1), ut omnibus liceat patres suscipere magis iudices, quam fures, et sollicitatores, et eorum substantiis insidiantes.

alguna ó injusticia, ó que de ningún modo tengan algo común en causas civiles, á fin de que nosotros les conservemos la respetabilidad, y ellos nos correspondan con su pureza y devoción. Sepan, pues, todos los súbditos que para utilidad de ellos, y para su completa indemnidad, y para que vivan con todo sosiego, y no se vean obligados á abandonar las provincias y á sufrir las molestias de los peregrinos, hemos escrito la presente ley, ofreciéndosela á Dios también en los presentes venerables días de la festividad máxima de su comunión, á fin de que á todos les sea lícito recibir jueces que sean más bien padres que ladrones, y solicitadores y acechadores de sus bienes.

§ 2.—Oportet quoque vos nostros subiectos, scientes, quantam vestri posuimus providentiam, cum omni devotione publica sine imminutione tributa persolvere, et neque administratorum egere necessitate, sed ita devotos vosmetipsos praebere, ut nobismetipsis ostendatur operibus, quia et ipsi pro huiusmodi clementia propriam nobis devotionem restituetis, et merito habebitis omnem a iudicibus occasione devotionis favorem et providentiam, illud scientes, quia iudicibus imminet undique fiscalium periculum, et manifestum est, quia proprio suo periculo administrationes assumunt; et vos haec agnoscentes et omnimodo evitate indevotionem, et nolite vestras voluntates ita praebere inobedientes, quatenus eorum (2) egeatis vehementia, quam necessarium est eos assumere propter inevitabilem fiscalium exactionem; scientibus vobis, nostris subiectis, quia militares expensae et hostium insecutiones (3) multa egent diligentia, et non possunt citra pecunias haec agi, causa videlicet nullam recipiente dilationem, neque nobis concedentibus despici Romanorum terram diminutam, qui et Libyam omnem reparavimus, et Vandalos in servitutem redegimus, et plurima adhuc et maiora horum speramus a deo percipere et agere, pro quibus competens est fiscalia tributa sine imminutione, et devote, et secundum definita exigi tempora. Quapropter si vos quidem devote occurratis iudicibus, illi vero facilem et praeparatam fiscalium illationem in vos exhibuerint, et iudicum laudabimus studium, et vestram approbabimus voluntatem, et undique una quaedam erit optima consonaque praesidentium et quibus praesident congruentia magna.

§ 2.—También es conveniente que vosotros, súbditos nuestros, sabiendo cuánta previsión os hemos consagrado, pagueis con entera devoción los tributos públicos sin menoscabo, y que no necesitéis del apremio de los administradores, sino que de tal modo os mostréis vosotros mismos cumplidores, que se nos demuestre con obras que también vosotros mismos nos recompensareis por tal clemencia con vuestra propia devoción, y que con razón obtendréis de los jueces con ocasión de tal devoción todo favor y cuidado, sabiendo que á los jueces les incumbe en todo caso la responsabilidad de los impuestos fiscales, y que es manifiesto que bajo su propia responsabilidad se encargan de las administraciones; y reconociendo vosotros esto, evitad de todos modos la falta de cumplimiento, y no quered mostrar desobedientes vuestras voluntades, de suerte que requirais la energía de aquellos, que les es necesario mostrar por razón de lo inevitable de la exacción de los impuestos fiscales; sabiendo vosotros, súbditos nuestros, que los gastos militares y la persecución de los enemigos requieren mucha diligencia, y que sin dinero no se pueden hacer estas cosas, no admitiendo la cosa á la verdad dilación alguna, y no concediendo que sea despreciado, disminuído, el territorio de los romanos, nosotros que hemos recuperado toda la Libia, y reducido á servidumbre á los vándalos, y que esperamos recibir de Dios y ejecutar todavía muchas y mayores cosas que estas, para las que es conveniente que se cobren los tributos fiscales sin dismiunución, voluntariamente y en los plazos fijados. Por lo cual, si vosotros ciertamente os dirigís con devoción á los jueces, y éstos demostraren que es fácil y que está preparado en cuanto á vosotros el pago de los tributos fiscales, alabaremos el celo de los jueces y aprobaremos vuestra voluntad, y habrá en todas partes una muy buena y armónica concordia completa entre los presidentes y aquellos á quienes presiden.

Cap. XI

Itaque deo et salvatori nostro Iesu Christo omnes similiter offerant hymnos pro hac lege, quae eis dabit et patrias habitare caute, et proprias facultates habere firmissime, et iudicum frui iustitia. Nam et nos propterea eam posuimus, ut et iustitiam, quae in lege est, valeamus domino deo vovere, et nosmetipsos et nostrum commendare imperium, et non videamur despicere homines oppressos, quos nobis tradidit deus, ut eis per omnia parcamus, eius sequentes benignitatem. Ideoque quantum ad nos consecretur (4) deo, eo quod nihil in

Capítulo XI

Y así, dirijan todos juntamente á Jesucristo, Dios y Salvador nuestro, himnos por esta ley, que les concederá habitar con seguridad en su pátria, tener con mucha estabilidad sus propios bienes, y disfrutar de la justicia de los jueces. Porque también nosotros la establecimos para esto, para poder ofrecer al señor Dios la justicia que hay en la ley, y encomendarnos á él nosotros mismos con nuestro imperio, y para que no parezca que desatendemos á los hombres oprimidos, que Dios nos confió para que en todo los compadezcamos, imitando su benig-

(1) communionis quae festivis diebus, *Trid.*, *y Port. debiendose leer acaso* communisque festivitatis diebus.
(2) *Trid.*; praesidum, *adicionan Port.*, *y Cont.*

(3) *Trid.*; incursiones, *Port.*, *y Cont.*
(4) *Trid.*; consecretur [haec] lex, *Cont.*

mentem nostram veniens boni pro tuitione subiectorum relinquimus. Volentes enim inhonesta haec et servilia furta perimere, et nostros subiectos in quiete a provincialibus iudicibus conservare, propterea festinavimus gratis administrationes eis dare, ut nec ipsis liceat delinquere et abripere subiectos, quorum causa omnem perferimus laborem, dedignantes imitari eos, qui ante nos imperaverunt, qui pecuniis ordinabant administrationes, sibimetipsis auferentes licentiam administratoribus nocentibus increpandi iuste, et ipsi ea, quae percipiebant, celando iusti putati, et proprios collatores propter hoc abripere a malis iudicibus non valentes, unde nec ipsis iudicibus increpare poterant agere caste, occasione praedictae causae. Nos autem sufficientem imperio quaestum esse putamus, ut collatores sola fiscalia conferant tributa, et nihil aliud extrinsecus quaeratur, quod subiectis omnem commoveat vitam.

nidad. Y por ello esté en cuanto á nosotros consagrada á Dios, porque no desatendemos nada de lo bueno que para amparo de los súbditos acude á nuestra mente. Porque queriendo extinguir estos deshonrosos y serviles hurtos, y conservar á nuestros súbditos en el sosiego por parte de los jueces provinciales, nos hemos apresurado á darles á éstos gratuitamente las administraciones, á fin de que no les sea lícito á los mismos delinquir y robarles á los súbditos, por causa de los que soportamos todo trabajo, desdeñando imitar á los que antes que nosotros imperaron, los cuales conferían por dinero las administraciones, privándose á sí mismos de la facultad de reprender con justicia á los administradores culpables, considerándose ellos mismos justos ocultando lo que percibían, y no pudiendo por ello librar de los malos jueces á sus propios contribuyentes, por lo cual tampoco podían por virtud de la susodicha causa increpar á los mismos jueces para que obraran decorosamente. Mas nosotros creemos que el imperio obtiene suficiente ganancia con que los contribuyentes paguen solamente los tributos fiscales, y con que no se exija extrínsecamente ninguna otra cosa, que les perturbe á los súbditos toda su vida.

Cap. XII

Quod autem primitus a nobis dictum est, adhuc maiore opere et subtiliore complecti existimavimus legislatione, quatenus nostra intentio omnibus fiat aperta. Sancimus enim, clarissimos subiectarum provinciarum administratores, citra omne factos pecuniarum suffragium, et ab his dati iureiurandi memores, habere et hanc a nobis licentiam, ut nulla sit ulli apud eos penitus fori praescriptio neque in iis, quae committuntur ab aliquibus violentiis, neque in criminibus et quae hinc oriuntur laesionibus, neque in seditionibus publicis, neque in publicorum tributorum exactionibus, sed omnes similiter subiacere horum iurisdictioni, non exspectantium neque praecepta suscipere a iudicibus, quibus subiecti sunt, neque nuntiare ad eos, sed contentos esse hac nostra lege, per quam omnem eis potestatem praebemus; nemine licentiam habente (1) penitus in praedictis causis neque privilegio uti quolibet, neque ex hoc sibimet imperare, ut delinquat innoxie. Non enim qui omni abstinent acceptione iudices aliud quiddam dei et legis nostroque praeponent timori, sed ad illum respicientes servabunt subiectis iustitiam, omnia secundum nostras iudicantes et agentes leges.

§ 1.—Quia enim milites huiusmodi (2) in provinciis constitutos eis subiicimus, neque in hoc egebunt praecepto cuiuspiam proprio aut a nobis, aut a nostris iudicibus, sed praesente lege utentur, et hanc eis ostendent, ut auxilientur eis utentibus iudiciali fiducia; scientibus, quia, nisi haec egerint, et emolumentorum et militiae sustinebunt casum, et in corpus periculum patientur, ut nobis nullo alio penitus opus sit iudice, et aut latronum insecutores, aut appellatos violentiarum inhibitores, magis autem fures aut violentos mittere, occasione quidem quasi rationabili utentes, ipsos autem omnium pessima facientes. Quum enim iudices provinciarum uniuscuiusque maximorum iudicum

(1) *Así corrigió Cont. atendiendo al texto griego;* praebemus, et ipsi omnem licentiam habentes, *Trid., y Port.*

Capitulo XII

Mas lo que antes se dijo por nosotros hemos determinado comprenderlo ahora con mayor cuidado y en más minuciosa ley, á fin de que para todos sea manifiesta nuestra intención. Mandamos, pues, que los muy esclarecidos administradores de las provincias sometidas, nombrados sin sufragio alguno de dinero, y que conserven presente el juramento prestado por ellos, tengan de nosotros también esta facultad, de que nadie utilice ante ellos absolutamente ninguna prescripción de fuero, ni en los actos de violencia que por algunos se cometen, ni en los crímenes y en las lesiones que de ellos nacen, ni en las sediciones públicas, ni en las exacciones de los públicos tributos, sino que todos del mismo modo estén sujetos á la jurisdicción de ellos, los cuales no esperarán recibir mandamientos de los jueces á quienes aquellos están sujetos, ni denunciárselos á ellos, sino que se contentarán con esta ley nuestra, por la cual les conferimos toda la potestad; no teniendo licencia absolutamente nadie para utilizar en las susodichas causas privilegio alguno, ni para atribuirse por él la facultad de delinquir impunemente. Porque los jueces que se abstienen de recibir cosa alguna no antepondrán nada al temor de Dios, al de la ley y al nuestro, sino que mirando á él conservarán la justicia para los súbditos, juzgándolo y haciéndolo todo conforme á nuestras leyes.

§ 1.—Porque en tales casos les subordinamos los militares que se hallan en las provincias, y no necesitarán para ello de especial mandato, ó nuestro, ó de nuestros jueces, sino que se valdrán de la presente ley, y se la mostrarán á ellos, para que les auxilien al emplear la seguridad judicial; sabiendo, que, si no lo hicieren, sufrirán la pérdida de los emolumentos y de la milicia, y soportarán castigo corporal, á fin de que no tengamos necesidad absolutamente de ningún otro juez, ni de enviar perseguidores de ladrones, ó los llamados correctores de violencias, pero que más bien son ladrones, ó fautores de violencias, los que ciertamente se valen de ocasión en cierto modo razonable, pero que son

(2) *Trid.;* et huiusmodi, *Cont.*

compleant officium, et pro omni alio cingulo provinciis sufficiant et ad ea, quae ex nostris legibus super eis decreta sunt, quis praesumat aut fori praescriptione, aut huiusmodi aliquo apud eos uti?

ellos mismos los que hacen las peores cosas de todas. Porque desempeñando los jueces de cada provincia el cargo de jueces máximos, y bastándose ellos en las provincias por toda otra magistratura también para lo que respecto á ellos ha sido decretado conforme á nuestras leyes, ¿quién se atreverá á utilizar ante ellos ó prescripción de fuero, ó cosa alguna de esta naturaleza?

Cap. XIII

Interdicimus autem et gloriosissimo magistro militum Orientis, et omnibus nostris iudicibus aut latronum insectatores, aut violentiarum inhibitores, aut armatos, aut aliquos tales destinare in provincias. Sciant enim, qui ad hoc instituti post hanc nostram legem praesumserint, quoniam capti ab his nostris iudicibus provinciarum et in vincula redigentur, et ad nos causa nuntiata a nobis summum periculum sustinebunt. Et qui huiusmodi eis praecepta tradiderint triginta librarum auri sustinebunt poenam, et maiorem insuper ac vehementiorem nostram indignationem experientur. Oportet igitur iudices provinciarum, tanquam promeritos a nobis potestatem, sic causis uti, ut iuste et legitime sint omnibus metuendi, scientes, quia, si data a nobis administratione male et indigne abutantur a nobis concessa sibi licentia, subiacebunt suppliciis, quae primitus diximus, et donec administrationes habent haec perferentes, et dum eas deposuerint maiori adhuc experientur periculo. Non enim eis damus licentiam ante, quam legitimum quinquaginta dierum compleatur tempus, a provinciis, in quibus administraverint, discedere aut per occasionem revocatoriae, aut per occasionem fugae, aut per aliam quamlibet causam, scientibus, sicut praediximus, sive ad hanc veniant felicissimam civitatem, sive in quamcunque regionem, ad provinciam denuo revocati, cui praefuerunt, poenas sustinebunt omnes, quas prius diximus.

Capitulo XIII

Mas prohibimos así al gloriosísimo maestre militar de Oriente, como á todos nuestros jueces, que destinen á las provincias perseguidores de ladrones, ó correctores de violencias, ó individuos armados, ú otros semejantes. Porque sepan los que después de esta ley nuestra se hubieren atrevido á ser destinados á esto, que presos por estos nuestros jueces de las provincias serán puestos en la carcel, y que denunciado el caso á nosotros sufrirán por parte nuestra el último suplicio. Y los que les hubieren dado tales mandatos sufrirán la pena de treinta libras de oro, y soportarán además mayor y más severo castigo nuestro. Es, pues, conveniente que los jueces de las provincias, como habiendo merecido de nosotros la potestad, se sirvan de ella en cada caso de tal suerte, que justa y legítimamente hayan de ser temidos de todos, sabiendo que, si habiéndoseles dado por nosotros la administración abusaran mal ó indignamente de la facultad á ellos concedida por nosotros, estarán sujetos á las penas que primeramente hemos dicho, sufriéndolas aun mientras tienen la administración, y que cuando hubieren dejado ésta soportarán responsabilidad todavía mayor. Porque no les damos licencia para salir de las provincias en que hubieren gobernado, ó con motivo de revocatoria, ó con ocasión de fuga, ó por otra cualquiera causa, antes que se cumpla el término legal de cincuenta días, sabiendo, según antes hemos dicho, que ya si vinieran á esta felicísima ciudad, ya si fueran á otra cualquiera región, llamados de nuevo á la provincia á cuyo frente estuvieron, sufrirán todas las penas que antes hemos dicho.

Cap. XIV

Iusiurandum vero dabunt hoc quidem, quod superius diximus. Si vero aliquibus in provinciis existentibus mittantur cinguli codicilli, et coram deo amabili episcopo metropolitano, et qui in eis primates sunt iusiurandum subibunt, et ita cinguli suscipient actiones; tua quippe celsitudine providente, sive in hac maxima civitate perceperit aliquis administrationem, sive in provincia ei codicilli eius transmittantur a tua celsitudine, ut ipse, qui accepit, cautionem faciat fisco de tributorum inculpabili exactione, sicut ipse pure probaveris. Posita sit autem lex haec a nobis in omnibus administrationibus a nobis nominandis, et ex praesente tempore sine suffragio percipiendis. Nam quae praecesserunt pridem positis subiaceant legibus, nulla poena horum, quae in hac nostra lege determinata sunt, imminente hactenus administrationes habentibus, nisi tamen et ipsi post insinuationem huius legis nostrae furari capiantur.

Capitulo XIV

Pero prestarán ciertamente el juramento que más arriba dijimos. Mas si á algunos de los que viven en las provincias se les enviaran las credenciales del cíngulo, prestarán el juramento ante el obispo metropolitano, amante de Dios, y ante los próceres que hay en ellas, y de esta manera se encargarán del ejercicio del cíngulo; proveyendo ciertamente tu excelsitud, ya si alguno hubiere recibido la administración en esta muy grande ciudad, ya si á una provincia se le enviaran sus credenciales por tu excelsitud, que el mismo que la recibió preste caución al fisco de exigir sin culpa los tributos, según tú mismo claramente hubieres aprobado. Mas sea establecida por nosotros esta ley para todos los encargados de la administración que por nosotros hayan de ser nombrados, y que desde el presente tiempo hayan de recibirla sin sufragio. Porque los que ya fueron anteriores estarán sujetos á las leyes antes establecidas, sin que á los que hasta ahora ejercen administración les amenace ninguna pena por lo que en esta ley nuestra ha sido determinado, á no ser, sin embargo, que también ellos sean sorprendidos hurtando después de la notificación de esta nuestra ley.

Epilogus

Haec igitur tua celsitudo universa cognoscens in

Epilogo

Por tanto, conociendo tu excelsitud todas estas

omnibus gentibus sub se constitutis fieri manifesta procuret, solenniter praeceptis utens apud omnes provinciarum praesides, ut ipsi cognoscentes nostrum circa subiectos studium, et quantam habemus circa ordinationem iudicum voluntatem, considerent, quanta eis bona participantur, neque imperii medelae (1) pro eorum felicitate parcentes.

Dat. XVII. Kal. Mai. Constantinop. BELISARIO V. C. Cons. [535.]

disposiciones, procure hacerlas manifiestas á todas las gentes bajo ella constituídas, utilizando solemnemente edictos para todos los presidentes de las provincias, á fin de que conociendo estos mismos nuestro interés por los súbditos, y cuánta voluntad tenemos para la ordenación de los jueces, consideren de cuántos bienes se les hace partícipes, no perdonando por la felicidad de los mismos ni á los auxiliares del imperio.

Dada en Constantinopla á 17 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [535.]

Edictum scriptum in omni terra deo amabilibus archiepiscopis et sanctissimis patriarchis (2)

Traditae nobis a deo reipublicae curam habentes, et in omni iustitia vivere nostros subiectos studentes, subiectam legem conscripsimus, quam et tuae sanctitati, et per eam omnibus, qui tuae provinciae sunt, facere manifestam bene habere putavimus. Tuae igitur sit reverentiae et ceterorum haec custodire, et si quid transcendatur a iudicibus, ad nos referre, ut nihil contemnatur horum, quae sancte et iuste a nobis sancita sunt. Sic enim nos quidem nostrorum subiectorum miserati, quoniam supra fiscalium functionum exactionem etiam maximas sustinent ex furto iudicum violentias propter factas provinciarum venditiones; haec auferre per subiectam studuimus legem. Vos autem si negligentes non referatis, a nobis quidem consecrata sit domino deo, vos autem rationem reddetis (3) apud eum pro aliorum iniustitia, si quod non agnoscentibus nobis damnum apud vos hominibus inferatur; sed oportet praesentes vos provinciae (4) et pro eis ac reliquis detestantes manifestos nobis facere et rectos iudices, et transcendentes hanc legem nostram, quatenus utrosque cognoscentes hos quidem puniamus, illis autem repensemus. Quumque lex publice proposita fuerit et omnibus manifesta, tunc intus recondatur (5) in sanctissima ecclesia cum sacris vasis, utpote et ipsa dedicata deo, et ad salutem ab eo factorum hominum scripta. Facietis autem melius et illic habitantibus universis hominibus utilius, si eam insculpentes aut tabulis aut lapidibus in porticibus sanctissimae ecclesiae describatis, plenam praebentes omnibus horum, quae sancita sunt, lectionem atque possessionem.

Edicto dirigido á los arzobispos, amantes de Dios, y á los santísimos patriarcas de toda la tierra

Cuidando de la república que por Dios nos ha sido confiada, y procurando que nuestros súbditos vivan en plena justicia, hemos dado la ley que sigue, la cual hemos creído que es conveniente hacerla conocer también á tu santidad, y por medio de ella á todos los que se hallan en tu provincia. Corresponda, por tanto, á tu reverencia y á la de los demás guardar estas disposiciones, y darnos cuenta de si alguna fuera infringida por los jueces, á fin de que no sea menospreciada ninguna de las que santa y justamente han sido sancionadas por nosotros. Pues compadeciéndonos así ciertamente nosotros de nuestros súbditos, porque sobre la exacción de los tributos fiscales soportan también muy grandes violencias por hurto de los jueces á causa de las ventas que se hacen de las provincias, nos hemos empeñado en quitar esto por medio de la siguiente ley. Mas si siendo vosotros negligentes no nos dierais noticia, estará ciertamente consagrada por nosotros al Señor Dios, pero vosotros rendiréis ante él cuenta por la injusticia de los otros, si no sabiéndolo nosotros se infiriese ante vosotros algún daño á los hombres; mas es conveniente que hallándoos presentes en la provincia, y dando testimonio de éstos y de los demás, nos hagais conocer los jueces rectos, y los que infringen esta ley nuestra, á fin de que, conociendo á los unos y á los otros, castiguemos ciertamente á éstos, y recompensemos á aquéllos. Y cuando la ley haya sido expuesta públicamente, y manifestada á todos, entonces sea depositada dentro en la santísima iglesia con los vasos sagrados, como estando también ella dedicada á Dios, y habiendo sido escrita para salud de los hombres creados por él. Pero hareis cosa mejor y más útil para todos los hombres que allí habiten, si esculpiéndola ó en tablas ó en piedras la escribiérais en los pórticos de la santísima iglesia, facilitando á todos plena lectura y posesión de lo que ha sido sancionado.

Cap. I

Si vero pro iudicum puritate hanc habuimus providentiam, palam est, quia multo magis defensoribus non permisimus nec quidquam accipere, nec dare. Dabunt enim concessis sibi praeceptis in foro gloriosissimorum praefectorum, si quidem maiores sint civitates, solidos IV., si vero minores sint, solidos III., et ultra haec nihil. Accipient autem nihil ab ullo, si aliquis ex fisco solennis eis quaestus erit, aut si nihil ex fisco percipiunt, nihil ultra,

Capítulo I

Mas si tomamos esta providencia por la pureza de los jueces, es evidente que con mucha más razón no les permitimos á los defensores que reciban, ni den, cosa alguna. Darán, pues, por las órdenes á ellos concedidas en el foro de los gloriosísimos prefectos, si fueran ciertamente mayores las ciudades, IV. sueldos, y si fuesen menores, III. sueldos, y nada más. Pero no recibirán nada de nadie, si del fisco tuvieran retribución oficial, ó, si no perciben nada del

(1) *Trid., y Port.; en lugar de* medelae *puso Cont. en el texto* famulitio, *atendiendo á la versión de Hal.*

(2) *Este edicto no se halla en el cód. Vat.—Es el primero entre los trece edictos.—Bas. VI. 3. 48. y 49.—La copia de este Edicto dirigido á los constantinopolitanos precede al Edicto universal en Trid. y Port.*

(3) *Trid.;* a nobis quidem consecratam domino deo: rationem reddetis, *Cont.*

(4) *Trid.;* provinciis, *Cont.*

(5) tunc sumptus intus reconditus, *Trid.*

quam sacra nostra statutum est constitutione, percipiant, alioquin, si quid accipere capiantur aut ipsi, aut qui vocantur eorum chartularii, aut alter quispiam, qui circa eos sunt, illi quadruplum restituent quod acceperunt, et hac sollicitudine repellentur, insuper exsilio perpetuo mulctabuntur, et in corpore castigati reddent provinciam viris bonis pro malis defendendam. Eritis autem et in hoc custodes vos, et inhibentes, quae contra haec fiunt, et insinuantes, ut neque lateat aliquid horum, quae delinquuntur, neque latendo sit impunitum, sed omnis aequitas atque iustitia nostris subiectis floreat. Si vero etiam hactenus iudices non post insinuationem huius legis omni abstineant furto, sciant et ipsi, huius legis poenae se esse subiectos.

fisco, no reciban nada más que lo que se estableció en nuestra sacra constitución, pues de otra suerte, si se descubriera que ellos mismos, ó los que son llamados sus cartularios, ú otro cualquiera de los que están cerca de ellos, reciben alguna cosa, restituirán el cuádruplo de lo que recibieron, y serán expulsados de este cargo y condenados además á destierro perpétuo, y castigados corporalmente entregarán á hombres buenos la provincia para que por ellos sea defendida en lugar que por malos. Mas seréis guardadores también de esto, prohibiendo lo que contra ello se haga, y denunciándolo, á fin de que no quede oculta cosa alguna de estas en que se delinca, y de que ocultándose no quede impune, sino que toda equidad y justicia florezca entre nuestros súbditos. Mas si tampoco los jueces actuales se abstuvieran de todo hurto después de la notificación de esta ley, sepan que también ellos quedan sujetos á la pena de esta ley.

Scriptum est exemplar Edicti Constantinopolitanis habens ita:

Quantam subiectorum posuimus providentiam, ostendit a nobis nuper posita lex, quam ad gloriosissimos nostros praefectos scripsimus. Sed competens est, et vos ipsos scire nostram providentiam, quam circa omnes homines habemus, et propterea legem ipsam et in edicti (1), proposuimus figuram ut et vos domino deo ac salvatori nostro Iesu Christo iuste referatis hymnos, et nostro imperio, quia omnem pro vestra utilitate perferimus laborem.

Se escribió para los Constantinopolitanos un ejemplar del Edicto que dice así:

La ley establecida recientemente por nosotros, que hemos dirigido á nuestros gloriosísimos prefectos, demuestra cuánta solicitud hemos tenido por nuestros súbditos. Mas es conveniente que también vosotros mismos conozcáis la solicitud que por todos los hombres tenemos, y por ello hemos expuesto esta ley también en forma de edicto, á fin de que asimismo vosotros cantéis con justicia himnos á nuestro señor Dios y salvador Jesucristo, y á nuestro imperio, porque por vuestra conveniencia soportamos todo trabajo.

Notitia eorum, quae ab unaquaque subditarum administrationem (2) debent praeberi circa consuetudinem quantitatis ab iis, qui administrationes habent; nullo praesumente extra ea, quae subscripta sunt, nequaquam requirere amplius aliquid.

§ 1.—A spectabili comite orientis: (3) In sacro cubiculo solidos LXIII., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum cum quatuor scriniariis sacri laterculi solidos numero L., eius adiutori solidos III., officio gloriosissimorum praefectorum praetoriorum (pro iussione (4)) sol. LXXX.

§ 2.—A proconsule Asiae ita: In sacro nostro cubiculo sol. num. XIII., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum cum quatuor scriniis (5) sacri laterculi sol. num. XL., eius adiutori sol. num. III., officio gloriosissimorum praefectorum praetoriorum (pro iussione) sol. n. LXXX.

§ 3.—A spectabili comite Phrygiae Pacatianae ita: Chartulariis tribus sacri cubiculi sol. num. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. num. XXIV., eius adiutori sol. num. III., officio gloriosissimorum praefectorum praetoriorum sol. num. L.

§ 4.—A spectabili comite Galatiae primae ita: Spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi sol. num. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. num. XXIII. (6), eius adiutori sol. num. III., officio gloriosissimorum praefectorum praetoriorum sol. num. L.

Nota de las cantidades que á título de costumbre se deben satisfacer por cada una de las infrascritas administraciones por los que tienen tales administraciones; sin que nadie se atreva á requerir de ningún modo alguna cosa más fuera de lo que á continuación se halla escrito.

§ 1.—Por el espectable conde de Oriente: En la sacra cámara LXIII. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes con los cuatro secretarios del sacro registro L. sueldos, á su ayudante III. sueldos, al oficio de los gloriosísimos prefectos de los pretorios por el mandato LXXX. sueldos.

§ 2.—Por el procónsul de Asia así: En nuestra sacra cámara XIII. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes con los cuatro secretarios del sacro registro XL. sueldos, á su ayudante III. sueldos, al oficio de los gloriosísimos prefectos de los pretorios por el mandato LXXX. sueldos.

§ 3.—Por el espectable conde de la Frigia Pacaciana así: A los tres cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes XXIV. sueldos, á su ayudante III. sueldos, al oficio de los gloriosísimos prefectos de los pretorios L. sueldos.

§ 4.—Por el espectable conde de la Galacia primera así: A los tres espectables cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes XXIII. sueldos, á su ayudante III. sueldos, al oficio de los gloriosísimos prefectos de los pretorios L. sueldos.

(1) *Así según el texto griego;* in edictis, *Trid., y Cont.*
(2) subditorum administratione, *Trid.;* subditarum administratione, *Port.—En Godofr. se lee* administrationum.—*N. del Tr.*
(3) *Trid., y Port.;* orientis [sic], *Cont.*

(4) pro iussione, *omitenlas Trid., Port., y Cont., y así también poco después.*
(5) scriniariis. *Trid., y Port.*
(6) XXXIII., *Trid.*

§ 5.—A vicario Longimuri ita: Chartulariis tribus sacri cubiculi sol. num. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. num. XXIV., eius adiutori sol. num. III., officio gloriosissimorum praefectorum praetoriorum sol. num. XL.

§ 5.—Por el vicario de Longimuro así: A los tres cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes XXIV. sueldos, á su ayudante III. sueldos, al oficio de los gloriosísimos prefectos de los pretorios XL. sueldos.

Et quaecunque administrationes consularivae sunt (1)

Y cualesquiera administraciones que son consulares

§ 6.—A iudice Palaestinae primae ita: Spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi sol. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. XXIV., eius adiutori sol. III., officio gloriosissimorum praefectorum praetoriorum sol. num. XL. (2).

§ 7.—A praeside Palaestinae secundae sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi sol. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. XXIV., eius adiutori sol. III., cohorti gloriosissimorum praefectorum pro iussione sol. XL.

§ 8.—A praeside Phoeniciae maritimae sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi sol. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. XXIV., eius adiutori sol. III., cohorti gloriosissimorum praefectorum pro iussione sol. XL.

§ 9.—A praeside (3) Syriae secundae sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi sol. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid. XXIV., eius adiutori sol. III., cohorti gloriosissimorum praefectorum pro iussione sol. XL.

§ 10.—A praeside Theodoriadis sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi sol. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. XXIV., eius adiutori sol. III., cohorti gloriosissimorum praefectorum pro iussione sol. XL.

§ 11.—A praeside Osdroënae sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi sol. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. XXIV., eius adiutori sol. III., cohorti gloriosissimorum praefectorum pro iussione sol. XL.

§ 12.—A praeside Ciliciae primae sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi sol. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. XXIV., eius adiutori sol. III., cohorti gloriosissimorum praefectorum pro iussione sol. XL.

§ 13.—A praeside Cypri sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi sol. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. XXIV., eius adiutori sol. III., cohorti gloriosissimorum praefectorum pro iussione sol. XL.

§ 14.—A praeside Pamphyliae sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi sol. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid. XXIV., eius adiutori sol. III., cohorti gloriosissimorum praefectorum pro iussione sol. XL.

§ 15.—A praeside Bithyniae sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi sol. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. XXIV., eius adiutori sol. III., cohorti gloriosissimorum praefectorum pro iussione sol. XL.

(1) *Trid.;* sunt IX., *Cont.*
(2) *Lo que sigue se halla enumerado en distinto orden en las ed. Trid. y Port. y no con mucha escrupulosidad.*

§ 6.—Por el juez de la Palestina primera así: A los tres espectables cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes XXIV. sueldos, á su ayudante III. sueldos, al oficio de los gloriosísimos prefectos de los pretorios XL. sueldos.

§ 7.—Por el presidente de la Palestina segunda así: A los tres espectables cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes XXIV. sueldos, á su ayudante III. sueldos, á la cohorte de los gloriosísimos prefectos por el mandato XL. sueldos.

§ 8.—Por el presidente de la Fenicia marítima así: A los tres espectables cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes XXIV. sueldos, á su ayudante III. sueldos, á la cohorte de los gloriosísimos prefectos por el mandato XL. sueldos.

§ 9.—Por el presidente de la Siria segunda así: A los tres espectables cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes XXIV. sueldos, á su ayudante III. sueldos, á la cohorte de los gloriosísimos prefectos por el mandato XL. sueldos.

§ 10.—Por el presidente de la Teodoriade así: A los tres espectables cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes XXIV. sueldos, á su ayudante III. sueldos, á la cohorte de los gloriosísimos prefectos por el mandato XL. sueldos.

§ 11.—Por el presidente de la Osdroena así: A los tres espectables cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes XXIV. sueldos, á su ayudante III. sueldos, á la cohorte de los gloriosísimos prefectos por el mandato XL. sueldos.

§ 12.—Por el presidente de la Cicilia primera así: A los tres espectables cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes XXIV. sueldos, á su ayudante III. sueldos, á la cohorte de los gloriosísimos prefectos por el mandato XL. sueldos.

§ 13.—Por el presidente de Chipre así: A los tres espectables cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes XXIV. sueldos, á su ayudante III. sueldos, á la cohorte de los gloriosísimos prefectos por el mandato XL. sueldos.

§ 14.—Por el presidente de la Panfilia así: A los tres espectables cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes XXIV. sueldos, á su ayudante III. sueldos, á la cohorte de los gloriosísimos prefectos por el mandato XL. sueldos.

§ 15.—Por el presidente de la Bitinia así: A los tres espectables cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes XXIV. sueldos, á su ayudante III. sueldos, á la cohorte de los gloriosísimos prefectos por el mandato XL. sueldos.

(3) iudice, *Trid., y Port.; y así en los siguientes.*

§ 16.—A praeside Hellesponti sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi sol. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. XXIV., eius adiutori sol. III., cohorti gloriosissimorum praefectorum pro iussione sol. XL.

§ 16.—Por el presidente del Helesponto así: A los tres espectables cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes XXIV. sueldos, á su ayudante III. sueldos, á la cohorte de los gloriosísimos prefectos por el mandato XL. sueldos.

§ 17.—A praeside Lydiae sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi sol. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. XXIV., eius adiutori sol. III., cohorti gloriosissimorum praefectorum pro iussione sol. XL.

§ 17.—Por el presidente de Lidia así: A los tres espectables cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes XXIV. sueldos, á su ayudante III. sueldos, á la cohorte de los gloriosísimos prefectos por el mandato XL. sueldos.

§ 18.—A praeside Phrygiae salutaris sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi sol. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. XXIV., eius adiutori sol. III., cohorti gloriosissimorum praefectorum pro iussione sol XL.

§ 18.—Por el presidente de la Frigia salubre: A los tres espectables cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los tribunos de los escribientes XXIV. sueldos, á su ayudante III. sueldos, á la cohorte de los gloriosísimos prefectos por el mandato XL. sueldos.

§ 19.—A praeside Pisidiae sic. Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi sol. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. XXIV., eius adiutori sol. III., cohorti gloriosissimorum praefectorum pro iussione sol. XL.

§ 19.—Por el presidente de la Pisidia así: A los tres espectables cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes XXIV. sueldos, á su ayudante III. sueldos, á la cohorte de los gloriosísimos prefectos por el mandato XL. sueldos.

§ 20.—A praeside Lycaoniae sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi sol. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. XXIV., eius adiutori sol. III., cohorti gloriosissimorum praefectorum pro iussione sol. XL.

§ 20.—Por el presidente de Licaonia así: A los tres espectables cartularios de la sacra cámara IX. sueldos, al primicerio de los muy esclarecidos tribunos de los escribientes XXIV. sueldos, á su ayudante III. sueldos, á la cohorte de los gloriosísimos prefectos por el mandato XL. sueldos.

§ 21.—A praeside Novae Iustinianae sic: Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi sol. IX., primicerio clarissimorum tribunorum notariorum sol. XXIV., eius adiutori sol. III., cohorti gloriosissimorum praefectorum pro iussione sol. XL.

dose en los tiempos antiguos constituído en Fermo la prefectura, y estando allí todas las autoridades superiores de la Iliria, tanto para los negocios civiles como para los episcopales, después, devastados aquellos lugares en tiempo de Atila, Apennio, prefecto del pretorio, se refugió huyendo de la ciudad de Fermo en Tesalónica, y entonces la dignidad sacerdotal siguió á la misma prefectura, y el obispo de Tesalónica obtuvo alguna prerogativa, no por su propia autoridad, sino á la sombra de la prefectura. Mas como al presente ha sido aumentada, con el auxilio de Dios, de tal modo nuestra república, que ambas orillas del Danubio están ya pobladas por ciudades nuestras, y han sido de nuevo sometidas á nuestro imperio tanto Viminacio, como Recidua y Literata, que están al otro lado del Danubio, hemos considerado necesario colocar en nuestra felicísima pátria la misma gloriosísima prefectura, que estaba en la Pannonia, puesto que no dista ciertamente mucho de la Dacia mediterránea la segunda Pannonia. Y como no era útil á la república que hombres dedicados siempre á las fatigas de la guerra acudieran á la primera Macedonia con tan largo camino y también con tantas dificultades, nos pareció por ello necesario llevar la misma prefectura á las regiones superiores, á fin de que las provincias establecidas cerca de ella experimenten más fácilmente el remedio de la misma. Y por lo tanto, tengan tu beatitud y todos los sacrosantos prelados de la susodicha Justiniana primera la prerogativa de arzobispo, y atribúyales su autoridad toda facultad, y ordénelos, y tenga en todas las susodichas provincias la primera dignidad, el sumo sacerdocio, la suma autoridad, sean creados por tu sede, y tengan un solo arzobispo, sin que respecto á él se le haya de conservar intervención alguna al obispo de Tesalónica; mas tú mismo y todos los prelados de la Justiniana primera, ó sus jueces y juzgadores, dirimid cualquiera cuestión que entre ellos surja, y ponedle término para ellos, y ordenadlos, y no se recurra á otro cualquiera, sino reconozcan todas las susodichas provincias su propio arzobispo, y experimenten los efectos de su creación, y tengan plena potestad para enviar clérigos, ó por sí, ó por medio de su autoridad, y toda la censura sacerdotal y facultad para la ordenación. Pero queremos que también en Aquis, que está en la provincia de la Dacia Ripense, sea ordenado por tu santidad un obispo, á fin de que en lo sucesivo no se halle constituída bajo el obispo de la ciudad del mediodía de Tracia, sino que la del mediodía permanezca ciertamente en el mediodía, sin que se le haya de conservar ninguna cosa común con Aquis. Mas tenga el obispo de Aquis la susodicha ciudad, y todos sus castillos, y territorios, é iglesias, para que pueda repeler de esta ciudad y de su territorio la maldad de los Bonosiacos, y convertirlos á la fe ortodoxa. Así, pues, para que tu beatitud conozca la disposición de nuestro númen hemos enviado á tu venerable sede la presente ley, á fin de que á perpetuidad tenga este beneficio la iglesia de nuestra pátria para gloria de Dios

(1) Appennius, *Iulian. Mir.;* Aprecinius, *Iulian. August.*
(2) Sirmitana, *Iulian. August.*
(3) *59., y Iulian. August.;* ut, *omítela Cont.*
(4) et Biminacium recidiva et limitata, *Iulian. August.*
(5) nec multis etiam spatiis separatur secunda Macedonia a Pannonia secunda, *adicionan Iulian. August.*
(6) per, *Iulian. August.*

(7) fastigium ascendere et te solum, *59.;* fastigium quae a se decernentur, *Iulian. August.*
(8) nulla actione adversus, *Iulian. August.*
(9) sint, *Iulian. August.*
(10) Thraciae oppido, *omítelas Iulian. August.*
(11) recordationis, *omítela Iulian. August.*
(12) omnibus honorum necessariis, *Iulian. August.*

vehi, nulla penitus Thessalonicensi episcopo nec ad hoc communione servanda.

omnipotente y sempiterna recordación de nuestro númen. Mas cuando aconteciere que salga de este mundo el que gobierna tu sede, mandamos que sea ordenado á la sazón su arzobispo por su venerable concilio de metropolitanos, según conviene que el arzobispo sea elevado honrado por todas las iglesias, sin que tampoco para esto se le haya de reservar absolutamente ninguna intervención al obispo de Tesalónica.

Epilogus

Beatitudo igitur tua, quae nostra sanxit aeternitas modis omnibus ad effectum perducere non differat.
Dat. VI. Kal. Maii (1), Constantinop. BELISARIO V. C. Cons. [535.]

Epílogo

Por tanto, no difiera tu beatitud llevar de todos modos á efecto lo que ha sancionado nuestra eternidad.
Dada en Constantinopla á 6 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [535.]

CONST. XII (2)

DE INCESTIS ET NEFARIIS NUPTIIS

(Coll. II. tit. 6.)

Imp. IUSTINIANUS *A.* FLORO, *gloriosissimo Comiti ubicunque positae divinae rei privatae.*

CONSTITUCIÓN XII

DE LAS NUPCIAS INCESTUOSAS Y NEFANDAS

(Colección II. título 6.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* FLORO, *gloriosísimo Conde de los divinos bienes privados, en cualquiera parte sitos.*

Praefatio

Pro incestis dudum nuptiis scriptas ab Imperatoribus leges non perfecte se habere (3) iudicamus, quae eos quidem, qui incestis copulantur nuptiis, impunitos sinunt, ex iis autem procedentem sobolem, utique inculpabilem exsistentem, privant rebus patris (4), ut necessitas sit eos quidem, qui peccant, sine reatu esse, eos autem, qui innoxii sunt, tanquam peccantes puniri.

Prefacio

Juzgamos que no son perfectas las leyes antes escritas por los Emperadores sobre las nupcias incestuosas, las cuales dejan ciertamente sin castigo á los que se unen en nupcias incestuosas, pero privan de los bienes paternos á la prole que procede de ellas, que es ciertamente inculpable, como si hubiera necesidad de que queden sin castigo los que ciertamente pecan, y de que sean castigados como pecadores los que son inocentes.

Cap. I

Sancimus igitur, de cetero, si quis illicitas et contrarias naturae (quas lex incestas, et nefandas, et damnatas vocat) contraxerit nuptias, si quidem non habuerit filios ex prioribus legitimis et inculpabilibus sibi contractis nuptiis, mox ei suarum rerum casum imminere, simul autem, et eis (5), quae nomine dotis data sunt ei, in nullo potiri, sed omnia aerario assignari, eo quod, dum licuerit nuptias facere legitimas, contra leges amaverit, et confuderit quidem sobolem, nocuerit autem et generi, egerit vero quae impia sunt et scelesta, et talia concupierit, qualia plurima etiam irrationabilia amovent (6) animalia, sitque ei poena non confiscatio solum, sed etiam cinguli privatio et exsilium, et si vilis fuerit, etiam corporis verberatio, quatenus discat caste vivere et intra naturam se continere, non autem delectari et amare ultra terminum traditum nobis a natura etiam his legibus repugnare (7). Muliere (8) quoque, si legem sciens hanc quidem neglexerit, incestis autem semetipsam tradiderit nuptiis, sub eadem constituenda poena.

Capítulo I

Mandamos, pues, que, en lo sucesivo, si alguno hubiere contraído nupcias ilícitas y contrarias á la naturaleza, (á las que la ley llama incestuosas, nefandas, y condenadas), y verdaderamente no hubiere tenido hijos de anteriores nupcias legítimas é inculpables por él contraídas, amenácele desde luego la pérdida de sus bienes, pero al mismo tiempo no disfrute en manera alguna de las cosas que á título de dote se le dieron, sino que sean todas ellas adjudicadas al erario, porque, siéndole lícito contraer legítimas nupcias, las prefirió contra las leyes, y confundió su prole, y perjudicó también á su descendencia, é hizo cosas que son impías y malvadas, y anheló cosas tales que repugnan aun á muchos animales irracionales, y sea para ellos pena no solamente la confiscación, sino también la privación del cíngulo y el destierro, y si fuere de vil condición, también el azotamiento, para que aprenda á vivir castamente y á contenerse dentro de los límites de la naturaleza, pero no á deleitarse y á amar fuera de los términos que nos fueron concedidos por la naturaleza, y á contrariar también á estas leyes. Debiendo quedar también sujeta á esta misma pena la mujer, si conociendo esta ley la hubiere ciertamente desatendido, y se hubiere entregado ella misma á nupcias incestuosas.

---

(1) *Iulian. Pith.;* Datum XX. Belis., *Cont*
(2) *Hállase el texto griego en Hal. y Scrimg.—El proemio y los tres primeros capítulos en las Bas. XXVIII., 6., Schol. a—c.—Iulian. const. 32.—La versión es la antigua de la glosa.*
(3) *Trid., y Port.;* se, *omítela Cont.*
(4) *Trid., y Cont.;* paternis, *Port.*

(5) *Port.;* ea, *Trid.:* eorum, *Cont.*
(6) admonent, *Trid., y Port.*
(7) etiam—repugnare, *inclúyelas en un paréntesis Cont.*
(8) mulier, *Trid., y Port.*

Cap. II

Si vero contigerit ex prioribus nuptiis inculpabilibus filios esse ei, aut nepotes forte, aut ulterius, paternam mox illi accipiant successionem, suae quidem potestatis patris supplicio facti, pascentes autem eum et alia necessaria praebentes. Nam licet legum contemtor et impius sit, tamen pater est.

Capitulo II

Mas si aconteciere que de anteriores no reprobadas nupcias tuviere hijos, ó acaso nietos, ú otros descendientes, reciban ellos desde luego la sucesión paterna, hechos ciertamente de propia potestad por pena del padre, pero alimentando á éste y suministrándole las demás cosas necesarias. Porque aunque sea infractor de las leyes é impío, es, sin embargo, padre.

Cap. III

Et hoc quidem sequens tempus habeat post praesentem nostram constitutionem currens, nullo contristando, si caste vixerit; licebit enim nihil peccantes sub hac lege non subdi. Quod vero iam transactum est, nec omnino relinquimus innoxium, nec omnibus modis sub acerbam indignationem submittimus, sed si quae incestae factae sunt nuptiae, si quidem contigerit eas quolibet modo dissolvi, sine reatu sint; si vero haec nostra lex invenerit aliquem post tales nuptias (1), licentiam ille habeat, ex quo omnibus insinuata est, intra duos annos sic sibi copulatam dimittere coniugem, non reversuram ulterius ad eum, neque separatam quidem figuraliter, pro veritate vero coniunctam (forsan enim sic prioribus satisfaciat), sola quarta eius substantiae parte ad fiscum deferenda, et ad filios omni alia substantia, quam eis tanquam innoxiis concedimus, ut, si quidem soli, et non cum aliis et ipsis legitimis sint, ex (2) aliis nuptiis inculpabilibus exsistentibus, non priventur paterna successione, nisi iuste eos odio habens pater propter aliam quandam legitimam offensionem a sua excludat successione.

§ 1.—Si vero etiam nuptiae sint aliae prius factae, et non offendentes legem, et filii inde oriantur, tres quidem partes hereditatis undique inculpabilibus et innoxiis relinqui filiis, nisi aliquid offendant aliud, quod eos indignos patris secundum legem successione demonstret; quartam vero filiis iniuriam quidem passis, innoxiis tamen, relinquere liceat, et ipsis inculpabilibus per omnia alia circa patrem visis, scilicet et praecepta (3) ex paterna substantia quarta parte, quam fisco dari praecipimus. Damus autem eis non ex testamento solo, sed etiam ab intestato genitorum secundum prius a nobis dictum modum fieri heredes. Hoc eodem valente, si etiam, postquam prius dimiserit coniugem inceste sibi copulatam (4), alteram duxerit secundum legem uxorem, filiis ei et ex priore exsistentibus, et postea ex legitima procreatis; sic enim prius tempus clementiae vincimus, dote quippe praecedenti mulieri danda. Si autem uxorem non dimiserit intra duos annos, ex quo lex fuerit publice insinuata, et ipse cadat sua substantia, et mulier dote, et supra dicta fiat poena; tales quoque filii nihil ex paterna substantia habebunt, neque ex materna dote. Sed si quidem (5) fuerint ex prioribus nuptiis innoxii filii ei procreati, illi res accipiant (post quartam quippe partem, quae ad fiscum defertur) suae potestatis effecti, et patrem alentes, et aliam ei praebentes sufficientem sanationem, sicut praediximus; dote etiam hic incestae coniugis

Capitulo III

Y rija esto ciertamente en el siguiente tiempo que transcurra después de la presente constitución nuestra, sin que haya de contristarse nadie, si viviere castamente; porque á los que en nada pecan les será lícito no quedar sujetos á esta ley. Mas lo que ya antes se hizo ni lo dejamos de todo punto impune, ni lo sujetamos de todos modos á severa pena, sino que si se contrajeron nupcias incestuosas, quedarán exentas de pena, si verdaderamente aconteciere que aquellas se disuelven de algún modo; pero si esta ley nuestra hallare á alguno después de haber contraído tales nupcias, tenga él licencia durante dos años, desde que haya sido notificada á todos, para repudiar á la mujer que de este modo está unida á él, sin que en lo sucesivo haya de volver á él, ni en apariencia esté ciertamente separada pero en realidad unida, (porque acaso así dé satisfacción á las anteriores leyes), habiéndosele de adjudicar al fisco la sola cuarta parte de sus bienes, y á los hijos todos los demás bienes, que como á inocentes les concedemos, de suerte que, si verdaderamente estuvieran solos, y no con otros y legítimos existentes de otras nupcias no criminosas, no sean privados de la sucesión paterna, á no ser que, odiándolos justamente el padre por alguna otra legítima ofensa los excluya de su sucesión.

§ 1.—Mas si también se hubieran contraído antes otras nupcias, que no ofenden la ley, y de ellas nacieran hijos, se les dejan ciertamente tres partes de la herencia á los hijos de todo punto inculpables é inocentes, á no ser que ofendan alguna otra cosa, que demuestre que son indignos de la sucesión de su padre conforme á la ley; y sea lícito dejarles la cuarta parte á los hijos que ciertamente sufrieron injuria, pero que son inocentes, y son considerados en todo lo demás sin culpa respecto á su padre, habiéndose retirado antes, por supuesto, de los bienes paternos la cuarta parte, que dispusimos se le diera al fisco. Mas les concedemos que en el modo antes dicho por nosotros se hagan herederos de sus progenitores, no solamente en virtud de testamento, sino también abintestato. Teniendo validez esto mismo, si también después que hubiere repudiado á la mujer que se le unió á él incestuosamente, hubiere tomado con arreglo á la ley otra mujer, y tuviere él hijos tanto de la primera, como procreados después en la legítima; porque de este modo sujetamos á clemencia el tiempo pasado, habiéndosele de dar ciertamente la dote á la mujer anterior. Mas si no hubiere repudiado á la mujer dentro de dos años, desde que la ley hubiere sido promulgada públicamente, pierda él sus propios bienes, y la mujer la dote, é impóngase la susodicha pena; y tales hijos no tendrán tampoco nada de los bienes paternos, ni de la dote materna. Pero si verdadera-

(1) *Trid., Port., y Cont.*; post in talibus nuptiis, *Beck.*
(2) ipsi legitimi sint et ex, *Trid., y Port.*
(3) *Trid.*; percepta, *Port., y Cont.*
(4) *Trid.*; inceste sibi commissam vel copulatam, *Port., y Cont.*
(5) *Trid.*; qui, *Port., y Cont.*

sub fisco facienda. Si vero filii non sint ex prioribus inculpabilibus nuptiis hoc agenti procreati, tunc totius eius substantiae dominus erit fiscus. Haec enim etiam in postea nubentibus inceste sancimus, sub aequalitate per omnia ponentes eum, qui non dimittit intra praedictum a nobis tempus incestam coniugem, cum eo, qui post hanc nostram legem incestas et odibiles quasdam nuptias elegit (1).

mente él tuviere procreados de nupcias anteriores hijos inocentes, reciban éstos los bienes, (á la verdad, después de la cuarta parte que se le defiere al fisco), quedando hechos de propio derecho, alimentando al padre, y suministrándole el demás auxilio suficiente, según antes hemos dicho; debiéndose hacer también en este caso del fisco la dote de la mujer incestuosa. Mas si el que hace esto no tuviera procreados hijos de anteriores nupcias, no culpables, entonces el fisco será dueño de todos los bienes de él. Porque disponemos esto también en cuanto á las que después se casen incestuosamente, equiparando en todo al que no repudia á la mujer incestuosa, dentro del tiempo antes dicho por nosotros, con el que después de esta ley nuestra hubiere optado por ciertas nupcias incestuosas y odiosas.

Cap. IV

Dubitatum itaque in quibusdam gentibus etiam aliquid (2) de legitimis filiis ex nostra constitutione factis, existimavimus recte se habere nos tanquam legis patres et adiicere ei, et solvere dubitationem. Etenim cum tali intellectu ab initio legem posuimus. Nan etsi legitimorum quisquam sit pater, et abeunte eius uxore ex hominibus, aut etiam legitime transigente, habuerit quandam consuetudinem ad aliam mulierem, quam licebat etiam legitime ducere uxorem, et fuerint ei filii (3) ante dotalia documenta, si tamen ea fecit, aut etiam postea, vel etiam soli maneant ante dotalia filii, secundis autem non procreatis, aut etiam postquam nati sunt morientibus, existimaverunt quidam, non posse secundos esse legitimos, quoniam praeexsistant ex priori coniuge alii legitimi et proprii filii. Quod nullam rectam et consequentem habet consonantiam. Si enim huiusmodi filios nos legitimos et proprios demonstravimus, dotalium documentorum contenti cofectione, legitimi vero etiam primi constituti sunt, in omnibus legitimus (4) etiam pater moritur, et iis, qui ex prima fuerunt, et qui de secunda, licet ante dotalia documenta procreati sunt, et nullus post eos post documentum dotis natus est, aut etiam natus (5) mortuus, et licentiam lex ei praestat quo vult testari modo in suam sobolem, ut tamen non offendat in aliquo leges, quae mensura certa successionis omnes filios vocant. Venient igitur etiam ab intestato et ex testamento (sicut et pater et lex permittit) proprii exsistentes atque legitimi, alterutrisque succedent. Quid enim aliud decernimus, quum sufficiat legitima et suorum appellatio sub potestate eos ostendere, et dare etiam contra testamentum quae leges praebent, et omnia habere, quaecunque huiusmodi appellationem decent?

Capitulo IV

Y habiéndose dudado entre ciertas gentes también sobre alguna cosa respecto á los hijos hechos legítimos por nuestra constitución, hemos estimado que era conveniente que nosotros, como padres de la ley, le añadiéramos alguna cosa, y disipáramos la duda. Porque con este sentido publicamos en un principio la ley. Pues aunque uno fuera padre de hijos legítimos, y falleciendo su mujer, ó aun disolviéndose legítimamente el matrimonio, hubiere tenido cierto trato con otra mujer, que también le era lícito tomarla legítimamente por mujer, y él hubiere tenido hijos antes de otorgar los documentos dotales, si es que los otorgó, ó aun después, ó también si solos quedaran los hijos habidos antes de los instrumentos dotales, no habiéndose procreado después otros, ó aun habiendo fallecido después que nacieron, estimaron algunos que no podían ser legítimos los segundos, porque preexisten otros hijos legítimos y propios habidos de la anterior mujer. Lo que no tiene ninguna recta y consiguiente concordancia. Porque si á tales hijos los declaramos nosotros legítimos y propios, habiéndonos contentado con la otorgación de los documentos dotales, pero los primeros fueron también legítimos, el padre muere también legítimo para todos, así para los que lo fueron de la primera, como para los que de la segunda mujer, aunque hayan sido procreados antes de otorgarse los documentos dotales, y con posterioridad á ellos no haya nacido ninguno después de otorgado el documento de la dote, ó aun habiendo muerto si hubiere nacido, y la ley le concede licencia para testar respecto á su prole en el modo que quiera, con tal, sin embargo, que no ofenda en algo á las leyes, que en cierta medida llaman á todos los hijos á la sucesión. Vendrán, pues, tanto abintestato como por testamento, (según el padre y la ley lo permiten), siendo de derecho propio y legítimos, y se sucederán unos á otros. Porque ¿qué otra cosa decretamos, cuando la denominación de legítimos y de suyos basta á mostrarlos bajo potestad, y á darles aun contra el testamento lo que las leyes conceden, y á que tengan todo lo que corresponde á tal denominación?

Epilogus

Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis et per hanc legem declarata sunt agnoscens, operi effectuique tradere festinet, praecepto utens apud

Epilogo

Por tanto, conociendo tu eminencia lo que nos plugo y ha sido declarado por esta ley, apresúrese á llevarlo á ejecución y efecto, sirviéndose de edic-

---

(1) *Trid.;* eliget, *Port.;* elegerit, *Cont.*
(2) *Trid., y Port.;* itaque etiam in quibusdam gentibus aliquid, *Cont.*

(3) *Trid., y Port.;* aut ante, *Cont.*
(4) *Trid., y Port.;* sunt in omnibus: legitimus, *Cont.*
(5) *Trid.;* et, *insertan Port., y Cont.*

gentium praesides, ut et qui foris sunt homines agnoscant, quia sobolis innoxiae et purae curam habuerimus, et alienigenas atque nostris odibiles legibus aversamur copulationes.

Dat. XVII. Kal. Iun. Constantinop. BELISARIO V. C. Cons. indictione XIV. [535.] (1)

CONST. XIII (2)

DE PRAETORIBUS POPULI

Idem A. Constantinopolitanis

Praefatio

Clarissimorum vigiliae iudicum nomen honestum et antiquis Romanis cognitum nescimus quemadmodum in aliam translatum est appellationem et ordinem. Patriae enim nostrae vox praefectos eos vigilum appellavit, vigilantibus et nihil imperscrutatum relinquentibus hominibus hoc cinguli praeponens. Vox enim Graecorum nescimus unde praefectos eos appellavit noctium, tanquam necessarium esset, sole quidem verisimiliter decumbente exsurgere cingulum, quiescere autem debilitato. Quid enim erat, propter quod noctium addidit nomen? Si enim quodammodo hac sola dignitate, quae in noctibus sunt non recte gesta curam habente, et circumlustrante civitatem, hanc habuit appellationem, sed hoc ipsum et civitatis cingulum videmus agentem, quatenus nihil interesset, quod prohiberet super appellatione ista etiam dignitatem illam hoc nomine vocitari. Si enim dividi dignitates possunt, et gloriosum quidem praefectum felicissimae huius civitatis esse diurnum iudicem, alios autem noctis, vehementer competentium aberraverint rectitudinem nominum nescimus quemadmodum corrumpentes. Hanc igitur appellationem istam nebulosam exsistentem et obscuram et noctis praenomen fortassis refugiunt omnes, et poenam esse hanc administrationem existimant, et neque imperialium dignam codicillorum esse putant.

Cap. I

Nos igitur rem quomodo oportet adspicientes aestimavimus oportere dignitatem hanc a principio incipientem ab appellatione in totum erigere et ornare, et nycteparchum nullatenus de cetero vocari. Curam enim habebunt eorum, quae in diem et in noctem praeter quod competens est aguntur.

§ 1.—Igitur quoniam antiquis Romanis vehementer praetoris placuit nomen, propterea existimavimus eos praetores plebeios (3) oportere nominare, qui ad custodiam et disciplinam constituti sunt, et plebeiam possunt compescere seditionem; et sicut ceteri praetores sunt in curia senatus, libertatum et tutorum et talium praesides, ita sint et isti praetores super populorum rectitudine, et nostra quidem voce plebis praetores appellentur,

tos para los presidentes de las regiones, á fin de que también los hombres que viven fuera sepan que hemos cuidado de la prole no culpada y pura, y que tenemos aversión á las uniones extrañas y odiosas para nuestras leyes.

Dada en Constantinopla á 17 de las Calendas de Junio, indicción XIV., bajo el consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [535.]

CONSTITUCION XIII

DE LOS PRETORES DEL PUEBLO

El mismo Augusto á los Constantinopolitanos

Prefacio

No sabemos cómo ha sido transferido á otra denominación y á otro orden el nombre de los muy esclarecidos jueces encargados de la vigilancia, honroso y conocido de los antiguos romanos. El lenguaje de nuestra pátria los llamó prefectos de los vigilantes, poniendo esta magistratura al frente de los hombres que vigilan y nada dejan sin explorar. No sabemos por qué la lengua de los griegos los llamó prefectos de noche, como si fuese necesario que ciertamente, á lo que parece, surgiera la magistratura al ponerse el sol, y cesara al nacer. Porque ¿qué había por lo que se le añadieron las palabras de noche? Pues si en cierto modo por tener esta dignidad cuidado solamente de las cosas que de noche no se hacen como es debido, y por recorrer la ciudad obtuvo esta denominación, vemos, sin embargo, que esto mismo hace también el magistrado de la ciudad, de suerte que nada habría en cuanto á esta denominación que impidiese que también aquella dignidad fuese llamada con el mismo nombre. Porque si pueden dividirse las dignidades, y fuese juez de día ciertamente el glorioso prefecto de esta felicísima ciudad, y los otros lo fueran de noche, erraron gravemente los que corrompen no sabemos por qué razón la exactitud de las competentes denominaciones. Así, pues, todos rehuyen esta denominación que es nebulosa y obscura, y acaso el apelativo de noche, y estiman que este cargo administrativo es una pena, y juzgan que no es digna de credenciales imperiales.

Capitulo I

Así, pues, considerando nosotros la cosa como es debido, estimamos que era conveniente crear y decorar por completo esta dignidad, que en un principio tomaba su orígen de la denominación, y que en lo sucesivo no sea de ningún modo llamada vigilante nocturno. Porque tendrá cuidado de las cosas que así de día como de noche se hacen contra lo que es debido.

§ 1.—Por lo tanto, como á los antiguos romanos les agradó mucho el título de Pretor, hemos juzgado que era conveniente llamar pretores plebeyos á los que están destinados á la guarda y disciplina, y pueden apaciguar las sediciones populares; y así como en la curia del senado hay otros pretores, que presiden en las manumisiones, en las tutelas y en otras cosas semejantes, haya también estos pretores para el buen orden del pueblo, y sean deno-

---

(1) VI. Idus Octob.—indict. XIV., *el ms. de Cont., Trid., y Port.*

(2) *El texto griego se halla en Hal. y Scrimg.—Los capítulos 3. 4. 5. y 6. en las Bas. VI. 5. 4-7.—Iulian. const. 23.—La versión latina no es ciertamente la de la glosa, pero es antigua; se halla en las ed. Mogunt. (Schoeffer 1.477) y Basil. (Wensler 1.478), pero suprimida después por los editores la restableció Concio (1.571).*

(3) *Otros* plebis, *según dice Cont. al márgen.*

graeca vero ista et communi (lingua) praetores populorum. Praetoris enim qualiter est honestum nomen, qualiter non longe constitutum a consulatu, qualiter vicinum legi affictum, manifestant leges, consulatui coniungentes praetores, secundum eis cum lege dantes ordinem. Et quemadmodum antiquitus consules fuerunt, qui magnae praeerant curiae, principes autem plebis, qui plebem gubernabant, ita et nunc sunt praetores quidem senatus, qui ea, quae pridem a nobis dicta sunt, agunt, principes vero populorum hi, qui quietem eorum defendunt, et quod eis expedit provident.

§ 2.—Revera enim dignitatem hanc, olim honestam constitutam, et in seniore Roma in usu frequentatam splendide, in temporibus non solum, quae Imperatores habuerunt, sed et adhuc longius, et magna civitas hanc suscipiens dignitatem non despectam habuit. Neque enim veteribus temporibus didicimus aliquas magnas dignitates administratas, quae circa imperium sunt, et post haec non dignari de hac re sollicitudinem fieri, paulatim vero ita res abiecta visa est et nullius rei dina, uti neque ex codicillis nostris fieret, iaceret autem sub gloriosissimis praefectis felicissimae huius civitatis, et multa ex ordine eorum ista susciperet dignitas, et administraret eam pessime. Etenim si quis inspiciat antiquitatis eius cingulum, vehementer eam, qualis pridem erat, et de his, quae nunc sunt, docebitur; cognoscet enim eam et forum proprium et officium commentariensis habentem, et alia omnia, quae paene civitatis cingulo a legibus deputata sunt.

minados ciertamente en nuestra lengua pretores de la plebe, y en esta lengua griega y común pretores del pueblo. Porque cuán honroso es el nombre de pretor, cuán poco distante ha sido puesto del consulado, y cuán próximo á la ley ha sido colocado, lo manifiestan las leyes, que unen los pretores al consulado, dándoles con arreglo á la ley el segundo lugar. Y así como antiguamente fueron los cónsules los que presidían la grande curia, y príncipes de la plebe los que gobernaban la plebe, así también ahora son pretores ciertamente del senado los que hacen lo que antes se dijo por nosotros, y príncipes del pueblo los que defienden el sosiego de éste y proveen lo que le conviene.

§ 2.—Porque en realidad tampoco esta grande ciudad, al obtener su actual dignidad, consideró despreciable aquella magistratura, que en otro tiempo fué honrosa, y desempeñada espléndidamente en la antigua Roma, no solamente en los tiempos que tuvieron Emperadores, sino también aun más remotamente. Porque hemos sabido que en los tiempos antiguos los que desempeñaron algunas grandes dignidades, que están cerca del Emperador, se desdeñaron de encargarse después de ellas del cuidado de estas cosas, y de este modo la cosa fué paulatinamente considerada abyecta y no digna de consideración alguna, de suerte que no se creaba por credenciales nuestras, sino que se hallaba bajo la dependencia de los gloriosísimos prefectos de esta muy feliz ciudad, y muchos de los oficiales de éstos se encargaron de esta dignidad, y la desempeñaron pésimamente. Así, pues, si alguno examinara esta magistratura en su antigüedad, se instruirá perfectamente de cómo era ella antes, aun por lo que hoy existe; porque verá que ella tiene tribunal propio y oficina de escribanos, y casi todo lo demás que por las leyes ha sido atribuido á la magistratura de la ciudad.

Cap. II

Quia igitur nos omnia perscrutantes, quae facta sunt pridem, festinamus in meliorem ordinem et antiquam honestatem et huius rei reducere ornamentum, ut non furta ab iis fiant frequentia, et societates cum furibus, et iudicia negligi et sperni, et nullius dignae procedant rationis, propterea existimavimus quae circa ea sunt definire. Scimus enim, quoniam, si propter pecuniarias lites, in quibus non magnum est periculum, nisi in pecuniis solis, attamen dignitates eas iudicant magnae, et multotiens etiam coniudices dantur, et innumerabiles nobis sollicitudines sunt, ut non causae sine iudicio procedant, quomodo non competens est de iudicibus, quibus super animabus iudicantium est periculum, omnem ponere providentiam, qualiter alicuius digni efficiantur rationis, ne quando animam perdant hominis nati quidem semel, recipere autem eam dum perdiderit non valentis?

Capitulo II

Así, pues, nosotros investigando todo lo que antes se hizo, nos apresuramos á reducir á mejor orden y á su antiguo honor lo relativo á este particular, y á fin de que no se cometan por aquellos frecuentes hurtos, y se hagan sociedades con los ladrones, y se desatiendan y se desprecien las sentencias, y no se profieran las que no son dignas de ningún fundamento, hemos estimado definir lo que á esto se refiere. Porque sabemos que si tratándose de litigios pecuniarios, en los que no es grande el peligro, sino solamente en cuanto al dinero, los juzgan, sin embargo, magistrados superiores, y frecuentemente se nombran también varios jueces, y son innumerables nuestros cuidados, para que las causas no se resuelvan sin juicio, ¿cómo no ha de ser conveniente que pongamos todo cuidado respecto á los jueces, de quienes depende el peligro de las almas de los que ellos juzgan, á fin de que se hagan dignos de alguna consideración, para que no pierdan el alma de hombre que nace ciertamente una vez, pero que no puede recobrarla cuando la hubiere perdido?

Cap. III

Primum quidem igitur sancimus, neminem omnino in praedicta dignitate adesse, priusquam a nobis codicillos administrationis accipiat, et nulla ratione praesumere citra imperiales codicillos ad curam istam accedere, sed exspectare imperium et exinde conscriptum iudicium. Non enim nulli praedictam dignitatem trademus, nisi magnificis, illu-

Capitulo III

Mandamos, pues, en primer lugar que no entre absolutamente nadie en la susodicha dignidad antes que de nosotros reciba las credenciales del cargo, y que por ninguna razón se atreva á ocupar este cargo, sin las credenciales imperiales, sino que espere la resolución del Emperador, y el decreto escrito en virtud de ella. Porque nosotros no conferi-

stribus aut spectabilibus comitibus consistorianis, aut clarissimis tribunis praetorianis et notariis, qui hanc suscipiant dignitatem, aut aliis administrationes agentibus, et apparentibus nobis aptis et nostro dignis testimonio, quatenus eos praedictam habentes honestatem et honorem defendere praesertim pro iustitia, propter quod pro animabus est intentio, et multis homicidii consueverunt litibus habitare, et de adulteriis, et invasionibus, et rapinis, et si quid tale est.

§ 1.—Oportet ergo talibus criminibus praesidentem virum esse undique honestum, et irreprehensibilem, et huiusmodi auditorii dignum, et omnis abstinentem furti seu munerum acceptionis, et puras habere manus. Habere autem et consiliarium probatum unum. Etenim neque citra usum consolationis eos relinquemus, sed unicuique eorum tot solidos occasione annonarum annis singulis dabimus, quatenus hi sufficientes his nulli adquiescant furto aut venalitati.

§ 2.—Sed neque per dationem fieri omnino, quemadmodum in quibusdam fiebat temporibus, neque προΐεσθαι aurum ulli. In aequali enim crimine efficitur et qui dat alicui occasione dignitatis, quodsi factum fuerit adquiescens, ut secundum dandum ab eo iusiurandum manifestatur.

remos la susodicha dignidad á ninguno, sino á los magníficos, ilustres ó espectables condes del consistorio, ó á los muy esclarecidos tribunos pretorianos y notarios, que acepten esta dignidad, ó á otros que desempeñen cargos, y que nos parezcan aptos y dignos de nuestra confianza, á fin de que teniendo ellos la antes dicha honradez y honor luchen por la justicia principalmente, porque los litigios versan sobre las almas, y ellos acostumbraron á intervenir en muchas causas de homicidio, y en adulterios, en invasiones, en robos, y en otras cosas semejantes.

§ 1.—Es, por lo tanto, conveniente que el varón que preside en tales causas criminales sea de todo punto honrado é irreprensible, y digno de tal tribunal, y que se abstenga de todo hurto ó de aceptar regalos, y tenga manos limpias. Mas tenga también un solo asesor probado. Porque tampoco los dejaremos sin el disfrute de retribución, sino que á cada uno de ellos les daremos á título de annonas por cada año tantos sueldos, á fin de que teniendo con ellos lo suficiente no presten su aquiescencia á ningún hurto ó venalidad.

§ 2.—Mas tampoco se le hagan absolutamente á ninguno dádivas ó se le pague dinero, como se hacía en algunos tiempos. Porque se hace reo del mismo delito el que da á alguno con ocasión de una dignidad, como el que asiente á lo que se hubiere hecho, según se manifiesta en el juramento que por él se ha de prestar.

Cap. IV

Didicimus autem, eis ad obsequium esse officia maligna; dicimus autem latronum cognitores, et beneficiarios (1), et singulorum incisores, et aliam multitudinem, quorum unumquemque competens est castigari (2) magis, quam taliter vivere. Neque enim latronum cognitor talis est, quomodo in bonum quid agere, sed in hoc tantummodo cognoscunt fures, ut lucrum sibi et iudicibus suis venentur. Quae omnia competens est eos, qui nunc a nobis in praeturam populi transeunt, odisse et aversari, et mundis uti manibus, et resecare omnia, quae praecepta sunt sive de furto, sive de aliis delictis, et civitatem nobis emundare ab his, quae furta operantur, bestiis, et viris industriis uti ad haec ministris, et proprio officio offerri competenter, quatenus timor eos habeat sui iudicis, et omnia agant cum vehementia et bona voluntate, et digne iudicio de se. Neque multi aliqui fures erunt, et furta celeriter invenientur, et peccantes imminuentur, timentes dignitatem, quoniam nemo comparet pecuniis.

§ 1.—Sed et crimina, vel si vehementissima sint, cognoscent, et populares sedabunt turbas, ita gloriosae huius et regiae iudici civitatis, sed (3) nobis obsequentes, et omni digni eo honore, tanquam iudices minores a iudice maiore evacuent eius sollicitudines, nihil eligentes agere, quod non est bonorum virorum et imperialis testimonii dignum. Si vero aliquando contigerit (hoc quod non optamus) fieri aliquod in hac civitate incendium, oportet eos praesentes esse et ministrare, et maximum hoc opus habere, ne fures et subtrahentes infelicissimorum res eripere, et salvare, quantum possunt, res ab ignis violentia. Etenim si circa hanc digni-

Capitulo IV

Mas sabemos que tienen á su servicio oficiales de mala condición, queremos decir, denunciadores de ladrones, auxiliares, cortadores de cíngulos, y otra multitud, cada uno de los que es más conveniente que sea castigado, que no que viva de tal manera. Porque el denunciador de ladrones no es tal que haga alguna cosa para bien, sino que ellos conocen á los ladrones solamente para esto, para perseguir lucro para sí y para sus jueces. Es conveniente que por todo esto sientan ódio y aversión los que por nosotros ingresan ahora en la pretura del pueblo, y que tengan manos limpias, y estirpen todo lo que se ha prevenido, ya respecto á hurtos, ya en cuanto á los otros delitos, y nos limpien la ciudad de estas bestias, que cometen hurtos, y para ello se sirvan de hombres industriosos como auxiliares, y se conduzcan convenientemente con sus propios oficiales, á fin de que los contenga el temor á su juez, y todo lo hagan con prontitud y buena voluntad, é inspirando digno juicio de ellos mismos. Y no habrá otros muchos ladrones, y se descubrirán pronto los hurtos, y disminuirán los delincuentes, temiendo al magistrado, porque ninguno lo comprará con dinero.

§ 1.—Mas conocerán también de los delitos, aunque sean muy graves, y calmarán los populares tumultos, no sirviendo así al magistrado de esta gloriosa y real ciudad, sino á nosotros, y siendo dignos de todo este honor, evacuarán como jueces inferiores por el juez superior los cuidados de éste, no proponiéndose hacer nada que no sea digno de hombres buenos y de la aprobación imperial. Pero si alguna vez aconteciere, (lo que no deseamos), que se produzca algún incendio en esta ciudad, conviene que acudan ellos y presten auxilio, y principalísimamente cuiden de que los ladrones y rateros no quiten las cosas de los desgraciados, y de salvar, en

(1) *Así, conforme al texto griego;* veneficiarios, *Cont.*
(2) *Según el texto griego;* castigare, *Cont.*

(3) et, *Beck.*

tatem facti fuerint industrii, maior eos sedes excipiet et honestior dignitas, et cognoscent, quantum est, quod cum honestate vivitur, quam hanc contemnere, uti autem multis manibus, et per eas impie agere, et postea egere, propter quod nihil horum, quae ita congregantur, consuevit manere, sed male colligere, et statim deperdere. Ut igitur nostros subiectos invitare quidem per hanc aestimavimus oportere occasionem, et solatium eis dare tantum, et homines honoratos ad medium adducere, ut eorum virtutem sentiant subiecti. Habebunt autem spectabiles populorum praetores et consiliarium nostro super eo iudicio, sicut diximus, dignum.

cuanto les sea posible, de la violencia del fuego las cosas. Porque si en esta magistratura hubieren llegado á ser hábiles, les corresponderán más alto empleo y más honrosa dignidad, y conocerán cuánto media de vivir con honradez á despreciar ésta, y servirse de muchas manos y por medio de ellas obrar impiamente, y hallarse después en la indigencia, porque es lo ordinario que no se conserve nada de lo que así se reune, sino que al punto se pierda lo que malamente se adquiere. Así, pues, hemos creído que era ciertamente conveniente dirigirnos en esta ocasión á nuestros súbditos, y darles tan grande auxilio, y presentarles hombres honrados, á fin de que nuestros súbditos experimenten las virtudes de aquellos. Mas los espectables pretores del pueblo tendrán también un consejero, según hemos dicho, digno de nuestro juicio sobre esto.

Cap. V

Assistent autem eis et viceni milites, et triceni matricarii, quos nunc nos constituimus, dispositionibus obsequentes eorum, et sicubi δέοι eos, qui indecenter agunt, detinentes et competenti ordini tradentes disciplinam. Oportet autem eos manifeste scire, quod si mundos semetipsos constituerint, et dei auxilium habebunt, et nostra placatione non fraudabuntur, et longior eis dignitas erit. Quis enim bene et recte agentem amovere velit?

Capítulo V

Mas les auxiliarán veinte soldados, y treinta matricarios, que ahora nombramos, los cuales obedecerán sus disposiciones, y cuando sea menester detendrán á los que obren inconvenientemente, y restituirán á su competente estado el orden público. Y es conveniente que claramente sepan, que, si ellos mismos se hubieren mantenido puros, obtendrán el auxilio de Dios, no defraudarán nuestra benevolencia, y tendrán más duradera su dignidad. Porque ¿quién querría remover al que se conduzca bien y rectamente?

Cap. VI

Sed si transmittatur eis aliquis a iudicio viri clarissimi praefecti huius felicissimae civitatis, quatenus suppliciis subiiciatur, scrupulose inquirant dignitatem, et doceantur, in quibus occidunt hominem, aut auferunt membrum, aut tale aliquid, sciscitantes et ab ipso glorioso praefecto, si et hoc praeviderit, ut cum subtilitate proferant sententiam aut animae aut membri alicuius auferendi a destinato.

§ 1.—Quemadmodum enim spectabiles praetores populorum talibus honoravimus donationibus, dignos eos facientes et codicillis a nostra procedentibus manu, et annonis, et appellatione tanta, et aliis, quae dicta sunt, ita eos exigimus reddere nobis suam puritatem et in omnibus vigilantiam, et cuncta agere aequali et iusta conscientia et pura manu. Si enim aliquid apparuerint delinquentes, aut furantes, aut furibus adquiescentes, aut non omnibus resecantes modis, et dignos quidem morte suppliciis subdentes, mediocria vero agentes expellentes a magna hac civitate, ubi nos praeceperimus, sciant, quod ipsi pro his reddent rationem non deo solum, sed et nobis, et rei fient et omni damno, quod subiectis contigerit, et nostrae indignationi, et velociter cum infamia a dignitate repelli nostra; propterea enim et laborem sustinemus, et expensis magnis adquiescimus, ut non alicui nostrorum subiectorum inferatur aliqua calumnia, aut pecuniarum aut animae perditio, et quae talia constituta sunt, sed omnia cum examinatione fiant competente.

Capítulo VI

Mas si por el tribunal del muy esclarecido prefecto de esta felicísima ciudad se les trasmitiera algún individuo, para que sea sometido á suplicios, inquieran escrupulosamente la dignidad, é infórmense por qué han de matar á aquel hombre, ó le han de quitar un miembro, ú otra cosa semejante, averiguando por el mismo glorioso prefecto si también esto lo había él previsto, á fin de que con escrupulosidad profieran la sentencia por la que se le quite al que les fué entregado la vida ó algún miembro.

§ 1.—Pero así como hemos honrado con tales concesiones á los espectables pretores del pueblo, haciéndolos dignos de credenciales procedentes de nuestra mano, y de annonas, y de tal denominación, y de las otras cosas, que se han dicho, así también les exigimos que nos correspondan con su pureza y con su vigilancia en todas las cosas, y que todo lo ejecuten con igual y justa conciencia y con manos limpias. Porque si apareciere que delinquen en algo, ó que roban, ó que toleran á los ladrones, ó que no los estirpan de todos modos, ó que no someten á suplicios á los que ciertamente son dignos de la muerte, ó no expulsan de esta grande ciudad, luego que lo ordenáremos, á los que delinquen levemente, sepan que por tales cosas darán ellos mismos cuenta no solamente á Dios, sino también á nosotros, y se harán reos de todo daño que hubiere sobrevenido á los súbditos, y de nuestra indignación, y serán inmediatamente expulsados, con infamia, de la dignidad que les conferimos; porque precisamente soportamos el trabajo, y nos conformamos con grandes gastos, para que á ninguno de nuestros súbditos se le infiera calumnia alguna, ó la pérdida de sus bienes ó de su vida, ó de otras cosas que son semejantes, sino que todo se haga con el correspondiente examen.

Epilogus

Hanc igitur omnes nostram voluntatem per hanc praeceptionem divinam et legem cognoscentes, et quia quod expedit vobis nullatenus derelinquimus, pro nostro orate imperio, sic vos tuente, sic vos proprios existimante, in his, quae in unoquoque contigerint, ita paternam in omnibus vobis custodiente providentiam. Proponatur Constantinopolitanis civibus nostris.

Dat. XVI. (1) Kal. Octobr. Constantinop. DN. BELISARIO V. C. Cons. [535.]

CONST. XIV (2)

DE LENONIBUS

(Coll. III. tit. I.)

Imp. IUSTINIANUS *A. Constantinopolitanis*

Praefatio

Et antiquis legibus, et dudum imperantibus satis odibile visum est esse lenonum nomen et causa (3), in tantum, ut etiam plurimae contra talia delinquentes scriberentur leges. Nos autem et dudum posita contra eos, qui sic impie agunt, supplicia auximus, et si quid relictum est a nostris praedecessoribus, etiam hoc per alias correximus leges, et nuper interpellatione nobis facta rerum impiarum pro talibus negotiis in hac maxima civitate commissis, causam non despeximus. Agnovimus enim, quosdam vivere quidem illicite, ex causis autem crudelibus et odiosis occasionem sibimet nefandorum invenire lucrorum, et circumire provincias et loca plurima, et iuvenculas miserandas decipere, promittentes calceamenta et vestimenta quaedam, et his venari eas et deducere ad hanc felicissimam civitatem, et habere constitutas in suis habitationibus, et cibum eis miserandum dare et vestem, et deinceps tradere ad luxuriam eas volentibus, et omnem quaestum miserabilem ex corpore earum accedentem ipsos accipere, et celebrare conscriptiones, quia ipsae (4) usque ad tempus, quod eis placuerit, observabunt impiam et scelestam hanc functionem implentes. Quasdam vero earum (5) etiam fideiussores expetere, et in tantum procedere illicitam actionem, ut in omni paene hac regia civitate, et in transmarinis eius locis, et (quod deterius est) iuxta sanctissima loca et venerabiles domos sint tales habitationes, et causae sic impiae et iniquae sub nostris temporibus praesumantur, ita ut etiam quosdam miserantes earum, et abducere a tali operatione crebro volentes, et ad legitimum deducere matrimonium non sinerent. Aliquos autem sic scelestos exsistere, ut puellas nec decimum agentes annum ad periculosam deponerent corruptionem, et quosdam aurum dantes non parvum vix inde redemisse miseras, et nuptiis copulasse castis. Esse etiam decies mille modos, quos nullus praevaleret sermone (6) comprehendere, quum ad infinitam crudelitatem deductum

Epílogo

Por tanto, conociendo todos nuestra voluntad por esta divina disposición y ley, y que de ningún modo desatendemos lo que os conviene, orad por nuestro imperio, que así os ampara, que así os estima á vosotros mismos, en lo que á cada cual afecta, y que así guarda para todos vosotros paternal solicitud. Expóngaseles á nuestros ciudadanos de Constantinopla.

Dada en Constantinopla á 16 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado del señor BELISARIO, varón muy esclarecido. [535.]

CONSTITUCION XIV

DE LOS ALCAHUETES

(Colección III. título I.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á los Constantinopolitanos.*

Prefacio

Así á las antiguas leyes, como á los anteriores Emperadores, les pareció que eran bastante odiosos el nombre y la condición de los alcahuetes, tanto, que también se escribieron muchas leyes contra tales delincuentes. Pero también nosotros hemos aumentado las penas establecidas antes contra los que tan impíamente obran, y si alguna cosa fué olvidada por nuestros predecesores, también esto lo hemos corregido por medio de otras leyes, y habiéndosenos hecho hace poco denuncia de cosas impías en tales negocios ejecutados en esta muy grande ciudad, no hemos desatendido este asunto. Porque hemos sabido, que algunos viven de una manera ilícita, y que por crueles y odiosas causas hallan para sí ocasión de nefandos lucros, y que recorren las provincias y muchas localidades, y engañan á míseras jovencitas, prometiéndoles calzado y algunos vestidos, y que así las cazan y las traen á esta felicísima ciudad, y las tienen recluídas en sus propias habitaciones, y les dan miserable comida y vestido, y después las entregan á la lujuria de los que las quieren, y que aquellos mismos perciben toda la miserable ganancia proveniente del cuerpo de ellas, y celebran contratos, para que ellas los cumplan hasta el tiempo que á aquéllos les haya parecido bien, desempeñando este impío y malvado servicio. Y algunos de éstos exigen también fiadores, y tanto se extienden estos ilícitos actos, que en casi toda esta real ciudad, y en sus localidades al otro lado del mar, y (lo que es peor) junto á santísimos lugares y á venerables casas hay tales viviendas, y de este modo se perpetran en nuestros tiempos actos impíos é inicuos, de tal suerte que, aun cuando algunos se compadecen de ellas, y á menudo quieren separarlas de tal ejercicio y tomarlas en legítimo matrimonio, no los dejan. Pero hay algunos tan malvados, que llevan á peligrosa corrupción á jóvenes que aun no tienen diez años, y que otros, dando no pequeña cantidad de dinero, difícilmente rescataron á estas míseras, y se unieron con ellas en

(1) X., *Cont.*

(2) *El texto griego se halla en Hal. y Scrimg.— Bas. LX. 38. 3. Schol. e-ρ.— Iulian. const. 31.— La versión latina es la antigua de la glosa.*

(3) causam et nomen, *Trid., y Port.*

(4) *Trid., y Port.:* ipsae, *omítela Cont.*

(5) *Así se lee en el texto, y en el de Godofr., pero sin duda debe haber error, porque el texto griego dice* τινὰς δὲ αὐτῶν, esto es, quosdam vero ex illis, *como traduce Hombergk en su versión latina. Tanto por esto, como por requerirlo el sentido, y por confirmarlo además el contenido del § 1. de esta misma constitución, me he separado en este punto del texto latino, traduciéndolo como si en él se leyera* Quosdam vero eorum, *que es como creo que se debe corregir.— N. del Tr.*

(6) *Trid.;* sermo, *Cont.*

Del mismo modo, ya si la apelación viniera por virtud de delegación, ya si por la naturaleza de la magistratura, mandamos que en las apelaciones sirvan de auxiliares los del oficio de tu excelsitud, y si por virtud de delegación nuestra, esto le corresponderá también del mismo modo á tu oficio.

Cap. IX

In quibus autem commune diximus et tuorum officiorum, et sacri scrinii ministerium, similiter communionem (3) servamus, sive ex delegatione, sive, secundum quod dispositum est, in iudicio fiat examinatio. Super illis tamen litibus, quas non spectabiles iudices iudicant, sed advocati solum, referatur negotium tam ad sedem tuam, quam ad gloriosissimum quaestorem, devotissimis libellensibus ministrantibus eis, quoniam, dum nihil omnino super istis innovatum sit, antiquam servamus figuram, sicut etiam in aliis omnibus non innovatis antiqua ministeria manere in semetipsis disposuimus nulla novitate facienda; accedens namque novatio aliter quodammodo oportere fieri etiam ministrantium ostendit figuram.

Capítulo IX

Mas en aquellos casos que hemos dicho que es común el ministerio de los de tu oficio, y de los de la sacra secretaría, conservamos igualmente esta comunidad, ya si el examen se hiciera en virtud de delegación, ya si en juicio, según lo que se halla dispuesto. Pero en aquellos litigios, en que no juzgan jueces espectables, sino solamente abogados, remítase el negocio así á tu sede, como al gloriosísimo cuestor, sirviéndoles de auxiliares los muy adictos libelistas, porque, no habiéndose innovado absolutamente nada respecto á ellos, conservamos la antigua forma, así como también hemos dispuesto que en todo lo demás que no ha sido innovado subsistan los antiguos ministerios, sin haberse de introducir ninguna novedad; porque la innovación que en otro caso sobrevenga mostrará cómo deberá hacerse también la organización de los que sirven de auxiliares.

(1) *Trid.;* ministrationes, *Port., y Cont.*
(2) civiles—administrationis, appellationes autem. *Trid., y Port.*

(3) *Trid., y Port.;* commune, *Cont.*

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem tua celsitudo omnibus faciat manifesta, edictis destinatis a se, ut omnes cognoscant, quae nobis sunt placita.

Dat. XV. Kal. April. Constantinop. post. cons. Belisarii V. C. [536.]

Epilogo

Por tanto, hágales manifiestas á todos tu excelsitud, por edictos expedidos por ella, las disposiciones que nos han parecido bien y han sido declaradas por medio de esta sacra ley, á fin de que todos conozcan qué es lo que nos ha parecido bien.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Abril, después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [536.]

CONST. XXI (1)

DE ARMENIIS

Imp. Iustinianus *Aug.* Acacio, *Proconsuli Armeniae.*

Praefatio

Armeniorum regionem bene legibus gubernari volentes, et nihil ab alia nostra differre republica, et administrationibus eam romanis ornavimus, prioribus eam liberantes nominibus, et figuris uti Romanorum assuevimus, sanctionesque non alias esse apud eos, quam quas Romani nominant, disposuimus. Et existimavimus, oportere expressa lege illud quoque corrigere, quod male apud eos delinquebatur, et non secundum barbaricam gentem virorum quidem esse successiones, tam parentum, quam fratrum et alterius generis, mulierum vero nequaquam, neque sine dote eas ad viros venire, nec emi a maritis futuris, quod barbarice hactenus apud eos servabatur, non ipsis solummodo haec ferocius sentientibus, sed etiam aliis gentibus ita exhonorantibus naturam et femineum iniuriantibus, genus, tanquam non a deo sit factum, nec serviat nativitati, sed tanquam vile et exhonorandum, et extra omnem competentem honorem (2).

CONSTITUCION XXI

DE LOS ARMENIOS

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Acacio, *Proconsul de la Armenia.*

Prefacio

Queriendo que la región de los Armenios sea bien gobernada por las leyes, y que en nada difiera del resto de nuestra república, la hemos decorado con las administraciones romanas, librándola de sus anteriores nombres, la hemos acostumbrado á servirse de las formas de los romanos. y dispusimos que no hubiese entre ellos otras leyes que las que llaman tales los romanos. Y hemos estimado que convenía corregir por una ley expresa también esto en que malamente se delinquía por ellos, y que, según costumbre de los bárbaros, las sucesiones, tanto de los padres, como de los hermanos y de otros parientes, no fuesen ciertamente de los varones, y de ningún modo de las hembras, y que no fueran éstas sin doteá poder de sus maridos, ni fuesen compradas por sus futuros maridos, cosa que bárbaramente se observaba hasta ahora entre ellos, no siendo ellos los únicos que abrigaban estos sentimientos con ferocidad, sino también otras gentes que de tal modo degradan á la naturaleza é injurian al sexo femenino, como si no hubiera sido creado por Dios, ni sirviera para la generación, sino como vil y despreciable, y excluído de todo el honor que le corresponde.

Cap. I

Sancimus itaque per hanc sacram legem, et apud Armenios haec ipsa tenere, quae et apud nos occasione successionis feminarum, et nullam esse differentiam masculi et feminae, sed sicut in nostris legibus dispositum est, secundum quam figuram heredes exsistant parentum, hoc est patris et matris, et avi et aviae, et adhuc longius, vel eos (3), qui post ipsos sunt, hoc est filii et filiae, et quemadmodum ipsi hereditatem transmittant, ita et apud Armenios esse, et nihil Armeniorum leges a Romanorum differre. Si enim nostrae reipublicae sunt, serviuntque nobis cum aliis gentibus, et omnibus nostris fruuntur, nequaquam solae apud eos feminae nostra aequitate repellentur, sed omnibus sub aequitate nostrae erunt leges, quascunque et ex veteribus collegimus et in nostris posuimus Institutis atque Digestis, et quaecunque ex imperiali legislatione tam priorum Imperatorum quam nostra conscriptae sunt.

Capitulo I

Mandamos, pues, por medio de esta sacra ley, que también entre los Armenios rijan estas mismas disposiciones que entre nosotros con ocasión de la sucesión de las mujeres, y que no haya ninguna diferencia entre el varón y la mujer, sino que, según está dispuesto en nuestras leyes, en la misma forma sean herederos de sus ascendientes, esto es, de su padre y de su madre, y del abuelo y de la abuela, y de otros más remotos, ó de los que les siguen á ellos, esto es, de su hijo y de su hija, y que de la manera que los mismos transmiten la herencia, así se transmita también entre los Armenios, y en nada difieran las leyes de los Armenios de las de los Romanos. Porque si pertenecen á nuestra república, y nos prestan vasallage juntamente con los demás pueblos, y disfrutan también de todo lo nuestro, de ningún modo sean entre ellos excluídas de nuestra igualdad solamente las mujeres, sino que todos tendrán por igual nuestras leyes, así las que de los antiguos compilamos é incluímos en nuestra Instituta y en nuestro Digesto, como las que fueron copiadas de la legislación imperial, ya de los Emperadores anteriores, ya nuestra.

(1) *El texto griego se halla en Hal. y en Scrimg.—La antigua versión latina, que no es de las glosadas, había sido ya admitida en la ed. Mogunt., 1477; pero, olvidada después, fué de nuevo reproducida por Cont., 1571.*

(2) competentem honorem habitum, *Bk. ed. estereotipada.*
(3) vel eorum, *Bk. ed. estereotipada.*

Cap. II

Haec igitur omnia valere per omne tempus sancimus, incipientia a principiis praesentis quartae decimae indictionis, et huius, secundum quam hanc scripsimus legem. Nam et antiquiora perscrutari, et ad superiora tempora ascendere confusionis magis, quam legislationis est; sed ex temporibus, sicut praediximus, praesentis quartae decimae indictionis tantum, et in subsequente universo tempore successiones maneant similes, ex omni causa, quae in successionibus relata est, similiter in mulieribus, similiter in viris de cetero servandae. Quod autem prius factum est omne manere in priori figura sinimus, sive in progenitorialibus, sive in aliis factum est, nihil omnino communicantibus femineis personis super iam divisis progenitorialibus praediis, aut factis successionibus usque ad tertiam decimam indictionem et hanc, sed ex memorato tempore, hoc est quarta decima indictione, valere quae a nobis sunt legislata sancimus.

Capitulo II

Mandamos, pues, que todo esto tenga validez en todo tiempo, comenzando desde el principio de la presente décima cuarta indicción, en que escribimos esta ley. Porque investigar lo pasado, y penetrar en los tiempos anteriores, es más propio de confusión, que de la legislación; pero solamente desde el tiempo, según antes hemos dicho, de la presente décima cuarta indicción, y por todo el tiempo subsiguiente, permanezcan siendo iguales las sucesiones, observándose en lo sucesivo del mismo modo, así en cuanto á las mujeres, como en cuanto á los hombres, por cualquiera de las causas, que se refieren á las sucesiones. Mas dejamos que todo lo que antes se hizo subsista en su primer estado, ya haya sido hecho en cosas relativas á los progenitores, ya en las relativas á otros, sin que se les haya de dar absolutamente ninguna participación á las personas femeninas en los predios de los progenitores ya divididos, ó en las sucesiones hechas hasta la misma décima tercera indicción, sino que mandamos que desde el mencionado tiempo, esto es, desde la décima cuarta indicción, tenga validez lo que ha sido legislado por nosotros.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem tua magnificentia et qui post eam administrationem susceperint, in perpetuum custodire festinent.

Dat. XV. Kal. April. Constantinop. post Belisarii V. C. consul. [536.]

Epilogo

Por tanto, apresúrense tu magnificencia, y los que después de ella recibieren su cargo, á guardar perpétuamente lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta sacra ley.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Abril, después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [536.]

CONST. XXII (1)

DE NUPTIIS

(Coll. IV. tit. I.)

Idem Imperator Ioanni, *gloriosissimo sacrorum per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Plurimae quidem iam variaeque positae sunt leges a nobis unicuique parti prius a nobis sancitorum quidem aut dispositorum, visorum autem nobis habere non recte, ad meliora dantes viam, et exponentes subiectis, quo competat degere modo, hoc autem, quod nunc a nobis fit, lex quaedam est communis omnibus et (2) propria, rebus competentem ordinem ponens. Si enim matrimonium sic est honestum, ut humano generi videatur immortalitatem artificiose introducere, et ex filiorum procreatione renovata genera manent, iugiter dei clementia, quantum est possibile, nostrae immortalitatem donante naturae, recte nobis studium est de nuptiis. Alia namque omnia, quae sancita sunt a nobis, non omnibus competunt nec hominibus, nec rebus, nec temporibus, studium vero nuptiarum totius est, ut ita dicatur, humanae sobolis, ex quo etiam renovatur solo, et ampliore, quam alia, sollicitudine dignum est. Antiquitas equidem non satis aliquid de prioribus aut secundis perscrutabatur nuptiis, sed licebat et patribus et matribus et ad

CONSTITUCIÓN XXII

DE LAS NUPCIAS

(Colección IV. título I.)

El mismo Emperador á Juan, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los sacros Pretorios de Oriente, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Ya ciertamente se promulgaron por nosotros muchas y diversas leyes, que introducían mejoras en cada una de las cosas antes sancionadas ó dispuestas por nosotros, pero que nos parecieron que no se hallaban bien, y que exponían á los súbditos de qué modo se debe vivir; pero la que ahora se hace por nosotros es una ley común y propia para todos, que pone en las cosas el orden que corresponde. Porque si el matrimonio es cosa tan hermosa, que parece que artificialmente le da la inmortalidad al género humano, y por virtud de la procreación de hijos subsisten renovados los linajes, donándole al mismo tiempo la clemencia de Dios, en cuanto es posible, la inmortalidad á nuestra naturaleza, con razón nos preocupamos de las nupcias. Porque todas las otras disposiciones, que han sido sancionadas por nosotros, no competen para todos los hombres, ni cosas, ni tiempos, pero el culto de las nupcias es, por decirlo así, de toda la humana descendencia, por el que solamente también se renueva, y es digno de mayor cuidado que las demás cosas.

(1) *El texto griego se halla en Hal. y en Scrimg. — Muchos capítulos de esta Novela se hallan en las Bas.— Iulian. const. 36 —La versión latina es la antigua de la glosa.*

(2) et, *omitenla el cod. Hamb., y Trid.*

plures venire nuptias, et lucro nullo privari, et causa erat in simplicitate confusa. Maioris autem Theodosii temporibus amplior sollicitudo facta est circa huius rei tractatum, donec circumiens per ceteros Imperatores in Leonem piae memoriae pervenit, virum fortiter atque viriliter etiam de istis plerumque sancientem. Nos autem in constitutionum compositione multa quidem et alia de istis decrevimus, existimavimus autem, oportere nunc consiliis perfectioribus causam considerantes etiam quaedam corrigere, non aliorum solummodo, sed etiam quae a nobis ipsis sancita sunt. Non enim erubescimus, si quid melius etiam horum, quae ipsi prius diximus, adinveniamus, hoc sancire, et competentem prioribus imponere correctionem, nec ab aliis exspectare corrigi legem.

La antigüedad, á la verdad, no investigaba lo suficiente sobre las primeras ó las segundas nupcias, sino que les era lícito á los padres y á las madres pasar á muchas nupcias, y no ser privados de ningún lucro, y la cosa era confusa en su simplicidad. Mas en los tiempos de Teodosio, el mayor, se consagró más atención al tratado de esta materia, hasta que pasando por los demás Emperadores llegó á Leon, de piadosa memoria, varón que enérgica y virilmente sancionó especialmente disposiciones también sobre estas cosas. Pero nosotros, en la composición de las Constituciones hemos decretado ciertamente muchas y diversas resoluciones sobre tales cosas, mas hemos creído, considerando la cuestión con mejores consejos, que convenía corregir ahora también algo, no solamente de lo de los otros, sino también de lo que por nosotros mismos había sido sancionado. Porque, si encontramos alguna cosa mejor que las que nosotros mismos dijimos antes, no nos avergonzamos de sancionarla, y de poner á las anteriores la correspondiente corrección, sin esperar á que por otros sea corregida la ley.

Cap. I

Duo igitur haec praemittantur huic legi. Et primum illud, ut omnia quidem, quaecunque in prioribus sancita sunt sive a nobis, sive a prioribus nostris, haec valeant singula secundum propria tempora, non habentia ullam ex praesente lege novitatem, sed et in suis casibus valitura atque tractanda, et suos eventus ex iis, quae iam positae sunt, legibus exspectantia, et nihil communicantia praesenti legi. Praesentem vero legem ex nunc valere volumus in omnibus futuris casibus, et in omnibus postea nuptiis, sive prioribus, sive deinceps, et in posteris aut futuris sive nuptialibus lucris, sive successionibus, quae ex filiis sunt. Etenim quod quidem omne iam praecessit conscriptis relinquimus legibus, quod vero futurum est per praesentem munimus legem. Unde sive secundae provenerint nuptiae, sive parentibus successiones ex prioris matrimonii filiis, sive lucra ex dotibus, aut antenuptialibus donationibus, aut ex alia causa, sive exsistentibus ex secundo matrimonio filiis, sive etiam non, in prioribus temporibus haec serventur secundum sua singula tempora, et fruantur tam viri quam mulieres prioris legis latione, sive ad alias venerint nuptias, sive etiam usque ad priores steterint, sive successerint filiis, sive aliquid omnium egerint priores sequentes leges. Illis enim credentes et ita contrahentes nullus culpabit, quare non futurum sciverunt, et hoc, quod videbatur quidem et tractabatur, omnibus modis crediderunt, quod vero nondum factum erat non formidaverunt. Unde illa quidem omnia maneant suum servantia ordinem, deinceps vero tempus in posterioribus pariendis casibus in una omnia hac lege (1) posita atque collecta respiciat, quaecunque de futuris (sicut dictum est) nuptiis competunt valere. Unum igitur hoc praemittatur legi.

Capítulo I

Así, pues, precedan á esta ley estas dos disposiciones. La primera, que todas las que en las anteriores leyes han sido sancionadas por nosotros, ó por nuestros predecesores, sean válidas, cada una con relación á su propio tiempo, no sufriendo innovación alguna por virtud de la presente ley, sino habiendo de tener validez y de ser aplicadas en sus propios casos, esperando sus resultados de las leyes que ya estaban promulgadas, y no teniendo nada común con la presente ley. Mas queremos que la presente ley tenga validez desde ahora en todos los casos futuros, y en todas las nupcias que se celebren en lo sucesivo, ya sean primeras, ya ulteriores, y en los siguientes ó futuros lucros nupciales, ó en las sucesiones, que sean de los hijos. Pues, á la verdad, todo lo que ya pasó lo dejamos sujeto á las leyes que se escribieron, pero lo que está por venir lo protejemos por medio de esta ley. Por lo cual, ya si tuvieren lugar segundas nupcias, ya si á favor de los padres sucesiones de hijos de un primer matrimonio, ya si lucros de dotes, ó de donaciones antenupciales, ó por otra causa, ora existiendo, ora no, hijos de un segundo matrimonio, con relación á los tiempos anteriores obsérvense estas disposiciones según su propio tiempo, y disfruten así los varones como las hembras de la promulgación de la ley anterior, ya si pasaren á otras nupcias, ya también si se hubieren mantenido en las primeras, ya si sucedieren á los hijos, ya si hubieren hecho alguna otra cosa ateniéndose á las anteriores leyes. Porque nadie culpará á los que en ellas creyeron y así contrataron, porque no conocieron lo futuro, y dieron de todos modos crédito á lo que ciertamente parecía y se aplicaba, pero no temieron lo que todavía no se había hecho. Por consiguiente, permanezcan todas aquellas disposiciones conservando su propio orden, mas el tiempo venidero vea establecido y recogido en esta sola ley, respecto á los casos posteriores que se hayan de producir, todo lo que en las nupcias futuras debe, (según se ha dicho), tener validez. Así, pues, antepóngase á esta ley esta primera disposición.

Cap. II

Secundum vero illud, ut omnia quaecunque ex

Capítulo II

La segunda, que tenga validez todo lo que desde

(1) *El cód. Hamb., y Trid.;* omnia in una hac lege, *Cont.*

hodierna die testator disposuerit de talibus, sive vir sive mulier consistat, haec valeant. Disponat itaque unusquisque in (1) suis, ut dignum est, et sit lex eius voluntas, sicut et antiquissima nobis lex et prima paene reipublicae Romanorum disponens ait (dicimus autem duodecim tabularum), secundum antiquam et patriam linguam ita dicens: UTI LEGASSIT QUISQUE DE SUA RE, ITA IUS ESTO, nullo valente citra illius voluntatem, nec si sacram impetret formam, nec si quidpiam aliud omnium, aliquid aliter disponere in rebus alienis (2).

§ 1.—Si vero nihil testator dixerit aut disposuerit, quod non iam positis et valentibus praeoccupatum sit legibus, nec aliquid contra universales leges ordinaverit, tunc haec nobis lex posita sit, omnia, quantum est homini possibile, comprehendens et transiens in brevi, et ea, quae in prioribus erant, corrigens nuptiis, et quae in secundis, et ea, quae in successionibus, et in solutionibus nuptiarum sive ex morte, sive ex separatione, et ea, quae ante luctuosum tempus sunt, et post illud, et unam quandam continuationem faciens totius huius conscriptionis atque legislationis, olim quidem inchoatam, ex quinque vero praecipue et quinquaginta et centum annis frequentius motam, et particulariter collectam (3) simul, et paulatim colligatam ad semetipsam et cohaerentem, confusam in plurimis, et quadam semper egentem correctione puramque et consonam sibi omnino declarans (4).

Cap. III

Nuptias itaque affectus alternus facit, dotalium non egens augmento. Quum enim semel convenerit sub puro nuptiali affectu, sive etiam oblatione dotis et propter nuptias donationis, oportet causam omnino sequi etiam solutionem aut innoxiam, aut cum poena, quoniam eorum, quae in hominibus subsequuntur, quidquid ligatur solubile est. Ut autem etiam super indotatis matrimoniis distractione facta poena merito subsequatur, hoc nos adinvenimus primi.

Cap. IV

Distrahuntur itaque in vita contrahentium matrimonia alia quidem consentiente utraque parte, pro quibus nihil hic dicendum est, pactis causam sicut utrique placuerit gubernantibus, alia vero per occasionem rationabilem, quae etiam bona gratia vocatur, alia vero citra omnem causam, alia quoque cum causa rationabili.

Cap. V

Secundum occassionem itaque inculpabilem, quando conversationem altera eligit pars, ad meliorem migrans vitam, et sub castitate conversationem concupiscens; tunc enim lex et (5) alia nostra dicit, licentiam esse viro et mulieri ad meliora migranti transigere matrimonium, et abscedere, quodam brevi dimisso (6) ei, qui relinquitur, solatio. Quodcunque enim pacti fuerint contrahentes ex

hoy hubiere dispuesto el testador sobre tales cosas, ya sea varón, ya hembra. Disponga, pues, cada cual en lo suyo, como es digno, y sea ley su voluntad, como también dispuso una antiquísima ley nuestra, y casi la primera de la república de los romanos, (nos referimos á la de las Doce Tablas), diciendo así en la antigua y patria lengua: «Como cada cual hubiese dispuesto de sus bienes, así sea ley», sin que nadie pueda disponer cosa alguna de otra manera en los bienes ajenos, contra la voluntad de aquél, aunque impetre una disposición, ó alguna otra autorización.

§ 1.—Mas si el testador no hubiere dicho ó dispuesto nada que ya no haya sido establecido en las leyes promulgadas y en vigor, ni hubiere ordenado cosa alguna contra las leyes generales, entonces tenga lugar esta ley nuestra, que lo comprende y recorre abreviadamente todo, en cuanto le es posible al hombre, y corrige lo que se hallaba establecido en cuanto á las primeras nupcias, y á las segundas, y á las sucesiones, y á la disolución de las nupcias, ora por muerte, ora por separación, y lo que existe para antes y después del tiempo del luto, y que hace una cierta continuación de todo este tratado y legislación, comenzada ciertamente en otro tiempo, pero conmovida con más frecuencia especialmente desde hace ciento cincuenta y cinco años, y recogida al mismo tiempo por partes, paulatinamente reunida y hecha coherente consigo misma, y confusa en muchos puntos, y necesitada siempre de alguna corrección, y ley que la declara pura y del todo concordante consigo misma.

Capítulo III

Así, pues, el mútuo afecto constituye las nupcias, sin que necesite la agregación de los instrumentos dotales. Porque una vez que se hubiere convenido bajo el puro afecto nupcial, ó también con la oferta de dote ó de donación por causa de las nupcias, es menester que el contrato llegue también en todo caso á su disolución, ó sin culpa, ó con pena, porque de todas las cosas que se hacen entre los hombres es disoluble cualquiera que se liga. Mas somos los primeros que hemos establecido que también en los matrimonios indotados le siga pena al marido, hecha la disolución.

Capítulo IV

Y así, se disuelven en vida de los contrayentes unos matrimonios ciertamente consintiéndolo ambas partes, y respecto á ellos nada se ha de decir aquí, rigiendo los pactos el caso según á ambas les hubiere parecido bien; otros, con ocasión razonable, que también se llama de buena gracia; otros, sin causa alguna, y aun otros con causa razonable.

Capítulo V

Con ocasión no culpable, cuando una de las partes elige manera de vivir, pasando á mejor vida, y deseando modo de vivir con castidad; porque entonces dice también otra ley nuestra, que tienen licencia el marido y la mujer, que pasan á mejor vida, para disolver el matrimonio, y para separarse, habiéndole enviado algún pequeño consuelo al que es abandonado. Porque cualquier lucro que por

(1) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* super, *Cont.*
(2) disponere maleus, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid;* correctam, *Cont.*
(4) declaratam, *el cód. Hamb., y Trid.*

(5) *El cód. Hamb., y Trid.;* et, *omítela Cont.*
(6) et oblato, *adicionan el cód. Hamb., Trid., y Port.* (*omitiendo* solatio).

morte fieri lucrum, hoc habere oportet eum, qui dimittitur ab altero, sive vir, sive mulier sit, eo quod et iste, quantum ad matrimonium, videtur mori, aliud pro alio vitae eligens iter.

causa de muerte hubieren pactado que se obtuviera los contrayentes, debe tenerlo el que es dejado por el otro, ya sea el varón, ya la mujer, porque éste, en cuanto al matrimonio, se considera que muere, eligiendo en lugar de uno otro camino para la vida.

Cap. VI

Per occassionem quoque necessariam et non irrationabilem distrahitur matrimonium, quando aliquis impotens fuerit coire mulieri et agere, quae a natura viris data sunt, si biennium quidem secundum de hoc a nobis pridem scriptam legem transcurrat ex nuptiarum tempore, ille vero, quia pro veritate est vir, non ostendat; licebit enim mulieri aut eius patribus (1) disiungere matrimonium et mittere repudium, vel si noluerit hoc maritus. Et hic quidem dos, si quidem omnino data dos sit (2), sequetur mulierem, et reddet hanc vir, si contigit eam accipi, propter nuptias autem seu ante nuptias donatio manet apud virum nihil de suo damnificandum. Hanc itaque legem corrigimus brevi quadam adiectione. Non enim biennium numerari solum ex ipso tempore copulationis, sed triennium volumus; edocti namque sumus ex iis, quae inter (3) haec provenerunt, quosdam amplius, quam biennium, temporis non valentes, postea potentes ostensos ministrare filiorum procreationi.

Capítulo VI

Se disuelve también el matrimonio con ocasión necesaria y no falta de razón, cuando alguno fuere impotente y no pudiere unirse con la mujer y hacer lo que por la naturaleza les fué dado á los varones, si transcurriera ciertamente, conforme á la ley escrita antes por nosotros sobre esto, un bienio desde el tiempo de las nupcias, y él no demostrara que verdaderamente es varón; pues será lícito á la mujer ó á los padres de ésta disolver el matrimonio y enviar el repudio, aunque esto no lo quisiere el marido. Y en este caso la dote, si es que de algún modo se hubiera dado dote, seguirá ciertamente á la mujer, y el marido la restituirá, si aconteció que fué recibida, pero la donación por causa de las nupcias ó de ante de las nupcias queda en poder del marido, que en nada de lo suyo habrá de ser perjudicado. Así, pues, corregimos esta ley con cierta breve adición. Porque queremos que se cuente desde el tiempo de la cópula no solamente un bienio, sino un trienio; pues hemos sido aleccionados por lo que entretanto ha acontecido, que algunos, que no eran potentes por más tiempo de un bienio, se mostraron después potentes para servir para la procreación de hijos.

Cap. VII

Sed etiam captivitatis casus talis est, quale est bona gratia distrahere matrimonium. Sive enim contingat tale infortunium viro, muliere in republica manente, sive rursus mulier quidem in captivitatem ducatur, maneat autem vir in republica, scrupulosa quidem et subtilis ratio transigit nuptias (servitute namque semel superveniente alteri personae fortunae inaequalitas aequalitatem ex nuptiis manere non sinit), attamen humanius talia contemplantes, donec quidem est manifestum, superesse aut virum aut uxorem, manere insoluta matrimonia sinimus, et non venient ad secundas nuptias neque mulieres neque viri,. nisi voluerint videri ausu temerario hoc egisse, et poenis succumbere, illum quidem ante nuptias donationis dicimus exactioni, illam vero dotis. Si vero incertum sit, utrum superest an non, quae ad hostes persona devenit, tunc quinquennium exspectandum est sive a viro, sive a muliere, post quod, sive manifestum de morte fiat, sive incertum maneat, nubere licebit sine periculo. Et hoc enim nuncupatis (4) bona gratia transactionibus a praecedentibus connumeratum est, nos quoque in hoc consentimus, ut hic neque repudio fiat tempus (5), ita personis distantibus ab alterutris, et nullus ex hoc lucrabitur, neque vir dotem, neque mulier antenuptialem donationem, sed unusquisque in suis manebit.

Capítulo VII

Pero hay también un caso de cautiverio, tal que es suficiente á disolver de buena gracia el matrimonio. Porque ya le sobrevenga tal infortunio al marido, permaneciendo la mujer en la república, ya si á su vez fuera ciertamente reducida á cautividad la mujer, y su marido permaneciera en la república, una razón ciertamente escrupulosa y sútil disuelve las nupcias, (porque, una vez que á una ó á otra persona le sobreviene la esclavitud, la desigualdad de condición no deja que subsista la igualdad nacida de las nupcias), pero nosotros, considerando más humanamente estas cosas, dejamos que queden sin disolverse los matrimonios mientras es ciertamente manifiesto que vive el marido ó la mujer, y no pasarán á segundas nupcias ni las mujeres ni los maridos, si no quisieren que parezca que esto lo hicieron con temerario atrevimiento, y quedar sujetos á penas, queremos decir, él ciertamente á la exacción de la donación antenupcial, ella á la de la dote. Mas si fuera incierto si vive, ó no, la persona que cayó en poder de los enemigos, en este caso, se ha de esperar un quinquenio ya por el marido, ya por la mujer, después del cual, ora se haya adquirido evidencia de la muerte, ora esta permanezca incierta, será lícito volverse á casar sin riesgo. Porque también esta fué contada por los antecesores entre las disoluciones llamadas de buena gracia, y nosotros asimismo la consentimos, de suerte que en este caso no haya lugar al repudio, encontrándose tan distantes las personas una de otra, y ninguno obtendrá por esto lucro, ni el marido el de la dote, ni la mujer el de la donación antenupcial, sino que cada cual se quedará con lo suyo.

(1) parentibus, *Port.*

(2) et hic si quidem dos sit, si quidem omnino dos sequetur, *el cód. Hamb.;* et hic si quidem omnino data dos sit, *Trid., y Port.;* et hic si quidem dos (si quae omnino data sit), *Cont.*

(3) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* ante, *Cont.*

(4) Hoc enim nuncupatis, *el cód. Hamb.;* Et hoc enim in nuncupatis, *Trid.;* hoc enim in nuncupatis, *Port.;* hoc enim et in nuncupatis, *Cont.*

(5) *El cód. Hamb.;* opus, *Port., y Cont.*

Cap. VIII

Quod autem prius ex legum severitate introductum est, nos clemente cessione resolvimus. Si enim ex decreto iudiciali in metallum aliquis aut vir aut mulier dari iussus esset (quale nunc est in Proconneso et in appellata Gypso), servitus quidem erat et (1) ab antiquis legislatoribus sancita, et (2) ex supplicio illata, separabatur vero matrimonium, supplicio possidente damnatum sibique servientem. Nos autem hoc remittimus (3), et nullum ab initio bene natorum ex supplicio permittimus fieri servum. Neque enim mutamus nos fortunam (4) liberam in servilem statum, qui etiam dudum servientium manumissores esse festinavimus. Maneat igitur matrimonium hic (5) nihil ex tali decreto laesum, utpote inter personas liberas consistens.

Capítulo VIII

Mas lo que por severidad de las leyes se introdujo antes lo derogamos nosotros por clemente concesión. Porque si por decreto judicial se hubiese mandado que alguno, hombre ó mujer, estuviese condenado á las minas, (como lo es hoy á la de Proconneso y á la llamada Gipso), se hallaba ciertamente sancionada por los antiguos legisladores, é impuesta por virtud de la pena, también la esclavitud, y se disolvía el matrimonio, por poseer la pena al condenado que era esclavo de ella. Pero nosotros perdonamos esto, y no permitimos que ninguno de los bien nacidos desde el principio se haga esclavo por virtud de la pena. Porque no cambiamos la condición de libre en estado servil nosotros, que nos apresuramos á ser manumisores de los que antes eran esclavos. Subsista, pues, en este caso el matrimonio en nada menoscabado por tal sentencia, como si subsistiera entre personas libres.

Cap. IX

Si vero decretum iudiciale libertum aut libertam aut horum filios in servitutem redigat, constat quidem ab initio matrimonium, postea vero apparens servitus separat eos ab invicem, tanquam morte secuta, quoniam praecedentes nos dicunt, supervenientem servitutem non procul a morte differre. Idcirco hoc quidem, quod proprium est, unusquisque recipiat, placitum vero solum, quod ex morte est, liberis acquiratur, reliqua vero veniant ad eum, qui redigitur in servitutem.

Capitulo IX

Pero si el decreto judicial redujera á esclavitud á un liberto ó á una liberta ó á los hijos de éstos, subsiste ciertamente al principio el matrimonio, pero la esclavitud que aparece después los separa mútuamente, como habiéndose seguido la muerte, porque dicen nuestros predecesores que la esclavitud que sobreviene no difiere mucho de la muerte. Por lo cual recobre cada uno lo que ciertamente es suyo propio, y adquiérase para los hijos solamente lo que se pactó por causa de muerte, pero vaya lo demás al que es reducido á esclavitud.

Cap. X

Si vero ab initio putaverit aliquis liberae iungi personae, illa vero famula postea declaretur exsistens, non dicimus solvi matrimonium, sed ipso (6) initio neque matrimonium fieri, secundum prius a nobis dictam causam, propter inaequalitatem fortunae (7); unde neque lucrum ex matrimonio contemplandum esse, neque aliquid tale, sed puram rerum competentium per congruas actiones redditionem. Haec autem decernimus, et tale non esse dicimus matrimonium, si causam animus incertus disponat solum, neque consensu domini, neque malignitate eius aliqua, neque negligentia convicta.

Capitulo X

Pero si al principio hubiere creído alguien que se unía á una persona libre, y después se declarase que ella es esclava, no decimos que se disuelve el matrimonio, sino que no se contrajo desde un principio matrimonio, por la causa antes dicha por nosotros, por la desigualdad de condición; por lo que no se ha de contemplar lucro proveniente del matrimonio, ni ninguna otra cosa semejante, sino la pura devolución de las cosas correspondientes por medio de las acciones que competan. Mas decretamos esto, y decimos que no hay tal matrimonio, si solamente el ánimo incierto dispusiera la cosa, sin consentimiento del señor, sin malicia alguna suya, y sin negligencia de que esté convicto.

Cap. XI

Nam si tradiderit tanquam liberam suam ancillam dominus, ille autem liber exsistens, et credens tradenti hanc accepit (8), forsan etiam dotalibus celebratis documentis, aut neque celebratis quidem, eius autem voluntate causam gubernante, non erit iustum tale non constare matrimonium, sed tacitam libertatem sequi sive virum sive mulierem, et cum tale aliquid a domino fit, sancimus, et rapi talem virum aut feminam ad ingenuitatem, et causam tanquam super liberis et ingenuis iudicari. Si vero ipse quidem non celebraverit nuptias alterius personae dominus, sciat autem, quod agitur, et ex studio taceat, ut postea causam sarciat

Capitulo XI

Porque si el dueño hubiere entregado como libre una esclava suya, y el hombre siendo libre, y creyendo al que se la entregaba, la recibió, acaso habiéndose celebrado también contratos dotales, ó no habiéndose ciertamente celebrado, pero rigiéndose el caso por su voluntad, no será justo que no exista tal matrimonio, sino que mandamos que la libertad tácita siga ó al varón ó á la mujer, y que, cuando por el dueño se hace alguna cosa semejante, le sea arrancado tal hombre ó mujer para la ingenuidad, y que la cuestión sea juzgada como entre libres é ingénuos. Pero si ciertamente el mismo dueño no hubiere concertado las nupcias de otra per-

(1) et, *omítela el cód. Hamb.*
(2) et, *omítenla el cód. Hamb., y Trid.*
(3) curavimus, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(4) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* formam, *Cont.*

(5) *El cód. Hamb., y Trid.;* hoc, *Port., y Cont.*
(6) *Trid.;* ab ipso, *Port., y Cont.*
(7) inequalitatis fortunam, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.;* accipit, *Port., y Cont.*

alteri coniunctorum, ulciscimur huiusmodi, si aperta probetur nequitia, et privamus dominum ita maligne cogitantem, sitque rursus etiam hoc (1) matrimonium tanquam si consensisset dominus ab initio; et ille quidem cadat dominio, ad ingenuitatem vero servilis persona rapiatur, hoc ipso eveniente effectu, sive consensit, sive malignatus est dominus. Palam itaque est, quia etiam filii ex talibus nuptiis liberi et ingenui secundum hanc nostram erunt legem.

sona, mas supiera qué es lo que se hace, y de intento se callara, para promover luego cuestión al otro cónyuge, castigamos tal malignidad, si claramente fuese probada, y despojamos al dueño que tan malignamente pensó, y subsista á su vez también este matrimonio como si desde un principio hubiese consentido el dueño; y decaiga ciertamente éste del dominio, y sea arrancada para la ingenuidad la persona esclava, produciéndose este mismo efecto, ya si el dueño consintió, ya si obró con malignidad. Y así es evidente que también los hijos nacidos de tales nupcias serán libres é ingénuos según esta ley nuestra.

Cap. XII

Et multo potius haec valeant, si contigit dudum servum aut ancillam seu languentes dereliquisse, seu etiam contemsisse eos, et amisisse (2) super dominio adversus eos voluntatem. Illi namque, utpote iam constituti liberi, et secundum pro derelicto titulum sui et non aliorum exsistentes, non in posterum inquietabuntur ab iis, qui possidere eos olim odio habuerunt.

Capitulo XII

Y tengan con mucha más razón validez estas disposiciones, si acontece que abandonó poco antes al esclavo ó á la esclava estando enfermos, ó también si los menospreció, y perdió su voluntad de dominio sobre ellos. Porque éstos, como constituídos ya libres, y siendo de sí propios y no de otros á título de cosa abandonada, no serán en la sucesivo molestados por los que antes repugnaron poseerlos.

Cap. XIII

Deportatio tamen in quam migravit, et antiqua ignis et aquae interdictio, quam aqua et igni interdictionem vocant nostrae leges, non solvit matrimonia. Hoc (3) enim et sacratissimo pridem placuit Constantino clemens quaedam causa, et a nobis quidem probata est, praesenti vero non copulata legi, unde neque effectus causae dicendi sunt, quum in suo maneat ordine.

Capitulo XIII

Mas la deportación, en que se convirtió la antigua prohibición del agua y del fuego, á la cual llaman nuestras leyes interdicción del agua y del fuego, no disuelve los matrimonios. Porque esto le pareció ya antes bien al sacratísimo Constantino como cierta condición clemente, la cual fué verdaderamente aprobada también por nosotros, pero que no ha sido agregada á la presente ley, por lo que no se han de decir los efectos de esta causa, puesto que permanece en su propio estado.

Cap. XIV

Novimus autem, et huius nostrae felicissimae civitatis conditorem (divinae memoriae dicimus Constantinum) scripsisse legem, secundum quam, si quis in expeditione fuerit (4), et tacuerit ad uxorem per quadriennium, et nullum ei fiat ab illo signum eius circa eam affectus, tunc licentia sit mulieri ad secundas nuptias veniendi, offerenti prius libellum militiae principi, et hoc ipsum testificanti, et si hoc fiat inculpabiliter mulier ad virum alterum transiet, et non damnificabitur quidem dote, non tamen antenuptialem donationem lucrabitur. Hoc itaque sacratissimus Constantinus. Vehementer autem nobis immature habere illa constitutio videtur; actibus enim bellicis occupato marito uxoris privationem inferre non minor est poena, quam ab hostibus capi. Ideoque non prius ad virum veniat secundum huiusmodi mulier, quam legislator iste proposuit, quam etiam decennii transeat tempus, et haec importuna quidem sit viro mittens litteras aut per aliquos verbis utens ad eum, ille vero aut aperte renuat nuptias eius, aut absolute conticeat; tunc quoque libellum offerat aut gloriosissimo magistro militum, aut spectabili duci, aut clarissimo tribuno, sub quibus miles ille est (5); tunc enim licentiam damus et preces porrigere Imperatori, et inde hoc promereri. Sciat au-

Capitulo XIV

Pero hemos sabido que también el fundador de esta nuestra felicísima ciudad, (nos referimos á Constantino, de divina memoria), escribió una ley, según la cual, si alguno hubiere estado en una expedición, y no hubiere dado noticias á su mujer durante cuatro años, y por él no se le hiciera demostración alguna de su afecto á ella, tenía entonces licencia la mujer para pasar á segundas nupcias, presentando antes el libelo al jefe de la milicia, y testificando esto mismo; y si esto se hiciera, la mujer pasará sin culpa á otro marido, y no será ciertamente perjudicada en la dote, pero no se lucrará con la donación antenupcial. Y así lo dispuso el sacratísimo Constantino. Pero á nosotros nos pareció que aquella constitución fué muy poco meditada; porque imponerle al marido ocupado en actos de la guerra la privación de su mujer es pena no menor que ser aprisionado por los enemigos. Y por lo tanto, no pase esta mujer, de que habló este legislador, á un segundo marido antes que también transcurra el tiempo de diez años, y ella sea ciertamente importuna para su marido enviándole cartas ó sirviéndose de recados verbales para él por medio de otros, y él ó renunciara claramente á sus nupcias, ó en absoluto se callara; porque entonces le presentará también libelo al gloriosísimo maes-

(1) *El cód. Hamb., y Trid.:* hoc etiam. *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb.;* aut etiam amisisse. *Cont.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.;* haec, *Port., y Cont.*

(4) impeditus fuerit, *el cód. Hamb., y Trid.*
(5) *El cód. Hamb.;* ipse miles est, *Cont.*

tem, quia, si citra hoc aliquid egerit, tanquam temerarie nubens legitimis poenis subiacebit.

tre militar, ó al espectable duque, ó al muy esclarecido tribuno, bajo quienes se halla aquel militar; porque en este caso le damos licencia para elevar también súplicas al Emperador, y de tal modo obtener esto. Mas sepa que si contra esto hubiere hecho alguna cosa, quedará sujeta, como por casarse temerariamente, á las penas de las leyes.

§ 1.—Mitiores itaque nuptiarum solutiones, tanquam generali quadam ratione sub bona gratia factis disiunctionibus, sciendum est tales esse quodammodo.

§ 1.—Y así se ha de saber, que tales son en cierto modo las más suaves disoluciones de las nupcias, como por hacerse las separaciones de buena gracia por cierta razón general.

Cap. XV

Ceterae vero causam quaerunt inspicere aut a viro, aut ab uxore factam, ut damnificent temerarium in casu eorum, quae ab eo data sunt, dotis dicimus aut propter nuptias donationis. Sed harum causarum antiquiores quidem faciebant plurimos diversosque tractatus, Theodosius autem iunior alias quidem causas deinde sumens, alias autem et ipse adinveniens, de repudiis scripsit constitutionem; a nobis autem et aliae quaedam adinventae sunt causae, quas recte habere perspeximus ad culpam referri eius, qui succubuerit.

§ 1.—Si igitur secundum Theodosii piae memoriae constitutionem valuerit mulier ostendere maritum aut adulterio delinquentem, aut reum homicidii, aut veneficiis aut seditionibus occupatum, aut, quod pessimum omnium peccatorum est, communicantem delicto (dicimus autem machinatum aliquid contra ipsum imperium), aut condemnatum falsitatis, aut sepulcra effodientem, aut ex aliqua sacrarum domum aliquid rapuisse, aut latrocinii sectantem vitam, aut latrocinantes suscipientem, aut unum eorum, qui appellantur abigei, quibus est cura alienis insidiari animalibus aut iumentis, et ea transponere alibi, aut probet plagiarium esse, aut ita luxuriose viventem, et inspiciente uxore cum aliis corrumpatur (quod maxime mulieres (1), utpote circa cubile stimulatas, exasperat, et praecipue castas) aut si insidias se passam a viro probet circa ipsam salutem aut venenis, aut gladio, aut per alium aliquem talem modum (multae namque hominibus ad malitiam viae sunt), aut etiam si flagellis super ea utatur, si igitur mulier tale aliquid ostendere potuerit, licentiam ei dat lex repudio uti, et nuptiis abstinere, dotemque percipere et antenuptialem donationem totam, non solum si omnes simul probaverit causas, sed etiam si secundum se unam (2).

§ 2.—Et rursus licentiam dat viro mulierem abiicere, si adulteram inveniat, aut veneficam, aut delinquentem homicidium, aut plagiariam, aut sepulcrorum violatricem, aut sacrilegam exsistentem, aut faventem latronibus, aut viro nesciente vel etiam prohibente gaudentem conviviis aliorum nihil sibi competentium, vel etiam invito viro citra rationabilem causam foris pernoctantem, aut extra eius voluntatem circensibus congaudentem, et spectaculis inhaerentem, aut theatris advenientem (dicimus autem ubi scena et talia sunt, aut etiam ubi bestiis adversus homines

Capítulo XV

Pero las demás requieren que se atienda á causa dada por el marido ó por la mujer, á fin de que perjudiquen al temerario con la pérdida de lo que se dió por él, queremos decir, de la dote ó de la donación por causa de las nupcias. Pero los antiguos hacían muchos y diversos tratados de estas causas, y Teodosio, el joven, aceptando después ciertamente unas causas, é introduciendo él mismo otras, escribió una constitución sobre los repudios; mas por nosotros fueron introducidas también otras ciertas causas, que hemos considerado que era conveniente fuesen referidas á culpa del que en ellas hubiere incurrido.

§ 1.—Si, pues, según la constitución de Teodosio, de piadosa memoria, la mujer hubiere podido probar que su marido era ó delincuente por adulterio, ó reo de homicidio, ó que se había ocupado en envenenamientos ó en sediciones, ó, lo que es el peor de todos los pecados, que tomó participación en un delito, (queremos decir, que maquinó alguna cosa contra el mismo imperio), ó que fué condenado por falsedad, ó que violó sepulcros, ó que robó alguna cosa de una de las sagradas casas, ó que hacía la vida de latrocinio, ó que acogía á los ladrones, ó que era uno de los que son llamados cuatreros, quienes cuidan de poner acechanzas á los animales ó caballerías ajenos, y de trasladarlos de aquel punto; ó si probara que es plagiario, ó que vive tan lujuriosamente que viéndolo su mujer se envicia con otras, (lo que principalmente exaspera á las mujeres, y singularmente á las castas, como estimuladas en lo que respecta al lecho conyugal), ó si probara que sufrió acechanzas de su marido en cuanto á su propia vida ó con venenos, ó con armas, ó de otro cualquier modo semejante, (porque los hombres tienen muchos caminos para la maldad), ó también si contra ella se valiera de azotes; si pues la mujer hubiere podido probar alguna cosa semejante, la ley le da licencia para utilizar el repudio, y para separarse de las nupcias, y percibir la dote y toda la donación antenupcial, no solamente si al mismo tiempo hubiere probado todas las causas, sino también si una sola á su favor.

§ 2.—Y á su vez le da licencia al marido para rechazar á la mujer, si hallase que es adúltera, ó envenenadora, ó delincuente de homicidio, ó plagiaria, ó violadora de sepulcros, ó sacrílega, ó encubridora de ladrones, ó que no sabiéndolo su marido, ó aun prohibiéndoselo se regocijaba con convites de otros que ninguna relación de parentesco tienen con ella, ó también que contra la voluntad de su marido pernoctaba fuera de su casa sin causa razonable, ó que sin la voluntad de él se divertía en los juegos del circo, y asistía á los espectáculos, ó iba á los teatros, (queremos decir, donde hay esce-

(1) *El cód. Hamb., y Trid.;* nuptas, *adicionan Port., y Cont.*

(2) secundam seu unam, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*

pugna est), aut insidias sibi facientem ex venenis, aut gladio, aut alio factas modo, ex quibus circa vitam periculum est, aut etiam consciam tyrannidem meditantibus, aut falsitatis ream constitutam, aut audaces eius manus inferentem sibi, scilicet tali aliquo facto dat lex haec viro abiicere mulierem, si vel unam harum (1) et solam probaverit causam, et lucrari quidem dotem, antenuptialem vero habere donationem.

§ 3.—Si vero altera harum personarum irrationabiliter repudium miserit, et hoc ipsum solvendi matrimonium sine ratione, subdita erit dudum a nobis dictis poenis. Insuper etiam uxor rea omnino ex memoratis causis pro irrationabili (2) repudii missione facta et in quinquennium totum ad secundum venire prohibetur matrimonium, et ante quinquennium nuptias non esse sine reatu, neque legitimas vocari, sed omnis volens adeat et accuset factum tanquam contra legem praesumtum.

na y tales cosas, ó también donde hay lucha de fieras contra los hombres), ó que le dirigía acechanzas preparadas con venenos, ó con armas, ó de otro modo, por virtud de las que haya peligro para la vida, ó también que es cómplice de los que meditan tiranía, ó que se ha hecho reo de falsedad, ó que ha puesto en él sus audaces manos, pues por algún hecho semejante le permite esta ley al marido rechazar á la mujer, aunque hubiere probado una sola causa de estas, y lucrar ciertamente la dote, y tener la donación antenupcial.

§ 3.—Pero si una de estas personas hubiere enviado el repudio, y esto sin razón para disolver el matrimonio, quedará sujeta á las penas antes dichas por nosotros. Además de esto, á la mujer que se hizo reo por el envío no justificado del repudio por alguna de las mencionadas causas, se le prohibe por todo un quinquenio pasar a segundo matrimonio, y las nupcias antes del quinquenio no estarán sin pena, ni se llamarán legítimas, sino que todo el que quiera recurrirá y acusará lo hecho como atentado contra la ley.

Cap. XVI

§ 3.—Pero si los bienes estuvieran mezclados, y la donación consistiera tanto en dinero como en bienes inmuebles, los inmuebles quedan ciertamente en todo caso en poder de la madre, para que de ellos tenga los alimentos, pero en cuanto á los bienes muebles esté en vigor lo que antes sancionamos, si aconteciere que todo lo de la donación antenupcial consistiera en bienes muebles; y cuide ciertamente la mujer de no rechazar los inmuebles, ni de menoscabarlos, sino de restituirlos tales como los recibió.

Capitulo XLVI

De aquí nos solicita otra materia, que se refiere á la sucesión de los hijos, que reciben las que pasan á segundas nupcias. Porque ya sobre esto se escribió antes por nosotros una ley dirigida á Hermógenes, de gloriosa memoria, nombrado maestro de nuestros sacros oficios, publicada antes del consulado del glorioso Belisario, á diecisiete de las Calendas de Abril, por la cual dispusimos que las madres fueran llamadas sin excusa á la sucesión del hijo, que no dejaba hijos, juntamente con los hermanos del que murió, y tuvieran en firme también su propiedad con el usufructo, ya si pasaren á segundas nupcias antes, ya si después, que fueran dejadas herederas, derogando sobre esto las leyes que disponían alguna cosa contraria. Y mandamos que esta nuestra disposición subsista firme aun ahora solamente respecto á aquellas que ya hubieren pasado á segundo matrimonio, y que recibieron algo de sus propios hijos, conservándosela en firme á ellas también para el tiempo futuro, ya si hubiera acontecido que la herencia del hijo pasó á ellas antes de las nupcias, ya si después de las nupcias. Mas respecto á las que después de ahora se unan á segundo marido quede dispuesta y sancionada así para nosotros la presente ley. Y como es necesario que el hijo al morir, ya sea varón, ya hembra, fallezca testado, ó intestado, diciendo por ahora lo relativo á los testamentos pasaremos de este modo al orden que existe abintestato.

§ 1.—Si, pues, un hijo hubiere testado legítimamente, y le dejara á su madre sus bienes, ó alguna

(1) legem tam sine filiis casu morienti (moriente, *Cód.*) matri quam remanentibus, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(2) sancivimus. Si vero, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.;* esse, *adicionan Port.. y Cont.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.;* quidem, *omitela Port.;* providente muliere, *Cont.*
(5) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* negligat, *Cont.*
(6) *Bk. ed. estereotipada;* accipere, *el cód. Hamb., y Trid.;* accipient, *Port., y Cont.*
(7) *El cód. Hamb.;* et, *omitenla las ed.*
(8) procedens consulatu, *enmienda Bk. en su ed. estereotipada.*
(9) *El cód. Hamb., y Trid.;* cautione, *Port., y Cont.*
(10) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* de hoc, *omitela Cont.*
(11) *El cód. Hamb.;* et hanc, *Trid.;* hanc autem, *Port., y Cont.*
(12) *El cód. Hamb., y Trid.;* personas parentum, *adicionan Port., y Cont.*
(13) *El cód. Hamb., y Trid.;* ergo, *omitenla Port., y Cont.*
(14) *El cód. Hamb., y Trid.;* veniamus, *Port., y Cont.*

quam, hanc illa accipiat per scripturam, quia ubique custodire morientium volumus voluntates, et habeat quod dimissum est aut datum et secundum proprietatem, et secundum usum. Sicut enim licebat relinquere alicui extraneorum, et nihil heredi secundae mulieris nocebant nuptiae, ita et matri relinquens sive institutionem sive legatum, recte derelinquat et dominium et usum, sive ex rebus, quae extrinsecus advenerunt, fuerit facultas, sive ex paternis, nihil ex hoc fratribus contradicere valentibus.

§ 2.—Si autem intestatus filius moriatur iam ad secundas veniente matre nuptias, aut postea veniente, vocetur quidem et ipsa cum filii aut filiae fratribus secundum nostram constitutionem ab intestato ad eius successionem; sed quanta quidem ex paterna substantia ad filium pervenerunt, eorum solummodo habeat usum ad secundas omnino, sive prius sive postea, veniens nuptias, in residuis vero omnibus rebus, quae aliunde erant filio praeter paternam successionem, veniat secundum vocationem nostram, quam statim dicemus, quadam correctione et ea indigente (1). Et haec dicimus in rebus, quae extra nuptialem donationem sunt. Quae enim in illis sancita sunt a nobis et a Leonis divae memoriae constitutione, integra conservamus, in quibus solum mater habeat usum et (2) usumfructum.

§ 3.—Sed in aliis rebus haec sancimus, et deinceps tempori (3) tradimus, quaecunque post nuptialem donationem sunt a patre venientia filio, aut ex aliis causis, tam ex testamento, quam ab intestato successionibus, ratione contra ingratos filios undique et super istis rebus servata, quando manifestae causae ingratitudinis demonstrantur; aliorum omnium, quae de successionibus dicta sunt parentum in filiis aut filiorum in parentibus, intactis manentibus.

§ 4.—Ingratitudinem autem hic consideramus non solum ad matrem secundum quod pridem a nobis dictum est (4), sed etiam adversus eundem ipsum fratrem defunctum.

Cap. XLVII

Et quoniam scimus multas fratribus adinvicem factas contentiones, illum solum tanquam ingratum circa fratrem effectum participare hoc lucrum non concedimus, qui mortem voluit fratri, aut criminalem inducere contra eum inscriptionem, aut substantiae ei properavit inferre iacturam; eius enim portio tam ad reliquos fratres, quam ad matrem (5) veniat. Et haec lex super (6) filiorum successionibus, quibus cum matre succedunt filii, maneat, illam, quae a nobis facta est, subdivisionem introducens iis, quae futuro tempore matrimonio secundo sunt futurae viris (7). Quae enim iam ad secundum matrimonium pervenerunt, (et beneficio memoratae nostrae legis potitae sunt his liceat) (8), successionem, sive per testamentum, sive ab intestato, habere firme et secundum dominium, et secundum usumfructum, et alienare, et

(1) *El cód. Hamb., Trid., y Port.:* **eam indigere**, *Cont.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.:* usum et, *omitenlas Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.;* deinceps ipsi, *Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* quod *y* est, *omitelas Cont.*
(5) **fratres et matrem**, *el cód. Hamb., y Trid.*
(6) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* **supra**, *Cont.*

parte de ellos, recíbalos con arreglo á la escritura, porque queremos guardar en todas partes las voluntades de los que fallecen, y tenga lo que se le dejó ó dió tanto en cuanto á la propiedad como en cuanto al usufructo. Porque así como le era lícito dejárselo á un extraño, y en nada le perjudicaban al heredero las segundas nupcias de la mujer, así también el que le deja á la madre ó la institución ó un legado le dejara válidamente el dominio y el usufructo, ya si los bienes consistieran en cosas que de extraños fueron á él, ya si en las paternas, sin que los hermanos puedan oponerse á nada de esto.

§ 2.—Mas si el hijo falleciera intestado habiendo pasado ya la madre á segundas nupcias, ó pasando después, sea llamada ciertamente ella con los hermanos del hijo ó de la hija, conforme á nuestra constitución, á su sucesión intestada; pero de cuanto de los bienes paternos fué á poder del hijo tenga solamente el usufructo la que en cualquier caso, ya antes ó después, pasare á segundas nupcias, y en todos los demás bienes, que eran del hijo independientemente de la sucesión paterna, entre con arreglo á nuestro llamamiento, que inmediatamente diremos, por necesitar él también alguna corrección. Y decimos esto en cuanto á los bienes que son extraños á la donación nupcial. Porque conservamos íntegro lo que ha sido sancionado por nosotros y por la constitución de Leon, de divina memoria, sobre aquellos en que solamente la madre tiene el uso y el usufructo.

§ 3.—Mas esto sancionamos respecto á los demás bienes, y entregamos para el tiempo futuro todos los que después de la donación nupcial son para el hijo provenientes del padre, ó de otras causas, tanto por testamento como por sucesiones abintestato, conservándose en todas sus partes también sobre estos bienes la disposición contra los hijos ingratos, cuando se prueban manifiestas causas de ingratitud; manteniéndose intacto todo lo demás que se ha dicho de las sucesiones de los padres á los hijos, ó de los hijos á los padres.

§ 4.—Mas aquí consideramos la ingratitud no solamente hacia la madre, según lo que ya antes ha sido dicho por nosotros, sino también contra el mismo hermano difunto.

Capítulo XLVII

Y como sabemos que entre hermanos se promovieron recíprocamente muchas contiendas, no permitimos que participe de este lucro, como habiéndose hecho ingrato hacia su hermano, sólo el que quiso la muerte para su hermano, ó deducir acusación criminal contra él, ó el que se apresuró á causarle la pérdida de sus bienes; porque la porción de éste pasará tanto á sus demás hermanos, como á su madre. Y subsista esta ley sobre las sucesiones de los hijos, en las que suceden los hijos con la madre, introduciendo la subdivisión, que por nosotros se hizo, en cuanto á las que en el tiempo futuro se hayan de unir á maridos en segundo matrimonio. Porque á las que ya pasaron á segundo matrimonio, (y disfrutaron del beneficio de nuestra mencionada ley), séales lícito tener en firme la sucesión, ya por testamento, ya abintestato, tanto respecto al dominio

(7) *El cód. Hamb., Trid., y Port.:* sunt sociandae viris, *Cont. En el cód. y en las ed. Trid. y Port., estas palabras que se añaden* matris successione, *se considera que pasaron del márgen al texto.*
(8) *Lo que se halla entre paréntesis no se lee en el códice Hamb., Trid., y Port., pero fué añadido por Cont. atendiendo al texto griego.*

testari, et transmittere secundum quem voluerint modum, nihil (1) sit eis impedimentum (2) quolibet tempore ex praesente constituta lege.

§ 1.—Et (3) illud autem firmum ex primo matrimonio filiis maneat, quod super his per (4) praedictam a nobis constitutum est sanctionem, quod, si antenuptialem donationem, quam mater moriente marito lucrabatur, contigerit ad morientem filium pervenire, et propterea partem ei illius fieri hereditatis, matrem neque secundum quod succedit filio dominium eorum, scilicet antenuptialis donationis rerum, perfrui, solum autem habere horum quamdiu superest usum et usumfructum. Maneat igitur et hoc his, qui ex prioribus nuptiis sunt, filiis condonatum, nisi forte ante praedictam constitutionem iudicialis sententia aut (5) transactio inter partes facta de his aliquid statuerit.

§ 2.—Et quoniam mater excludebatur quidem a filio masculo, hoc faciente senatusconsulto, quod Tertullianum vocant, filiabus autem commiscebatur, nos non quaerentes filiorum ius, sed exinde ei legitima iura dantes, vocavimus (6) quidem eam etiam cum masculis fratribus morientis in tantum, in quantum numerus filiorum fuerit, quatenus et ea partem habeat tantam, quantam unusquisque fratrum; si vero et (7) permixti masculi et feminae fuerint, hoc ipsum disponentes. Si vero mater et filiae solae consistant, ibi senatusconsultum mediam quidem partem dabat matri, residuam vero mediam sororibus, quantaecunque exstitissent. Quod quoniam non primitus correximus, modo adducimus ad competentem correctionem, et in isto casu vocantes eam pro rata filiarum, quatenus quantum unaquaeque filiarum habet, tantum solummodo et ea accipiat, et in omni casu hic relato in virilem portionem (hoc quod legis est), etiam mater veniat, sive consistant soli masculi, sive solae feminae, sive etiam permixta utraque soboles.

como al usufructo, y enajenarla, y testar de ella, y transmitirla del modo que quisieren, sin que por la ley establecida al presente tengan impedimento alguno en cualquier tiempo.

§ 1.—Mas subsista firme para los hijos del primer matrimonio también lo que sobre ellos ha sido establecido por nosotros mediante la susodicha disposición, que, si aconteciere que pasa al hijo fallecido la donación antenupcial, que al morir el marido lucraba la madre, y por esto se hiciera para ella parte de la herencia de aquél, no disfrute la madre, ni en lo que le sucedió al hijo, el dominio de estas cosas, esto es, de los bienes de la donación antenupcial, sino tenga mientras viva solamente el uso y el usufructo. Quede, pues, concedido también esto para los hijos, que nacieron de las primeras nupcias, á no ser que antes de la susodicha constitución haya una sentencia judicial, ó una transacción celebrada entre las partes, determinado algo sobre esto.

§ 2.—Y como la madre era ciertamente excluída por un hijo varón, haciéndolo esto el senadoconsulto que llaman Tertuliano, pero se mezclaba con las hijas, nosotros no inquiriendo el derecho de los hijos, sino dándole por esto legítimos derechos, la llamamos ciertamente también con los hermanos varones del que fallece según cual fuere el número de los hijos, de suerte que también ella tenga tanta parte como cada uno de los hermanos; pero si estuvieren mezclados varones y hembras, disponemos también esto mismo. Mas si existieran la madre é hijas solas, en este caso el senadoconsulto le daba ciertamente á la madre la mitad, y la restante mitad á las hermanas, tantas como fuesen. Y como esto no lo corregimos antes, lo llevamos ahora á conveniente corrección, llamándola también en este caso á prorata con las hijas, de suerte que también ella reciba solamente tanto cuanto obtiene cada una de las hijas, y en todos los casos aquí referidos suceda también la madre en una porción viril, (cosa esta que es de la ley), ya existan solos varones, ya hembras solas, ya también mezcladas una y otra prole.

Cap. XLVIII

Illud quoque super hoc adiicere legi iustum existimavimus. Si enim moriatur vir aut mulier filios habentes et ex prioribus et ex secundis nuptiis, quas post hanc nostram contraxerint legem (in his enim praesentia disponimus), quae quidem super lucris ex nuptiis servari oportet, hoc sanximus; insuper et decrevimus portiones, quas necesse est parentes legitimis et non ingratis relinquere filiis; ipsos tamen genitores non erit iustum ad secundam omnino declinare prolem, et quod ex lege est tantummodo relinquentes prioribus, alia omnia ad secundos deducere, sed aliquid et prioribus adiicere. Si quidem (8) aliquem ex secundis habeant nuptiis, aut etiam ex primis forsan, ita festivum, ita dilectum, ut velint praeponere eum aliis in possessione, damus licentiam hoc agendi, non tamen omnino priores quidem filios minuere, secundos autem augere, sed neque vehementer magnificare augmentum, nec omnino oblivisci priorum matrimoniorum, neque infirmare ea, quae a praecedentibus nos de talibus dicta sunt, sed providere quidem et secundis, providere autem et primis, cogitantes, quoniam filii ambo sunt, et ita facientes

Capítulo XLVIII

Hemos estimado justo añadir sobre ello á la ley también esto. Porque si muriese el marido ó la mujer teniendo hijos tanto de primeras nupcias, como de segundas, que hubieren contraído después de esta ley nuestra, (porque respecto á ellos disponemos lo presente), hemos sancionado lo que ciertamente debe observarse en cuanto á los lucros provenientes de las nupcias; además decretamos también las porciones que era necesario que los padres dejaran á los hijos legítimos y no ingratos; pero no será justo que los mismos padres se inclinen en absoluto á la segunda prole, y que, dejándoles á los de la primera solamente lo que es de ley, transfieran todo lo demás á los segundos, sino que agreguen algo también para los primeros. Si ciertamente tuvieran alguno de las segundas nupcias, ó aun acaso de las primeras, tan agradable y tan querido, que quisieran anteponerlo á los otros en la posesión, les damos licencia para hacerlo, pero no ciertamente para causarles en absoluto menoscabo á los hijos primeros, y favorecer á los segundos, ni tampoco para engrandecer mucho el aumento, ni para olvidarse por completo de los del primer matrimonio,

(1) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* nihilque, *Cont.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.;* impedimento, *Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* Et, *omítela Cont.*
(4) his per, *omítelas el cód. Hamb.*

(5) *Trid.;* et, *el cód. Hamb., Port., y Cont.*
(6) *El cód. Hamb.;* vocamus, *las ed.*
(7) *El cód. Hamb., y Trid.;* et, *omítenla Port., y Cont.*
(8) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* Nam si, *Cont.*

successionum in testamentis divisionem. Si enim intestatis eis mortuis lex omnes ex aequo vocat, competens est, eos imitantes legem non vehementer magnis eos abbreviare minutionibus, erubescentes legem. Sic enim erunt boni patres et nostra digni legislatione, et iusti quidem erunt solam legem custodientes; si quid autem etiam supra legem reliquerint, erunt iusti simul et humani patres. Et non haec dicimus inter gratos et ingratos filios (de ingratis enim iam saepius dictum est), sed de iis, qui magis aut minus diliguntur, quum utique multa differentia sit ingratitudinis et gratiarum actionis, et dissimilis honoris. Hanc itaque partem de aequitate (1) filiorum ex priore et secundo matrimonio venientium adhortantes potius, quam sancientes dicimus; alioqui semel augentes ab intestato partem omnino filiis relinquendam, et usque ad quatuor quidem filios quatuor uncias omnino definientes, si autem ultra quatuor sint, usque ad mediam substantiae partem, idoneum iam dedimus filiis solatium, non ex parva mensura antiquam eorum angustiam resolventes.

ni para invalidar lo que por nuestros predecesores se dijo respecto á ellos, sino para mirar ciertamente por los segundos, pero cuidando también de los primeros, pensando que unos y otros son hijos, y haciendo de este modo en los testamentos la división de las sucesiones. Porque si fallecidos ellos intestados la ley los llama á todos por igual, es consiguiente que ellos, imitando á la ley, y guardándole respeto, no los perjudiquen considerablemente con grandes disminuciones. Porque de este modo serán buenos padres y dignos de nuestra legislación, y serán ciertamente justos observando solamente la ley; pero si sobre lo de la ley les dejaren también alguna cosa, serán padres justos al mismo tiempo que humanos. Y no decimos esto refiriéndonos á los hijos agradecidos y á los ingratos, (porque de los ingratos ya se ha hablado muchas veces), sino á los que son más ó menos amados, porque ciertamente hay mucha diferencia entre la ingratitud y la manifestación de gratitud, y la desigual distinción. Así, pues, esta parte relativa á la igualdad de los hijos provenientes del primero y del segundo matrimonio la expresamos más bien exhortando, que mandando; porque una vez que abintestato aumentamos la parte que de todos modos se les ha de dejar á los hijos, y señalamos en todo caso cuatro onzas siendo ciertamente hasta cuatro los hijos, y, si más de cuatro, hasta la mitad de los bienes, les dimos ya suficiente consuelo á los hijos, remediando su antigua estrechez en no pequeña medida.

§ 1.—Sit igitur praesens lex futuro tempori sanciens, sicut saepius dicentes praevenimus, et nihil priorum tangens, sed collecta undique et complexa sub una continuatione, et omnia paene de secundis pronuntians nuptiis, et priora quidem prioribus in sua virtute servans, quae vero ab ea disposita sunt futuris secundis explanans nuptiis, et novam quandam undique ac subtilissimam introducens quaerentibus utilitatem; omnibus, quae super talibus positae sunt, constitutionibus in futuris post hanc nostram legem nuptiis et quae ex his evenerint vacantibus, hac videlicet una constitutione futuro tempori, secundum quod a nobis definitum est, in iis, qui continentur in ea casibus, pro cunctis sufficiente.

§ 1.—Sea, pues, esta ley la que disponga para el tiempo futuro, como hemos prevenido diciéndolo muchas veces, y no toque á nada de lo anterior, sino que recogida de todas partes y conformada bajo una serie dispone casi todo lo relativo á las segundas nupcias, y conserva en su vigor lo anterior ciertamente para las anteriores, y expone para las segundas futuras nupcias lo que por ella ha sido dispuesto, é introduce para los que la requieran cierta utilidad enteramente nueva y muy estudiada; quedando derogadas todas las constituciones que sobre tales cosas fueron promulgadas para las nupcias que se contrajeren después de esta ley nuestra y para los casos que de ellas provienen, bastando ciertamente por todas esta sola constitución en el tiempo futuro, según lo que por nosotros se ha determinado para los casos que en ella se contienen.

Epilogus

Haec igitur tua celsitudo omnibus gentibus, quae sub tuo sunt cingulo, solenni modo manifesta fieri praecipiat, ut omnes agnoscentes, quia maiorem laborem sustinentes, quam oportet imperialibus incurrere cogitationibus, tamen nihil prius nostra fecimus salute, nisi undique congregare quod iustum est, et (2) omnes, videntes in unum collectam de hac legislatione partem, sciant, quia et priorem iis, quae iam posita sunt, servavimus legem, et futuro tempori competentem posuimus congruentiam (3).

Scriptum exemplum Patricio, gloriosissimo praefecto huius almae urbis. Scriptum exemplum Basilidae, gloriosissimo magistro sacrorum officiorum, ex praefecto, ex consule et patricio. Scriptum exemplum Triboniano, gloriosissimo quaestori iterum et

Epílogo

Por tanto, disponga tu excelsitud que en el modo acostumbrado se hagan manifiestas estas disposiciones á todas las gentes que se hallan bajo tu autoridad, para que conociendo todos que soportando nosotros mayor trabajo del que conviene que caiga sobre los cuidados imperiales, no hicimos, sin embargo, nada antes por nuestra salud, sino recoger de todas partes lo que es justo, sepan también todos, viendo reunida en un solo cuerpo la parte de esta legislación, que hemos conservado también la anterior ley para los casos que ya fueron determinados, y hemos establecido para el tiempo futuro la correspondiente conveniencia.

Se escribió un ejemplar para Patricio, gloriosísimo prefecto de esta feliz ciudad. Se escribió otro ejemplar para Basílida, gloriosísimo maestre de los sacros oficios, exprefecto, exconsul y patricio. Se escribió otro ejemplar para Triboniano, segunda

---

(1) aequalitate, *enmienda Bk. en su ed. estereotipada.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.;* prius illorum duximus salute, ne undique emendicent, quod iustum est: sed, *Cont.*

(3) *Esta indicacion de la fecha,* Datum XV. Kal. Augusti. Constantinopol. post Belis. V. C. Cons., *que en este lugar fué añadida por Cont., no es aqui admisible.*

ex consule. Scriptum exemplum Germano, gloriosissimo magistro equitum sacri praesentis, ex consule et patricio. Scriptum exemplum Tzigae, gloriosissimo magistro peditum sacri praesentis, ex consule et patricio. Scriptum exemplum Floro, gloriosissimo comiti sacrarum rerum privatarum et ex consule. Tua igitur excellentia cognoscens ea, quae nobis placuerunt, in iudicio tuo insinuet tam advocatis, quam aliis, quibus praees, ut secundum haec decidantur causae; non tamen propones publice hanc (1) nostram constitutionem, sufficientibus his, quae hac de re a nobis scripta sunt ad Ioannem gloriosissimum sacrorum per Orientem praetoriorum praefectum iterum, ex consule et patricium.

Dat. XV. Kal. April. Constantinop. post BELISARII V. C. cons. [536.]

NOVELLA XXIII (2)

DE APPELLATIONIBUS, ET INTRA QUAE TEMPORA DEBEAT APPELLARI

(Coll. IV. tit. 2.)

Imp. IUSTINIANUS *Augustus* TRIBONIANO, *gloriosissimo Quaestori iterum et Exconsuli* (3).

Praefatio

Anteriorum legum acerbitati plurima remedia imponentes, et maxime haec circa appellationes facientes, et (4) in praesenti ad huiusmodi beneficium pervenire duximus esse necessarium. Antiquitati etenim cautum erat, ut, si quis per se litem exercuerit, et fuerit condemnatus, intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet, sin (5) autem per procuratorem causa ventilata sit, et in triduum proximum eam extendi (6). Ex rerum autem experientia invenimus, hoc satis esse damnosum; plures enim homines ignaros legum subtilitatis, et putantes in triduum esse provocationes porrigendas, in promtum periculum incidisse, et biduo transacto causas perdidisse. Unde necessarium duximus huiusmodi rei competenter mederi.

Cap. I

Et sancimus, omnes appellationes, sive per se, sive per procuratores, seu per defensores, vel curatores, vel tutores ventilentur, posse intra decem dierum spatium, a recitatione sententiae numerandum, iudicibus ab iis, quorum interest, offerri, sive magni, sive minores sint (excepta videlicet sublimissima praetoriana praefectura), ut liceat homini intra id spatium plenissime deliberare, sive appellandum ei sit, sive quiescendum, ne timore instante (7) opus appellatorium frequentetur, sed

vez gloriosísimo cuestor y exconsul. Se escribió otro ejemplar para Germano, gloriosísimo maestre de la caballería de la sacra escolta, exconsul y patricio. Se escribió otro ejemplar para Tziga, gloriosísimo maestre de la infantería de la sacra escolta, exconsul y patricio. Se escribió otro ejemplar para Floro, gloriosísimo conde de los sacros bienes privados y exconsul. Conociendo, pues, tu excelencia lo que nos ha parecido bien, insinúelo en tu tribunal tanto á los abogados, como á los demás á quienes presides, para que en conformidad á ello se decidan las causas pero no expondrás; en público esta nuestra constitución, bastando lo que sobre este particular ha sido escrito por nosotros á Juan, segunda vez gloriosísimo prefecto de los sacros pretorios de Oriente, exconsul y patricio.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Abril, después del consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [536.]

NUEVA CONSTITUCION XXIII

DE LAS APELACIONES, Y DE LOS TÉRMINOS DENTRO DE LOS QUE SE DEBE APELAR

(Colección IV. título 2.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* TRIBONIANO, *segunda vez gloriosísimo Cuestor y Exconsul.*

Prefacio

Poniendo múltiples remedios á la crudeza de las anteriores leyes, y haciendo esto principalmente en cuanto á las apelaciones, hemos considerado que también al presente era necesario llegar á tal beneficio. Porque se había dispuesto en la antigüedad, que si alguno hubiere defendido por sí mismo un litigio, y hubiere sido condenado, tuviera licencia para la apelación solamente dentro de dos días, pero que si la causa hubiera sido ventilada por procurador, se extendiera aquélla á los tres días próximos. Mas por la experiencia de las cosas hemos hallado que esto es bastante perjudicial; porque muchos hombres ignorantes de la sutileza de las leyes, y juzgando que las apelaciones se habían de extender á tres días, cayeron en fácil peligro, y por haber transcurrido los dos días perdieron sus causas. Por lo cual hemos creído necesario poner á esto conveniente remedio.

Capítulo I

Y mandamos, que todas las apelaciones, ya sean ventiladas por uno mismo, ya por procuradores, ó por defensores, ó por curadores, ó por tutores, puedan ser presentadas dentro del espacio de diez días contaderos desde la lectura de la sentencia, por aquellos á quienes les interesa á los jueces, ya sean superiores, ya inferiores, (exceptuada, por supuesto, la sublimísima prefectura pretoriana), á fin de que les sea lícito á los hombres deliberar plenísimamente dentro de este espacio, si habrán de ape-

---

(1) *Así Bk. en su ed. estereotipada;* **praees, secundum hanc,** *Cont. (cuyas palabras suprimidas por Bk. fueron suplidas atendiendo al griego.)*

(2) *Esta Novela apareció en latin, y las Bas. (IX. 2. 2.), Hal. y Scrimg. tienen solamente un resúmen en griego.—Iulian. const. 24 — Esta Novela es de las glosadas, y se lee integra en Gratian. c. 28. C. II. q. 6.*

(3) *Port., y Cont.;* **illustri magistro officiorum et quaestori sacri palatii,** *Trid., y el ms. de Concio;* **illustri magistro quaestorum sacri palatii,** *el cód. Hamb.*

(4) *Trid., Port., y Gratian.;* et, *omítenla el cód. Hamb., y Cont.*

(5) *El cód. Hamb., Trid., Port., y Gratian.;* **si,** *Cont.*

(6) **ea extenderetur,** *Port.*

(7) *Así el cód. Hamb., Cont., y Gratian.;* **instantiae,** *que se lee en el cód. Hamb., fué añadida por segunda mano; también se halla en Trid., y Port.*

sit omnibus inspectionis copia, quae et (1) indiscussos hominum calores potest refrenare.

lar, ó de aquietarse, para que no se hagan frecuentes las apelaciones por apremiar el temor, sino que todos tengan posibilidad de hacer examen, el cual puede refrenar también los irreflexivos acaloramientos de los hombres.

Cap. II

Ad haec sancimus, si quando lis speratur in nostrum inferri consistorium, si forte contigerit imperatoriam maiestatem occupatam publicis causis ex mundanis provisionibus non posse convocare patres, quatenus causa agitetur, non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium est litigantium, si culmen imperatorium occupetur? vel quis tantae est auctoritatis, ut nolentem principem possit ad convocandos patres ceterosque proceres coarctare? Sed si quid tale evenerit, causa intacta permaneat, donec Imperator sua sponte motus et convocari proceres iusserit, et litem inferri patiatur, et omnia secundum morem procedere.

Capítulo II

Además de esto mandamos, que si alguna vez se espera que el litigio sea llevado á nuestro consistorio, y acaso aconteciere que ocupada la majestad imperial en los negocios públicos no pudiera por causa de los mundanos cuidados convocar á los padres para que se ventile la causa, no por ello peligre el litigio. Porque ¿qué culpa tienen los litigantes, si está ocupada la imperial alteza? ¿O quién es de tanta autoridad, que no queriendo el príncipe pueda constreñirlo á convocar á los padres y á los demás próceres? Mas si alguna cosa tal aconteciere, permanezca intacta la causa hasta que el Emperador movido espontáneamente mandare que sean convocados los próceres, y consienta que sea presentado el litigio, y que todo proceda según la costumbre.

Cap. III

Illud etiam in tertio capitulo disponendum est, quod antiquitas bene statuit, novitas autem neglexit. Quum enim veneranda vetustatis auctoritas ita magistratus digesserit, ut alii maiores, alii medii, alii minores sint, et appellationes a minoribus iudicibus non solum ad maximos iudices remitterentur, sed ad spectabilium iudicum tribunal, quatenus et ipsi sacro auditorio adhibito litem exercerent, novitas autem hoc dereliquerit (2), evenit, ut super minimis causis maximi nostri iudices inquietentur, et homines propter minimas causas magnis fatigentur dispendiis, ut forsitan totius litis aestimatio ad sumtus iudiciales non sufficeret. Ideoque sancimus, si quando ex Aegyptiaco tractu vel adiuncta ei utraque Lybia provocatio speratur usque ad decem librarum auri quantitatem, non in hanc regiam urbem eam venire, sed ad praefectum augustalem, qui audiat et causam dirimat vice sacri cognitoris, nulla ei (3) post definitivam sententiam appellatione porrigenda.

§ 1.—Similique modo quoties in Asiana dioecesi vel Pontica tale aliquid emerserit usque ad praedictam quantitatem decem librarum auri, appellationes ad viros spectabiles, comites forte, vel proconsules, vel praetores, vel moderatores, quibus specialiter easdem lites peragendas deputavimus, remittantur, quatenus et hi ad similitudinem praefecti augustalis vice sacri cognitoris intercedant, et causas sine spe quidem appellationis, dei tamen et legum timore proferant decidendas; Orientalem autem tractum causas appellatione suspensas et usque ad decem librarum auri quantitatem limitatas ad virum spectabilem comitem Orientis mittere, simili modo audientiam et finem eis impositurum.

Capítulo III

También se ha de disponer en este tercer capítulo lo que acertadamente estableció la antigüedad, pero han desatendido los modernos. Porque habiendo la veneranda autoridad de los antiguos organizado los magistrados, de suerte que unos fueran superiores, otros medianos y otros inferiores, y remitiéndose las apelaciones de los jueces inferiores no solamente á los jueces máximos, sino al tribunal de los jueces espectables, de suerte que prosiguieran ellos mismos el litigio celebrándose sacra audiencia, pero habiendo abandonado esta práctica los modernos, resultó que nuestros jueces máximos eran molestados con motivo de causas mínimas, y los hombres eran abrumados con grandes dispendios con motivo de tales causas mínimas, de suerte que acaso la estimación de todo litigio no era suficiente para los gastos judiciales. Y por esto mandamos, que si alguna vez se espera de la región del Egipto ó de ambas Libias á él unidas una apelación hasta la cuantía de diez libras de oro, no venga á esta regia ciudad, sino vaya al prefecto augustal, quien oiga y dirima la causa haciendo veces de sacro conocedor de ella, sin que después de la sentencia definitiva se le pueda presentar ninguna apelacion.

§ 1.—Y del mismo modo, siempre que en la diócesis de Asia ó del Ponto ocurriere alguna cosa semejante hasta la susodicha cantidad de diez libras de oro, remítanse las apelaciones á los varones espectables, acaso condes, ó procónsules, ó pretores, ó gobernadores, á quienes especialmente designamos para terminar los mismos litigios, á fin de que también ellos intervengan á semejanza del prefecto augustal haciendo veces de sacro conocedor de ellas, y sentencien las causas que se hayan de decidir, ciertamente sin esperanza de apelación, pero con temor á Dios y á las leyes; y la región oriental envíe las causas pendientes de apelación y limitadas hasta la cantidad de diez libras de oro al espectable varón conde de Oriente, quien del mismo modo les dará audiencia y término.

(1) *El cód. Hamb., Trid., Port., y Gratian.:* et, *omite la Cont.*
(2) *El cód. Hamb., Trid., Port., y Gratian.:* **deliquerit,** *se lee en Cont.*

(3) *El cód. Hamb., y Trid.:* penitus, *adicionan Port., Cont. (pero éste poniéndola entre paréntesis), y Gratian.*

Cap. IV

Illo videlicet observando, ut viri spectabiles duces (1) vel alii spectabiles iudices non ad alios eadem spectabilitate decoratos iudices suas transmittant appellationes in litibus, quantaecunque sint quantitatis, quum non oporteat ad compares iudices appellationes referri, sed a minore iudicio in maius tribunal ascendere, sed ad illustrissimam praefecturam illorum appellationes, cuiuscunque sint quantitatis (ut dictum est) dirigantur, qui una cum viro excelso pro tempore quaestore eas dirimat; utroque officio subministrante, id est tam ex sacris scriniis more solito, quam praefecto praetorio. Ita tamen haec sancimus, ut nec a ducibus vel aliis spectabilibus iudicibus, quibus forte, etsi privati sint, imperialis maiestas causas iniunxerit, appellatio ad memoratos spectabiles iudices currat, ne causa non gradatim procedere, sed perperam videatur. Sed a praesidibus quidem provinciarum et iudicibus a nobis datis, si non sint spectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referatur (2). Si autem vel illustres sint dati a nobis iudices, quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt, vel duces, qui omnimodo spectabilitate sunt decorati, vel ii, qui a principe delegati sunt, spectabilem habeant dignitatem, eorum appellationes sub quacunque quantitate in hanc regiam urbem ad competentes antiquo more iudices deferuntur (3). Omnibus aliis, quae in (4) appellationibus statuta sunt vel ab antiqua prosapia, vel ab auctoritate anteriorum constitutionum, vel a nostra humanitate, intactis illibatisque custodiendis.

Dat. III. Non. Ian. (5) Constant. post Belisarii V. C. cons. [536.]

Capitulo IV

Debiéndose, á la verdad, observar esto, que los varones espectables duques, ú otros espectables jueces, no transmitan á otros jueces revestidos de la misma espectabilidad sus apelaciones en los litigios, de cualquiera cuantía que sean, porque no es conveniente que las apelaciones sean remitidas á jueces iguales, sino que de un tribunal inferior asciendan á otro superior, y dirijanse las apelaciones de los mismos, de cualquiera cantidad que sean, (según se ha dicho), á la ilustrísima prefectura, quien las dirima juntamente con el excelso varón que á la sazón sea cuestor; sirviendo de auxiliares los de ambos oficios, esto es, tanto, según la costumbre establecida, los oficiales de las sacras secretarías, como los del prefecto del pretorio. Pero esto lo disponemos de suerte, que ni de los duques ó de otros espectables jueces, á quienes acaso, aunque ellos sean particulares, les hubiere encomendado causas la magistratura imperial, pase la apelación á los mencionados jueces espectables, á fin de que no parezca que pasan no por grados, sino indebidamente. Mas de los presidentes de las provincias y de los jueces dados por nosotros, si no fueran espectables jueces, se apelará hasta la mencionada cantidad. Pero si los jueces dados por nosotros fueran ó ilustres, que tienen dignidad superior á la espectabilidad, ó duques, que en todo caso están revestidos de espectabilidad, ó si los que son delegados por el príncipe tuvieran dignidad de espectables, sus apelaciones, de cualquiera cuantía que sean, son traídas á esta regia ciudad á los jueces competentes según la antigua costumbre. Debiéndose guardar intacto y sin menoscabo todo lo demás que sobre las apelaciones se halla establecido ó por la antigüedad, ó por la autoridad de anteriores constituciones, ó por nuestra humanidad.

Dada en Constantinopla á 3 de las Nonas de Enero, después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [536.]

CONST. XXIV (6)

DE PRAETORE PISIDIAE

Imp. Iustinianus *Aug.* Ioanni *Pf. P.*

Praefatio

Et antiquos Romanos credidimus (7) nunquam potuisse (8) tantam rempublicam ex parvis exiguisque principiis constituere, et omnem ex (9) ea orbem terrarum (ita dicendum) capere ac possidere, nisi maioribus iudicibus per provincias destinatis gloriosiores hinc viderentur, et praeberent eis potestatem armorum et legum, et ad utrumque (10) haberent eos opportunos et dignos (11) exsistentes. Quos etiam praetores vocabant, eo, quod (12) praeirent aliis omnibus et (13) acies ordi-

CONSTITUCION XXIV

DEL PRETOR DE PISIDIA

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Juan, *Prefecto del Pretorio.*

Prefacio

Creemos que los antiguos romanos nunca habrían podido constituir con tan pequeños y exíguos principios tan grande república, y con ella adquirir y poseer (por decirlo así) todo el orbe de la tierra, si no parecieran más gloriosos por haber destinado jueces superiores á las provincias, y no les dieran la potestad de las armas y de las leyes, y no los tuvieran siendo aptos y dignos para ambas cosas. A ellos los llamaban también pretores, dándoles esta denominación porque precedían á todos los demás

(1) duces, *omítela el cód. Hamb.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.;* referetur, *Port., Cont., y Gratian.*
(3) *El cód. Hamb.;* referuntur, *Trid.;* referantur, *Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb., Trid., Port., y Gratian.;* de, *Cont.*
(5) *Julian., Hal., y el cód. Vindob. Véase Biener Gesch. d. N. p. 512.;* Datum Kalend Iulii, *Cont.*
(6) *El texto griego se halla en Hal. y Scrimg.—Julian. Const. 17.—Bk. fué el primero que dió una antigua versión bárbara tomándola del cód. Vindob.—Nosotros nos hemos valido de los pergaminos de Cramer, en los que se halla esta versión tomada del cód. Monacense. Anotó Cramer que la Novela XXIV. se hallaba en el Cód. Mon. entre las Novelas 123. y 125.*
(7) *El cód. Vindob.;* credimus, *el cód. Mon.*
(8) *El cód. Mon.;* potuisset, *el cód. Vindob.*
(9) omnem ex, *omítelas el cód. Mon.*
(10) *Bk.;* armorum et ad utrum et legumque, *el cód. Vindob.; en el cód. Mon. faltan las palabras* eis – haberent.
(11) *El cód. Vindob.;* dignos et opportunos, *el cód. Mon.*
(12) *El cód. Mon.;* eoque, *el cód. Vindob.*
(13) *El cód. Vindob.;* prae his omnibus aliis etiam, *el cód. Mon.*

narent hanc eis dantes appellationem, et committentes eis et civilia (1) gubernare et de legibus scribere. Unde iudicialia quoque (2) habitacula praetoria vocari disposuerunt, et copiosa lex ex praetorum nata est voce, multique praetores alii quidem (3) Siciliam, alii vero Sardiniae insulam, alii Hispaniam, alii et aliam (4) et acquisiverunt et gubernaverunt mare ac terram.

Cap. I

Haec (5) considerantes nos antiquitatem rursus cum maiore flore ad rempublicam reducentes, et Romanorum nobilitantes (6) nomen, et videntes, quia in provinciis asperioribus duplici (7) quadam hactenus administratione missa nulla (8) ad perfectum sufficiens quodammodo erat, propterea (9) in quibusdam provinciis nostris, in quibus (10) et iudex civilis erat, et militaris (11) alter, semper quidem adinvicem contendentes, semper vero litigantes, non ut aliquid agerent circa subditos (12) bonum, sed quatenus amplius eos (13) contererent, existimavimus (14) oportere ad unam (15) quandam figuram colligere utrumque magistratum, civilem simul et militarem, et dare hanc habenti potestatem praetoris rursus appellationem, ut ipse et militiarum imperio in provincia existentium (16) secundum antiquitus ei datum (17) cognomen praesit, et (18) proponatur legibus (et hoc quoque olim praetorum proprium fuit), et habeat quidem utriusque magistratus annonas, officio autem utatur uno (19) officialium centum (sufficiunt enim ei tanti), praetoriano officio nuncupando, et ex probatoriis hinc (20) competentibus facto. Sic enim erit nobilis, sic terribilis latrocinantibus (21), sic iniustis inevitabilis, si cum (22) multa potestate cuncta gerat (23); puris (24) quidem utatur manibus, quod iam a (25) nostra nuper data lege dictum est omnibus administrationibus, ipso quoque obediente illi, et (26) iusiurandum subeunte (27), et secundum eam gubernante (28) causas, et armis utente (29), et civilia secundum nostras disponente (30) leges, ut, si etiam gloriosissimorum aliquis consularem dignitatem habentium ad cingulum venerit, et hoc imitatio priorum sit, secundum quod (31) sortiebantur provincias viri consules et ex consulibus et praetores modice consulibus minores, et ita paulatim Romanorum auxerunt nomen, et tantum egerunt (32), quantum nulli (33) penitus alteri aliarum rerum publicarum contulit deus. Quod super Pisidarum regione (34) incipere primum volumus (35), eo quod et in prioribus historicis (36) dictum invenimus, dudum toti (37) illi terrae Pisidarum gentem prae-

y ordenaban los ejércitos, encomendándoles además gobernar lo civil y escribir leyes. Por lo que también dispusieron que los edificios judiciales en que habitaban fueran llamados pretorios, y muchas leyes nacieron de viva voz de los pretores, y muchos pretores conquistaron y gobernaron unos ciertamente la Sicilia, otros la isla de Cerdeña, otros la España, y otros otras tierras y mares.

Capitulo I

Considerando nosotros esto, implantando de nuevo lo antiguo con mayor esplendor en la república, ennobleciendo el nombre de los romanos, y viendo que habiéndose enviado hasta hoy á las provincias más idómitas dos magistraturas ninguna era en cierto modo suficiente para la perfección, por eso en algunas provincias nuestras, en las que había un juez civil, y otro militar, siempre, á la verdad, contendiendo entre sí, siempre litigando, no para hacer alguna cosa buena para los súbditos, sino para abrumarlos más, hemos estimado que era conveniente reunir en una cierta forma ambas magistraturas, juntamente la civil y la militar, y darle de nuevo al que tuviera esta potestad la denominación de pretor, de suerte que él mismo presida el gobierno de las milicias existentes en la provincia, con arreglo al nombre que en la antigüedad se le dió, y esté encargado de las leyes, (lo cual también en otro tiempo fué propio de los pretores), y tenga ciertamente las annonas de ambas magistraturas, pero se sirva de una sola oficialidad de cien oficiales, (pues le bastan tantos), que se habrá de llamar oficio pretoriano, y será creado desde aquí con las competentes credenciales de aprobación. Porque así será noble, así terrible para los ladrones, y así inevitable para los injustos, si todo lo hace con mucha potestad; pero tenga manos limpias, cosa que ya se les dijo á todos los encargados de administraciones por la ley dada hace poco por nosotros, á la cual él mismo obedecerá también, prestando juramento, y administrando su cargo con arreglo á ella, sirviéndose de las armas, y disponiendo los asuntos civiles según nuestras leyes, de suerte que, si también alguno de los gloriosísimos que tienen la dignidad consular llegare á esta magistratura, esto se haga á imitación de los antiguos, cuando los cónsules y los excónsules, y los pretores que en poco eran inferiores á los cónsules, obtenían en suerte las provincias, y así engrandecieron paulatinamente el nombre de los romanos, é hicieron tanto, cuanto absolutamente á ninguna otra república le concedió Dios. Y esto queremos que comien-

(1) *El cód. Mon.;* et committentes appellationem, *el cód. Vindob.*
(2) *El cód. Mon.;* quoque, *omitela el cód. Vindob.*
(3) *El cód. Mon.;* aliquid est, *el cód. Vindob.*
(4) *Bk.;* aliam Italiam, *los cód.*
(5) *El cód. Vindob.;* hoc, *el cód. Mon.*
(6) *El cód. Mon.;* nobilitatem, *el cód. Vindob.*
(7) *El cód. Vindob.;* dupli, *el cód Mon.*
(8) *El cód. Vindob.;* administratione multa millia, *el códice Mon.*
(9) *El cód. Vindob.;* praeterea, *el cód. Mon.*
(10) *Bk.;* provinciis nostris, in quibus, *omitenlas los cód.*
(11) *El cód. Vindob.;* utilitatis, *el cód. Mon.*
(12) *El cód. Vindob.;* subiectos, *el cód. Mon.*
(13) *El cód. Mon.;* eos, *omitela el cód. Vindob.*
(14) *El cód. Mon.;* aestimavimus, *el cód. Vindob.*
(15) *El cód. Mon.;* utram, *el cód. Vindob.*
(16) ut ipse et militarium imperium ita existentium, *el cód. Vindob.;* ut et tempore militarium in provincia consistentium, *el cód. Mon.*
(17) *Bk.;* natum, *los cód.*
(18) *El cód. Mon.;* et, *omitela el cód. Vindob.*
(19) *El cód. Vindob.;* uno utatur, *el cód. Mon.*
(20) *Bk.;* probatoriis hic, *el cód. Mon.;* praetoriis hic, *el cód. Vindob.*
(21) *El cód. Vindob.;* sic enim nobilis latrocinantibus, *el cód. Mon.*
(22) *Bk.;* sicut, *los cód.*
(23) *El cód. Mon.;* gerat cuncta, *el cód. Vindob.*
(24) *Bk.;* prius, *el cód. Vindob.;* ut prius, *el cód. Mon.*
(25) *El cód. Mon.;* ad, *el cód. Vindob.*
(26) *El cód. Mon.;* et, *omitela el cód. Vindob.*
(27) *El cód. Vindob.;* obeunte, *el cód. Mon.*
(28) *El cód. Mon.;* gubernantes, *el cód. Vindob.*
(29) *El cód. Vindob.;* amministrante, *el cód. Mon.*
(30) *Bk.;* disponentes, *los cód.*
(31) *Bk.;* venerit et prior secundum quotquot, *el cód. Vindob.;* venerunt et prior honor secundum quod, *el cód. Mon.*
(32) *El cód. Vindob.;* augerunt, *el cód. Mon.*
(33) *El cód. Mon.;* nullos, *el cód. Vindob.*
(34) *El cód. Vindob.;* pisidorum regionem, *el cód. Mon.*
(35) *El cód. Mon.;* voluimus, *el cód. Vindob.*
(26) *Bk.;* historiis, *los cód.*
(37) *Bk.;* totius, *los cód.*

sedisse (1), sed et nunc quoque regionem hanc egere (2) maiore et vehementiore cingulo credimus (3), et quoniam vici maximi in ea sunt et populosi, et crebro et circa ipsa (4) resultantes tributa fiscalia, et latrocinantibus illis et homicidis (5) praediis, quae (6) in aliqua summitate montis, Lupi caput appellata, commorantur (7) (Lycocranitarum i. e. (8) Lupicapitorum habitaculum nominatur (9)), administrationem hanc praeesse; et nunc quidem non (10) secundum ordinem legitimum ad eam accedere, sed (11) secundum quandam discursionis figuram; cingulo autem mixto, et compositis in idem et militaribus et iudicialibus signis, sequente quoque eum militari multitudine cuncta, quanta (12) in provincia est, insuper et civili officio toto (13), nobili iam (14) appellatione eius constituta et praetoris honorato cognomine, quis non eum pertimescat, quis non revereatur (15) simul et leges et arma conspiciens in unum convenientia (16), et hoc ipso (17) conditione proposita aut obedire legibus, et confidere (18) atque salvari, aut solum e contrario despicientes repente deperire, quum arma (19) de proximo legibus auxilientur?

ce primeramente en la región de los Pisidas, porque hallamos dicho también en los historiadores antiguos, que esta gente de los Pisidas imperó en otro tiempo sobre toda aquella tierra, y creemos que también ahora necesita esta región de mayor y más enérgica magistratura, porque hay en ella poblaciones muy grandes y populosas, y que frecuentemente se resisten á los mismos tributos fiscales, y que tal magistratura gobierne á aquellos ladrones y homicidas de los predios que se hallan en cierta cima de un monte, llamada cabeza de Lupo, y que es denominada morada de los Lupicapitos (esto es, Licocranitas); y que hoy ciertamente no se llegue á ella según un orden legal, sino mediante cierta manera de invasión; y fusionadas las magistraturas, y reunidas las insignias militares y judiciales, siguiéndole también á él toda la muchedumbre militar que hay en la provincia, y además toda la oficialidad civil, hecha ya noble su denominación y honrado con el título de Pretor, ¿quién no lo temerá, quién no lo respetará, viendo reunidas al mismo tiempo las leyes y las armas, y presentándosele por esto mismo la condición ó de obedecer á las leyes, tener confianza y salvarse, ó de morir inmediatamente sólo por mirar con intención contraria, puesto que las armas auxiliarán seguidamente á las leyes?

Cap. II

Oportet igitur hoc cingulum assumentem, quum gratis hoc ei praebeamus semper et sub nulla penitus mercede, ut et ipse sine redemtione perduret, et his, quae de fisco dantur, solum contentus (hoc etiam prior nostra dicit lex), sic utens subiectis, sicut in priore disposuimus constitutione, iusteque et pure et cum industria clementer, et homicidia et adulteria expellens de provincia, et virginum raptus (20), et iniustitiam omnem, et hoc delinquentes secundum nostras punire (21) leges, et erubescat (22) nullum violentorum, licet maiorum sit, neque succumbat eis (23), qui prodesse quidem nihil, occasionem autem impietatis praebere possunt; sed per omnia servet quod iustum est, et (24) respiciat ad leges nostras, et iudicet secundum eas, et subditos nostros secundum eas (25) faciat et vivere (26) et conversari, et ad deum (27) respicere nostramque formidinem, alterum vero nullum debeat omnino considerare. Et neque ex provincia venire hic frequenter, et subtilitatibus (28) mediocribus nos adire (29), sed ipsum prius audire omnia, et (30) discernere ea, et memorem (31) honoris, quem ei dedimus, sic uti (32) causis, ut sine reatu ei cingulum fiat, scienti, quia, si quis eum adierit, deinde non meruerit quod iustum est, et coactus (33) haec nobis nuntiaverit (34), certamen

Capítulo II

§ 1.—Reflexionando nosotros muchas veces sobre esto hemos estimado que convenía poner á ello remedio, y cuanto más trabajamos nosotros en esto, tantos más artificios hallaron los curiales contra lo que recta y justamente se hallaba sancionado, y contra el fisco. Porque habiendo visto que de todos modos eran ellos compelidos á reservar la cuarta parte para la curia, y apenas esto fué establecido por nuestras leyes, comenzaron á derrochar sus propios bienes, á fin de morir siendo menos ricos, y no dejar á la curia la cuarta parte, sino siempre su suma pobreza. Y finalmente, queriendo defraudar á la curia en los mismos indivíduos, inventaron la cosa más impía de todas, absteniéndose de legítimas nupcias, de suerte que preferían fallecer sin hijos más bien que bajo la ley, ó que aparecer útiles á su linage ó á la curia. Y á su vez hicieron que se estableciese hace poco una ley, que les permitía donar sin decreto sus propios bienes, aunque la ley quería que cualquiera venta se hiciera mediante decreto. Pero era de admirar esta misma ley, que solamente sujetaba la venta á la interposición de decreto y á las otras necesidades de aquí provenientes, pero les dejaba hacer todo lo demás del

(1) *El texto griego se halla en Hal. y Scrimg. — Iulian. Const. 35.—Concio publicó en 1.571 una antigua versión, tomándola de un viejo manuscrito, según dice al márgen. Acursio reconoció esta Constitución, pero después fué omitida en las ed. que se llaman glosadas, conservándose, sin embargo, en las ed. sus glosas, en Coll. IV. tit. 3. y 4., y en otros lugares. — En el cód. Hamb. no están ni la constitución ni las glosas.*

(2) *Bk. ed. estereotipada;* fieret, *Cont.*
(3) *Léase* existimavimus.
(4) *Bk* ; impiam, *Cont.*
(5) inutiles, *Cont., pero al márgen recomienda que se lea* utiles.
(6) quanquam *por* quum quandam, *se lee en Bk. ed. estereotipada.*

habente curia. Denique si quis dinumerat nostrae reipublicae curias, attenuatas inveniet, alias quidem neque virorum neque rerum copias habentes, alias (1) paucorum forsan hominum, rerum autem nihil penitus.

§ 2.—Igitur olim per partes nos protulimus sanctiones, volentes et venditiones, et donationes simplices, et omnem actum alienationem habentem immobilium curialium rerum subiacere decreto cum observatione facta, quae in illa lege posita est. Deinde post haec, quia sub falsis causis (2) faciebant donationes, et hoc omnino abrogavimus, donationem simplicem facere curialem in quamcunque personam (3). Excepimus autem competenter ante nuptias donationes, eo quod neque donationes omnino sunt, sed contractus species in eis inserta est, et filiorum procreandorum copiam introducunt, quod nobis et maxime in curialibus studii est. Post haec conspicientes de hoc ipso multas circumscriptiones fieri, legem conscripsimus, omnino debere curiam sive cum corpore, sive sine ipso omnino tres uncias habere, et non minus licere cuidam relinquere curiae, neque circumscribere, neque deminuere eas sub ullo modo, sive filius sit, qui in curia est, sive ipsa susceperit tres uncias curia.

§ 3.—Et non usque ad hoc stetimus, sed et feminas in propria institutione dare quandam partem sanximus, quatenus per nullam occasionem demineuretur curiae (sicut praediximus) quarta pars totius substantiae curialis. Sed et multas istas et diffusas munificentias abrogavimus, non concedentes liberari aliter curia, nisi per maximarum dignitatum adeptionem, patriciatus, aut consulatus aut praefecturae, sive civilis sive militaris; praefecturas autem esse et eas, quae principatum agunt exercitus, lex novit. Itaque si quis praefecturae dignitatem administraverit in ipso actu constitutus, et sive administrans eam, sive principatum agens exercitus, curiali iste liberatur a conditione secundum nostram legem, aliis omnibus exceptionibus abrogatis. Nam quae propter solum honorem dantur tales dignitates (praefectorias dicimus; idem autem est dicere et magisterium militum) (4), non eximere curiae albo eos, qui haec meruerunt, sancivimus. Haec itaque in anterioribus a nobis sancita sunt cum aliis multis, quae licebit ex ipsis olim positis legibus advertere. Absolvimus autem et quosdam a curiae conditione, diversas his pragmaticas concedentes leges, quas omnes firmas esse volumus, et praesentem sanctionem ab undecima indictione nuper delapsa inchoare, ex qua nobis in consilio venit haec lex.

§ 4.—Quoniam autem vidimus quosdam sic adversos esse contra proprias patrias, ut eligant potius aliis suas relinquere substantias, et vix quartam partem curiae, et hoc per nostram legem existimavimus oportere, ubi filii desunt, hanc partem augere.

(1) *Bk.*: inveniet virorum, neque alias quidem neque rerum copias habentes aut, *Cont.*
(2) *Bk.*; falsas causas, *Cont.*

modo que hubiesen querido; de esta suerte tranfirieron los bienes de los curiales á unas y á otras personas, no teniendo por esto nada la curia. Por último, si alguno cuenta las curias de nuestra república, las encontrará debilitadas, no teniendo unas ciertamente ni abundancia en hombres ni de bienes, y teniendo otras acaso pocos hombres, pero absolutamente ningunos bienes.

§ 2.—Así, pues, en otro tiempo promulgamos nosotros disposiciones especiales, que quieren que así las ventas, como las donaciones simples, y todo acto que contenga enajenación de bienes inmuebles de los curiales queden sujetos á decreto, observándose lo que en aquella ley se halla establecido. Después de esto, como por falsas causas hacían donaciones, prohibimos en absoluto tambien esto, que un curial hiciera donación simple á una persona cualquiera. Mas con razón exceptuamos las donaciones ante nupciales, porque no son en absoluto donaciones, sino que en ellas va incluída una especie de contrato, y dan facilidad para procrear hijos, lo que tenemos también á grandísimo empeño tratándose de los curiales. Después, viendo que en esto mismo se cometian muchas defraudaciones, escribimos una ley, para que en todo caso debiera tener la curia ya con un indivíduo, ya sin éste, tres onzas, y no le fuera lícito á nadie dejarle menos á la curia, ni defraudarla, ni disminuir aquéllas de ningún modo, ya si hubiera hijo, que esté en la curia, ya si la misma curia hubiere recibido las tres onzas.

§ 3.—Y no nos detuvimos en esto, sino que mandamos que también las mujeres dieran cierta parte en su propia institución, á fin de que en ninguna ocasión se le disminuyese á la curia, (según antes hemos dicho), la cuarta parte de todos los bienes de un curial. Mas también abrogamos estas muchas y excesivas munificencias, no concediendo que uno se libre de la curia de otro modo, sino por la obtención de las dignidades máximas, del patriciado, ó del consulado ó de la prefectura, ya civil, ya militar; porque la ley reconoce que son prefecturas también las que desempeñan la jefatura del ejército. Y así, si hallándose constituído uno en funciones hubiere desempeñado la dignidad de la prefectura, ya ejerciéndola en la administración, ya desempeñando la jefatura del ejército, se libra él de la condición de curial conforme á nuestra ley, quedando abrogadas todas las demás excepciones. Porque las dignidades que se dan solamente por honor, (nos referimos á las prefectorias, y lo mismo es referirse también al maestrazgo militar), hemos dispuesto que no eximan del registro de la curia á los que las obtuvieron. Y así, en anteriores leyes fueron sancionadas por nosotros estas disposiciones con otras muchas, que será permitido conocer por las mismas leyes en otro tiempo dadas. Pero eximimos á algunos de la condición de la curia, concediéndoles á ellos las leyes diversas pragmáticas, todas las que queremos que sean válidas, y que la presente disposición comience á regir desde la undécima indicción próxima pasada, desde la que nos vino á la mente esta ley.

§ 4.—Pero como hemos visto que algunos son tan hostiles para su propia pátria, que prefieren dejar sus bienes á otros, y apenas la cuarta parte á la curia, hemos juzgado que por ello convenía también aumentar por medio de nuestra ley esta porción, cuando no hay hijos.

(3) *Bk.*: quacunque persona, *Cont.*
(4) *Bk.*; magistro militatus, *Cont.*

Cap. I

Si igitur post hanc nostram legem defunctus fuerit curialis filios non habens neque masculos neque feminas, iste propriae substantiae tres partes curiae (1) derelinquat, quartam vero quibus voluerit. Erit namque ei pro filio forsan uno vel pro pluribus (2) tota curia, id est (3) et totius civitatis plenitudo in filiorum modo exsistens, et fama bona perpetua, et immortalis memoria, et fructus tantus quantus nequaquam a filiis esset. Quodsi quis legitimos filios non habuerit, naturales autem ei fuerint, liceat cum onere curiae scribere sibi et hos (4) heredes, et scriptura pro omni datione sit, et non indigeat antiquarum legum (5) aliis adiectionibus, neque dum adhuc superstes est datione, sed mox scripti, si quidem liberi fuerint, curiales et heredes efficiantur, et habeant ipsi novem uncias substantiae, secundum quod pater eis diviserit. Quodsi omnia eis relinquere voluerit, adhuc melius faciet, verum tamen usque ad novem uncias modis omnibus eis relinquat, cognoscens, quia vel si reliquerit minus, a lege eis omnino usque ad novem uncias supplenda erit substantia; illi vero, si quidem desideraverint [substantiam accipere], et curiales efficiantur. Quodsi quidam voluerint, quidam autem recusaverint, ad eos, qui elegerint, recusantium veniant partes; quodsi omnes recusaverint, tunc, tanquam si nullus filius sit, taliter ad curiam veniant omnes novem unciae.

Capitulo I

Si, pues, después de esta ley nuestra hubiere fallecido un curial, que no tiene hijos, varones ni hembras, déjele él de sus propios bienes tres partes á la curia, y la cuarta á quienes quisiere. Porque él tendrá en lugar acaso de un solo hijo ó de muchos la curia, esto es, la totalidad de la ciudad, que será á modo de hijos, y buena fama perpétua, y perdurable memoria, y tantos frutos cuantos de ninguno modo percibiria de los hijos. Pero si alguno no tuviere hijos legítimos, pero los tuviere naturales, séale lícito instituir herederos también á éstos con el gravamen de la curia, y sirva la escritura por toda oblación, y no necesite las otras adiciones de las antiguas leyes, ni la oblación mientras él todavía sobrevive, sino inmediatamente después de instituídos, si ciertamente fueren libres, sean hechos curiales y herederos, y tengan ellos nueve dozavos de los bienes, en la forma que su padre se los hubiere dividido. Mas si hubiere querido dejárselos todos á ellos, aun lo hará mejor, pero en todo caso déjeles hasta nueve dozavos, teniendo entendido que si les hubiere dejado menos, se les completarán por la ley en todo caso los bienes hasta las nueve onzas; y ellos, si hubieren deseado adquirir los bienes, serán hechos curiales. Mas si unos lo quisieren, y otros lo rehusaren, las partes de los que lo rehusen irán á los que lo hubieren querido; pero si todos lo rehusaren, entonces vayan á la curia todas las nueve onzas, como si no hubiera ningún hijo.

Cap. II

Quodsi ille quidem tacuerit, filiorum autem legitimorum ei procreatio non fuerit, tunc quarta pars ad heredes, qui sine scriptura sunt, veniat, naturales autem filii, si voluerint se offerre curiae, recipiantur, secundum quod voluerint, sive omnes, sive quidam ex eis, modis omnibus novem unciis substantiae ad eum, qui curiae se dedit, devolutis.

§ 1.—Quodsi ex ancilla ei progeniti fuerint, deinde ipse eos manumiserit, aut dum superest, aut in testamento, et obtulerit eos, et isti suscipiantur et sint curiales, secundum quod testator voluerit, aut secundum quod desiderium eorum fecerit dantium se curiae, accepturi, secundum quod dictum est, novem uncias. Ubique enim volumus, sive testatus fuerit, sive intestatus decesserit, eos, qui ad curiam venerunt, novem uncias accipere. Quodsi manumiserit quidem tantummodo, non tamen obtulerit, illi autem etiam taliter voluerunt, aut unus aut quidam ex eis, ad curiam venire, et tunc novem unciae ei vel eis, qui in curia sunt, secundum virilem partem dentur. Quodsi nullus naturalium voluerit, aut datus non fuerit, tunc novem uncias curia percipiat.

Capitulo II

Mas si él ciertamente se hubiere callado, y no tuviere procreados hijos legítimos, en este caso vaya la cuarta parte á los herederos que lo son abintestato, pero si los hijos naturales hubieren querido ofrecerse á la curia, sean admitidos en ella, según hubieren querido, ya todos, ya algunos de ellos, devolviéndosele en todo caso los nueve dozavos de los bienes al que se consagró á la curia.

§ 1.—Mas si uno hubiere tenido hijos de una esclava, y después los hubiere manumitido, ó mientras vivía ó por testamento, y los hubiere ofrecido á la curia, sean también ellos admitidos, y sean curiales, según lo que el testador hubiere querido, ó según lo que hubiere hecho el deseo de los que se consagran á la curia, debiendo recibir, según se ha dicho, las nueve onzas. Porque en todo caso queremos, que, ya si hubiere testado, ya si hubiere fallecido intestado, reciban las nueve onzas. Mas si solamente los hubiere manumitido, pero no los hubiere ofrecido á la curia, y aun así quisieron ellos, ó uno solo ó algunos de ellos, ingresar en la curia, dénseles también en este caso en porciones viriles las nueve onzas á aquel ó á aquellos que están en la curia. Mas si ninguno de los hijos naturales quisiere, ó no hubiere sido ofrecido, en este caso perciba la curia las nueve onzas.

Cap. III

Quodsi legitimorum filiorum fuerit pater, tunc res decernenda est, utrum tantummodo masculi, aut tantummodo feminae, aut certe permixti sexus sint, quatenus lex undique perfectionem habeat et

Capitulo III

Pero si el padre lo fuere de hijos legítimos, entonces se ha de distinguir si son solamente varones, ó únicamente hembras, ó ciertamente de ambos sexos, á fin de que la ley tenga de todos modos

(1) *Bk. ed. estereotipada;* iste propriam substantiam curiae, *Cont.*
(2) *Bk.;* plurimis, *Cont.*

(3) *Se debe leer* idem est *ó* idem est dicere.
(4) *Bk. ed. estereotipada;* et, *antes de* hos, *omítela Cont.*
(5) *Bk.;* legum aut, *Cont.*

curiae utilitatem. Si ergo masculi ei tantummodo fuerint, filii vel forsan nepotes masculi ex praedefuncto filio, novem uncias in omnes filios sicut voluerit dividat, sic tamen, ut in nulla deminuatur lex, quae de inofficiosis legitur testamentis, nisi forte ingratitudinis modus hoc fecerit. Neque enim quae in his positae sunt leges omnino destruimus, illo omnimodo custodito, ut novem unciae inter non ingratos filios dividantur, et secundum hoc unusquisque subeat curiae paternae functionem, secundum quod eis pater diviserit substantiam, tribus unciis tantummodo paternae derelictis voluntati, ubi eas pervenire voluerit sive ad filios sive ad alium (1).

perfección y utilidad para la curia. Si, pues, los tuviere solamente varones, hijos ó acaso nietos varones nacido de un hijo premuerto, divida las nueve onzas entre todos los hijos, según quisiere, pero de suerte que en nada se menoscabe la ley que se halla establecida sobre los testamentos inoficiosos, á no ser quizá que esto lo hiciere una de las formas de la ingratitud. Porque de ningún modo invalidamos las leyes que sobre estas cosas se hallan establecidas, guardándose en todo caso esto, que las nueve onzas sean divididas entre los hijos no ingratos, y que cada uno soporte la carga curial de su padre, con arreglo á los bienes que el padre les hubiere repartido, dejándose solamente tres onzas á la voluntad paterna, para que vayan á quienes él quisiere, ya á sus hijos, ya á otro.

Cap. IV

Quodsi omnes feminae nuptae fuerint, si quidem eiusdem civitatis curialibus nuptae fuerint, licentia erit patri, si quidem nuptae fuerint, sicut dictum est, curialibus, dividere inter eas omnem substantiam, aut certe novem uncias, secundum quem modum (2) voluerit, respiciens et hic legem, quae de successionibus sine scriptura disposuit. Quodsi quaedam ex eis nuptae sunt curialibus, quaedam vero non his talibus, novem quidem (3) unciae omnimodo relinquantur a patre curialium uxoribus, divisae et hic secundum quod pater voluerit; residuum autem his, quae non curialibus propriae patriae nuptae sunt, vel certe aliis, proculdubio legitima portione et eis omnino reservata (4). Quodsi necdum nuptae sint, tunc sub tali definitione scribendum est de his (5) aut quandam aut quasdam ex eis in novem uncias esse heredes, quatenus omnimodo nubant eiusdem civitatis curialibus. Quodsi hoc noluerit (6), aut ipse quidem scripserit, illae vero non pertulerint, novem unciae quidem ad curiam civitatis veniant, tres autem unciae tantummodo inter omnes secundum quem (7) lex vult dividentur (8) modum, deductis in rationem etiam dotibus earum.

Capítulo IV

Pero si todas las hembras estuvieren casadas, y se hubieren casado con curiales de la misma ciudad, tendrá facultad el padre, si ciertamente se hubieren casado, según se ha dicho, con curiales, para dividir entre ellas todos los bienes, ó ciertamente las nueve onzas, en el modo que hubiere querido, atendiendo también en este caso á la ley que dispuso sobre las sucesiones abintestato. Mas si algunas de ellas se casaron con curiales, y otras no con ellos, déjenseles ciertamente en todo caso por el padre las nueve onzas á las mujeres de curiales, divididas también en este caso conforme el padre hubiere querido; y lo restante, á las que no se casaron con curiales de su propia pátria, ó también á las otras, reservándoseles también á ellas sin duda alguna en todo caso la porción legítima. Mas si todavía no se hubieran casado, en este caso se ha de disponer respecto á ellas con la condición de que alguna ó algunas de ellas sean herederas de las nueve onzas, á fin de que en todo caso se casen con curiales de la misma ciudad. Pero si él no hubiere querido esto, ó si ciertamente lo hubiere dispuesto, pero ellas no lo toleraren, vayan las nueve onzas á la curia de la ciudad, y se dividirán solamente tres onzas entre todas, en la forma que quiere la ley, puestas también en cuenta las dotes de ellas.

Cap. V

Quodsi masculi et feminae fuerint, masculi quidem omnimodo substantiae mediam habeant portionem, feminae vero residuam mediam, non integram quidem (9). Dabunt namque ipsae quartam partem curialibus fratribus, si tamen non fuerint curialium uxores omnes aut quaedam ex eis; quodsi enim (10) ad tales pervenerint nuptias, et curialibus propriae patriae fuerint sociatae, tunc liberabuntur a quarta parte curiae danda (11), utpote quae videantur et ipsae per viros suos, donec supersunt, esse participes functionum. Haec nos sancire oportere existimavimus, non quo auferamus hominibus propriarum rerum dispensationem (12), sed ut civitatum non integre desolatae curiae remanerent, neque adinventionibus quibusdam forsan et impiis deminuerentur curiae. Deni-

Capítulo V

Pero si hubiere varones y hembras, tengan ciertamente en todo caso los varones la mitad de los bienes, y las hembras la otra mitad, no ciertamente íntegra. Porque ellas darán la cuarta parte á sus hermanos curiales, si es que todas ó algunas de ellas no fueren mujeres de curiales; porque si hubieren contraído tales nupcias, y se hubieren unido á curiales de su propia pátria, en este caso se librarán de la cuarta parte que se ha de dar á la curia, puesto que se considera que por sus maridos, mientras viven, son también ellas mismas partícipes de las cargas. Hemos estimado que debíamos sancionar esto, no porque les quitemos á los hombres la distribución de sus propios bienes, sino para que no quedasen del todo desamparadas las curias de las ciudades, y para que no se disminuyeran las cu-

(1) *Sp.*; sive ad filios sive ad alium, *omitelas Cont.*
(2) *Bk.*; secundum quomodo, *Cont. No sabemos si se haya de conservar* quomodo *suprimiendose* secundum.
(3) *Bk.*; non his, talibus quidem, *Cont.*
(4) *Bk.*; reservatis. *Cont.*
(5) est eas, *Bk. ed. estereotipada.*
(6) *Bk. ed. estereotipada*; noluerint, *el cód.*

(7) *Bk.*; quod. *Cont.*
(8) *Bk.*; dividentur in modum, *Cont.*
(9) integram tamen, *Bk. ed. estereotipada.*
(10) *Bk. ed. estereotipada*; enim, *omitela Cont.*
(11) curiae danda, *las suprimió Bk. en la ed. estereotipada.*
(12) *Acaso el antiguo traductor latino escribió* dispositionem.

que cognovimus, quosdam interdictas lege contrahere nuptias, ut ex hoc non legitimi, sed naturales filii procreentur, et ipsis revera utpote extraneis relinquere, et sic fraudare (1) curiam debita facultate.

rias acaso con algunas impías invenciones. Y finalmente hemos sabido, que algunos contraen nupcias prohibidas por la ley, para no procrear por ello hijos legítimos, sino naturales, y en realidad para dejarles á los mismos, como si fueran extraños, los bienes, y defraudar de este modo á la curia en los bienes que le son debidos.

Cap. VI

Sed et illud etiam ex ipso reperimus experimento, quod adversus curiam sint multi, quasi dicentes, aut sacri aerarii, aut vicaneae, aut purpurariae, aut alterius cuiuscunque conditionis esse alterum parentum curialis, et tentant adiudicare se ipsos vel sacri aerarii, vel vicaneae, vel purpurariae, aut aliis quibuscunque conditionibus, et curiam evitare. Sancimus itaque, nullam esse talem artem adversus publicum, sed omnino, sive ex sacri aerarii matre, sive ex purpuraria, sive ex vicanea nati fuerint filii curiali, curialem conditionem obtinere volumus. Curiales enim pauciores sunt ubique locorum nostrae reipublicae, sacri vero aerarii, et vicanei, et purpurarii in multitudinem effusi constituti sunt, et congruens est magis amplificare curias civitatum in paucis corporibus angustatas, quam multitudinem multitudini adiicere. Quodsi quidam nomine propriae matris, tanquam sacri aerarii, vel purpurariae, aut vicaneae conditionis sit, se subtrahere a curiae conditione tentaverunt vel tentaverint, a nuper praeterita decima indictione et ipsa ea (2), quae secundum hunc acta sint modum sive a nostra aula, sive aliunde, vacua et invalida sint, et hos tales curiales de caetero esse sancimus. Nam si quid actum est ante decimam indictionem, hoc firmum et in sua fortitudine permanere volumus. Excipimus (3) autem ab hac nostra divina constitutione Theodosium et eius fratres, et filios Ioannis, qui cognomen habuit Xescon, qui in sacri aerarii conditionem se perscripserunt (4), licet de curialibus essent patribus, ante decimam indictionem, et omne, quidquid actum est in eorum liberatione, destruimus. Nihil enim eorum, quae licuerunt (5), frui volumus, sed curiales esse, et quae curialium sunt agere, et ad functiones curiales respicere, nihil, sicut praelocuti sumus, eis prodesse possibile, etsi quid elicitum est eis sive ex nostro palatio sive aliunde.

Capítulo VI

Pero también hemos hallado por experiencia, que muchos obran contra la curia, como diciendo que uno de los padres del curial es de la condición de los afectos al sacro erario, ó de la de aldeanos, ó de la de trabajadores en la púrpura, ó de otra cualquiera, é intentan agregarse ellos mismos á la condición de los afectos al sacro erario, ó á la de aldeanos, ó á la de trabajadores en la púrpura, ó á otras cualesquiera, y eximirse de la curia. Así, pues, mandamos que sea nulo tal artificio contra la cosa pública, sino que queremos que en todo caso tengan la condición curial, ya si el curial hubiere tenido los hijos de madre afecta al sacro erario, ó de condición de los trabajadores en la púrpura, ó aldeana. Porque son pocos los curiales en todas las localidades de nuestra república, y han llegado á constituir multitud los de condición de los afectos al erario, los aldeanos, y los trabajadores en la púrpura, y es consiguiente ensanchar las curias de las ciudades, reducidas á pocos indivíduos, más bien que agregar muchedumbre á muchedumbre. Pero si á nombre de su propia madre, como si fuera de la condición de los afectos al sacro erario, ó de la de los trabajadores en la púrpura, ó aldeana, intentaron ó intentaren algunos substraerse á la condición de curial, quede nulo é invalidado lo que de este modo se hubiere hecho desde la próxima pasada décima indicción por nuestra corte, ó en otra cualquier parte, y mandamos que éstos tales sean curiales en lo sucesivo. Porque si se hizo alguna cosa antes de la décima indicción, queremos que esto permanezca firme y en su vigor. Exceptuamos, sin embargo, de esta nuestra divina constitución á Teodosio y á sus hermanos, y á los hijos de Juan, que tuvo el sobrenombre de Xescón, los cuales se adscribieron á la condición de los afectos al sacro erario, aunque eran de padres curiales, antes de la décima indicción, é invalidamos todo lo que se ha hecho para librarlos. Porque no queremos que disfruten de nada de lo que adquirieron, sino que sean curiales, y que hagan las cosas que son de curiales, y atiendan á las funciones curiales, no siendo posible que nada les aproveche, según antes hemos dicho, aunque alguna cosa haya sido obtenida para ellos ó de nuestro palacio ó de otra parte.

Epilogus

Quae igitur visa sunt nobis et ad utilitatem civitatum et curiarum complacuerunt, et quae per hanc indicantur legem, tua excellentia et custodire et operi tradere festinet; imminente poena XX. librarum auri adversus eum, qui hanc legem nostram praevaricari praesumserit.

Datum XV. Kal. Mart. Constantinop. indictione undecima, post consulatum Belisarii V. C. (6) [436.]

Epílogo

Por tanto, apresúrese tu excelencia á guardar y á llevar á efecto lo que nos ha parecido bien y es conveniente á la utilidad de las ciudades y de las curias, y se indica por esta ley; amenazando la pena de veinte libras de oro al que se hubiere atrevido á violar esta ley nuestra.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Marzo, undécima indicción, después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [436.]

---

(1) defraudare, *Sp.*, *y Bk.*
(2) *Bk. ed. estereotipada;* et ipsa et ea, *Cont.*
(3) *Sp.;* excepimus, *Cont.*
(4) *Bk. ed. estereotipada;* qui in sacri aerarii conditione permanserunt, *Cont.*

(5) *Parece que se debe leer* habuerunt *(Bk. ed. estereotipada)* ó tenuerunt.
(6) *Bk.;* post consulatum Basilii anno septimo, *en lugar de* post consulatum Belisarii V. C., *Cont.*

CONST. XLI (1)

DE RESTITUTIONIBUS, ET EA, QUAE PARIT IN (2) UNDECIMO MENSE POST MORTEM VIRI
(Coll. IV. tit. 6.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* IOANNI, *gloriosissimo sacrorum per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Decursio et varietas humanae naturae et (3) paulatim egens curatione non aliter ad bene se habendum revocatur (licet prima eius gubernentur principia), nisi etiam quod particulariter ei resistit corrigatur, sicque constituatur sub tranquillitate et quiete, ut legi conveniens est. Quale scilicet quiddam etiam nunc emergens ad legis nos opus adduxit. Scimus enim, quod etiam dudum de restitutionibus dubitabatur; et si contigisset quasdam hypothecas obligari eius, qui restitutione gravabatur, plurimae contentionis erat negotium, sive oporteret etiam res, quae restitui iussae fuerant, periculum pati, sive solas eius, qui gravabatur restitutione; et multa quaedam erat etiam circa ipsam verborum differentiam quaestio, utrum defunctus praecepisset res, quae remanerent (4) post mortem eius, qui gravabatur restitutione, oportere restitui, an absolute restitui quod relictum erat post detentionem legitimae partis iuberet? Et introducebantur etiam fideicommissi persecutiones, et ex inopia in rem missiones, et plurimi illi (5) et varii et insolubiles paene praedictae in rem missionis circuli. Sed tanquam nos dudum hoc sanantes legem scripsimus, modis omnibus prohibentes restitutione gravatas res aut alienari aut obligari, sed cum propria ambulare fortuna, et apud quemcunque fuerint, non manere firme, sed reverti ad illum, cui dari iussae fuerunt. Et facta lex iam quodammodo longaeva est, et in iudicio approbata frequentatur, sed futurum erat, quod praediximus, ut (quod ferre omnia consuevit) tempus ostenderet indigere quadam exceptione necessaria legem. Adierunt enim nos viri et mulieres ex his laesi. Moriente namque viro uxor quidem et dotem exigebat, et donationis ante nuptias factae partem seu propter nuptias, quam viri mors ei dabat, defuncti vero frater aliunde vindicabat res, et patris proferebat voluntatem, et trahebat mulieris res, dicens, fratrem quidem suum eas expendisse, se vero apud mulierem videre paternas res, quas pater non exsistentibus filiis restitui praeceperat ei, et recipere ex omnibus eas instabat, neque cessabat, donec satisfactio legi nostrae per omnia proveniret. Sed ingemiscebat iuste mulier, et dicebat, iniustum esse quasi per deceptionem dominum quidem virum fieri dotis totius, et si praemori mulierem contigisset, lucrum habere secundum pactum, quia vero vir mortuus esset (6) se ignorante restitutionem, amissionis periculum sustinere. Sed huic quidem data est negotio forma, quam bene se habere putavimus. Rursus autem alter supplex apparuit, dicens, uxoris patrem substantiam eius substituisse aliis suis filiis, parvamque partem solam apud eam iussisse manere, et magnum sibi-

CONSTITUCION XLI

DE LAS RESTITUCIONES, Y DE LA QUE PARE EN EL UNDÉCIMO MES DESPUÉS DE LA MUERTE DE SU MARIDO
(Colección VI. título 6.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *segunda vez gloriosisimo Prefecto del sacro Pretorio de Oriente, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Necesitando poco á poco de curación el curso y la variedad de la naturaleza humana, no será puesta en estado de hallarse bien, (aunque se gobiernen sus primeros principios), de otra suerte, sino si se corrige también lo que particularmente se le opone, y es de este modo constituída en tranquilidad y sosiego, como le es conveniente á la ley. Alguna cosa tal, que, á la verdad, surge ahora, nos ha llevado á la necesidad de esta ley. Porque sabemos, que aun hace poco se dudaba sobre las restituciones; y si acontecía que se obligaban algunas hipotecas del que estaba gravado con la restitución, era negocio de muchísima contienda, si debían soportar la responsabilidad también las cosas que se había mandado que fuesen restituídas, ó solamente las del que estaba gravado con la restitución; y era grande también cierta cuestión respecto á la misma diferencia de las palabras, sobre si el difunto habría mandado que se deban restituir las cosas, que quedasen después de la muerte del que era gravado con la restitución, ó si absolutamente habría dispuesto que se restituyera lo que se había dejado, después de retener la porción legítima. Y se agregaban también las persecuciones de un fideicomiso, los actos de poner en posesión de una cosa por pobreza, y los muchos y diversos y casi insolubles círculos del susodicho acto de poner en posesión de la cosa. Pero poniendo hace poco nosotros remedio á esto escribimos una ley, prohibiendo de todos modos que las cosas gravadas de restitución fuesen ó enajenadas ú obligadas, sino que anduvieran con su propia condición, y no quedaran en firme en poder de quien estuvieren, sino que fueran á aquel á quien se dispuso que le fuesen dadas. Y la ley hecha es ya en cierto modo antigua, y aplicada frecuentemente en juicio, pero había de suceder, según antes hemos dicho, que el tiempo (que acostumbró á producirlo todo) demostrase que la ley necesitaba alguna excepción precisa. Pues recurrieron á nosotros hombres y mujeres lesionados por estas cosas. Porque al morir el marido, la mujer exigía ciertamente la dote y la parte de la donación hecha antes de las nupcias ó por causa de las nupcias, que la muerte de su marido le daba, pero por otra parte el marido del difunto reivindicaba los bienes, y exhibía la voluntad del padre, y le quitaba los bienes á la mujer, diciendo que su hermano los había ciertamente consumido, y que él veia en poder de la mujer los bienes paternos, que el padre había mandado que no existiendo hijos se le restituyeran á él, é instaba recuperarlos de todos modos, y no cesaba hasta que en todo se hubiese dado satisfacción á nuestra ley. Pero con razón se lamentaba la mujer, y decía, que era injusto que su marido se

(1) *El texto griego se halla en Hal. y Scrimg.—Bas. XXVIII. 15. 1. Schol. a-c.—Hay un epitome de esta Novela en Psell.—Iulian. Const. 37.—La versión latina es la antigua de la glosa.*
(2) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* in, *omitela Cont.*

(3) *El cód. Hamb., Trid., y Port.:* et, *omitela Cont.*
(4) *El cód. Hamb.;* manarent, *las ed.*
(5) *El cód. Hamb.;* alii, *las ed.*
(6) *Bk. ed. estereotipada;* est, *el cod. Hamb., y las ed.*

met imminere periculum, si suae quidem substantiae periculum pateretur et circa dotis restitutionem, et circa totum ex dotalibus instrumentis super antenuptiali donatione pactum, sibi vero nihil liceret promereri horum propter sublationem et restitutionem. Haec nos merito commoverunt, et (1) melius arbitrati sumus nostra a corrigere legem, quam subiectos despicere periculum sustinentes, maxime in nuptiis, quarum nihil est hominibus utilius, tanquam solis facere homines valentibus.

hiciera como por fraude ciertamente dueño de toda la dote, y que, si hubiese acontecido que premuriese la mujer, tuviera el lucro según lo pactado, pero que, habiendo muerto el marido ignorando ella la restitución, soportase ella el quebranto de la pérdida. Pero á este negocio se le dió ciertamente una forma, que juzgamos que era conveniente. Mas á su vez se nos presentó otro suplicando, y diciendo, que el padre de su mujer substituyó en sus bienes á sus otros hijos, y dispuso que quedase en poder de ella solamente una pequeña parte, y que á él le amenazaba un grande quebranto, si soportase el riesgo ciertamente de sus propios bienes tanto respecto à la restitución de la dote, como en cuanto á todo lo pactado en virtud de los instrumentos dotales sobre la donación ante nupcial, pero sin que á él le fuera lícito obtener nada por causa de la privación y de la restitución de ellos. Con razón nos conmovieron estas cosas, y juzgamos que era mejor corregir nuestra ley, que desatender á los súbditos que corrían peligro, mayormente tratándose de las nupcias, y no habiendo para los hombres nada más útil que ellas, puesto que solo ellas pueden crear á los hombres.

Cap. I

Quam ob rem praesentem ponimus legem, omnia quidem alia prioris a nobis positae constitutionis rata manere volentes, hoc vero innovantes solummodo, ut, si quis de caetero restitutionem fecerit suarum rerum, primum quidem servet filio legitimum partem, non quartam (hoc enim emendavimus, inopiam eius plurimam reprehendentes), sed tertiam modis omnibus aut mediam secundum filiorum numerum, deinde ex reliqua substantiae parte, si non suffecerit (2) legitima pars ad dotis aut antenuptialis donationis oblationem, honeste et secundum personarum qualitatem et merita excipere etiam hoc a restitutione (3), secundum quod adiectum legitimae parti dotem aut antenuptialem facit donationem. Sancimus enim, secundum hunc modum excipi modis omnibus ad restitutionem nuptialia documenta, et super his factas alienationes aut hypothecas, et vel si gravata sit persona aut viri aut mulieris restitutione tali, liceat etiam ei (4) nuncupatam antenuptialem seu propter nuptias donationem offerre, nihil quantum in illis rebus restitutione valente, et si mulier restitutione gravetur, non impedimentum ad dotis oblationem fieri. Ea enim, quae communiter omnibus prosunt, iis quae specialiter quibusdam utilia sunt, praeponimus; sitque hoc nuptialibus donationibus et harum exactionibus privilegium. Si enim et ante nos ex generalibus hypothecis plurima per praesumtionem exceperunt, quum utique non ita nobis necessaria consistant, quomodo non nos ex maiore et meliore sententia nuptialium lucrorum exceptionem faciemus?

§ 1.—Haec igitur omnia futuro conferimus tempori, et postea faciendis restitutionibus secundum hanc legem (5). Non enim illam (6) concedimus fieri laesionem, ut, si qua mulier parvam habens

Capítulo I

Por lo cual establecemos la presente ley, queriendo que subsistan ciertamente todas las demás disposiciones de la anterior constitución promulgada por nosotros, pero innovando solamente esto, que, si en lo sucesivo dispusiere alguien la restitución de sus propios bienes, se reserve, á la verdad, primeramente al hijo su parte legítima, no la cuarta, (porque esto lo hemos enmendado, corrigiendo su mucha exigüidad), sino en todos casos la tercera ó la mitad, según el número de hijos, y después, de la restante parte de los bienes, si no bastare la parte legítima para la oblación de la dote ó de la donación antenupcial, exceptúe de la restitución también esto decorosamente y según la calidad y los méritos de las personas, en cuanto agregado á la porción legítima constituye la dote ó la donación antenupcial. Porque mandamos en esta forma que queden de todos modos exceptuados de la restitución los documentos nupciales, y las enajenaciones ó hipotecas hechas sobre ellos, y aunque haya sido gravada con tal restitución la persona del marido ó la de la mujer, séale también lícito ofrecer la llamada donación antenupcial ó por causa de las nupcias, no teniendo valor alguno en cuanto á estos bienes la restitución, y si la mujer fuese gravada con la restitución, no le sirva de impedimento para la dación de la dote. Porque las cosas que son provechosas para todos en general las anteponemos á las que especialmente son útiles para algunos; y tengan este privilegio las donaciones nupciales y las exacciones de las mismas. Porque si también antes de nosotros se exceptuaron de las hipotecas generales muchas cosas por presunción, no siendo ciertamente tan necesarias para nosotros, ¿por qué no haremos nosotros con mayor y mejor razón excepción de los lucros nupciales?

§ 1.—Así, pues, aplicamos todas estas disposiciones al tiempo futuro, y á las restituciones que después se hayan de hacer con arreglo á esta ley. Porque no permitimos que se cause aquella lesión, en

(1) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* et in, *Cont.*
(2) sufficeret, *el cód. Hamb., y Trid.*
(3) *Bk. ed. estereotipada;* ad restitutionem, *el cód. Hamb., y las ed.*
(4) *El cód. Hamb.;* ei etiam, *Port., y Cont.*

(5) *El cód. Hamb.;* etiam postea faciendis restitutionibus secundum hanc legem., *Trid., y Port.;* et faciendis restitutionibus post hanc legem., *Cont.*
(6) ullam, *el cód. Hamb., y Trid.;* illarum, *Port.*

dotem, deinde legem cognoscens nostram, aut si quis vir mediocrem fecerit antenuptialem donationem, ad circumventionem legis velit augmentum aut dotis aut antenuptialis donationis facere, et hoc trahere ad insidias restitutionum; et (1) hanc enim perimimus circumventionem, nullam utilitatem habere concedentes facientibus augmentum, quantum ad restitutionis laesionem, puram futuro tempori nostram servantes legem. Unum quidem (2) hoc capitulum est praesentis legis.

Cap. II

Secundum vero illud de mulieribus, quae post priores nuptias ad secundum venerunt matrimonium, antequam annus expleretur, quem lugubrem leges appellant, quas puniebant constitutiones tres ante nos imperantium, et nos nuper (3), de his scribentes legem cum quibusdam correctionibus, etiam super his sancita in brevi quadam parte nostrae legislationis tetigimus. Sed impudentissimum quoddam nunc accessit, quod in nostris provenire temporibus nolebamus, quamobrem nobis recte placuit emendatione dignum existere (4). Mulier enim ad virum veniens hunc extulit, ut apparet, etiam superstite eo non caste vivere cogitans; nondum enim completo anno, undecimo mense perfecto, peperit, ut non esset possibile dicere, quia de defuncto fuisset partus; neque enim in tantum tempus conceptionis extensum est. Et quoniam etiam haec una est poenarum earum, quae acerbas nuptias faciunt, ut uxor mox cadat antenuptiali donatione a viro data, et repente eam amittat, et neque usum habeat, recte filii, sic mirabili matris partu iniuriati, antenuptialem patris poscebant accipere donationem, et non lucrari valere mulierem per virum, quem sic velociter deshonestavit. At illa (sed (5) quomodo dicamus verba illius, erubescimus) non dignam se dicebat esse, ut caderet, quia legem nosset (6) de legitimis loquentem nuptiis, sibi vero nuptias non fuisse (7), nisi primas, porro partum hunc esse opus naturalis concupiscentiae. Sed quia haec etiam decies millies aliis subiacet (8) castigationibus committendo stuprum indubitatum est, et poenis illis eam non privabimus, interim tamen (parcimus enim defuncti filiis) inferimus ei (9) antenuptialis donationis amissionem et in hoc casu, quam constituit lex super eis, quae ad legitimas accedunt nuptias intra lugubre tempus. Si enim illas lex inultas non reliquit, licet legitimas nuptias celebrantes, eo quod forte suspicio fuerit, ne qua praeexstiterit suspicionis malignae causa ad secundum maritum, eo quod velociter ad nuptias festinavit, quomodo non hic, ubi causa non per suspicionem est solam, sed hoc ipso increpatio manifesta et indubitata praebita est delicto, omnium impiissimus iste partus, noxiam (10) eam relinquemus?

§ 1.—Unde sancimus, si quid tale contigerit, et

(1) *El cód. Hamb., y Trid.;* et, *omítenla Port., y Cont.*
(2) *Bk.;* siquidem, *el cód. Hamb., y las ed.*
(3) *El cód. Hamb., y Cont.;* insuper, *Trid., y Port.*
(4) *Bk. ed. estereotipada;* existimare, *el cód. Hamb., y las ed.*
(5) dehonestavit illa. Sed, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(6) *El cód. Hamb., y Trid.;* noscere, *Port.;* nosceret, *Cont.*

virtud de la que, si teniendo alguna mujer una pequeña dote y conociendo después nuestra ley, ó si habiendo hecho algún marido una modesta donación antenupcial, quisiera aumentar en fraude de la ley la dote ó la donación antenupcial, lleva este propósito á las insidias de las restituciones; porque extirpamos también este fraude, no permitiéndoles á los que hacen el aumento que tengan ninguna utilidad, conservando pura nuestra ley en el tiempo futuro en cuanto á la lesión de la restitución. Y sea éste ciertamente uno de los capítulos de la presente ley.

Capítulo II

El segundo se refiere á las mujeres que después de las primeras nupcias pasaron á segundo matrimonio antes que se cumpliera el año, que las leyes llaman de luto, á las cuales castigaban tres constituciones de Emperadores anteriores á nosotros, y nosotros hace poco, escribiendo una ley con algunas correcciones sobre estas cosas, tocamos también en alguna pequeña parte de nuestra legislación á lo sancionado sobre esto. Pero ha acontecido ahora algo muy desvergonzado, que no queríamos tuviera lugar en nuestros tiempos, por lo que con razón nos ha parecido que era digno de enmienda. Porque una mujer que se había casado perdió su marido, habiéndose propuesto, según parece, no vivir castamente aun en vida de él; pues no cumplido el año parió transcurrido el undécimo mes, de suerte que no era posible decir que el parto fuese del difunto; porque el tiempo de la concepción no se extiende á tanto. Y como es también una de las penas de las que contraen nupcias intempestivas, que la mujer decaiga inmediatamente de la donación antenupcial dada por el marido, y la pierda desde luego, y no tenga ni el usufructo, con razón los hijos, injuriados con tan sorprendente parto de su madre, pretendían recobrar la donación antenupcial del padre, y que la mujer no pudiera obtener lucro por medio de su marido, á quien tan precipitadamente deshonró. Mas ella, (nos avergüenza cómo podamos decir sus palabras), decía que no era merecedora de perder, porque conocía la ley que hablaba de las legítimas nupcias, y no había contraído otras nupcias, sino las primeras, y que aquel parto era ciertamente la obra de la natural concupiscencia. Mas como es indudable que ésta por haber cometido estupro está sujeta también á otros diez mil castigos, no la eximimos de aquellas penas, pero por lo pronto (porque guardamos consideración á los hijos del difunto) le imponemos también en este caso la pérdida de la donación antenupcial, que estableció la ley para las que pasan á legítimas nupcias dentro del tiempo del luto. Porque si la ley no dejó sin castigo á aquéllas, aunque celebraban legítimas nupcias, porque acaso había sospecha de que hubiere preexistido causa de maligna sospecha contra el segundo marido por haberse apresurado con rapidez á las nupcias, ¿cómo en este caso, en que existe causa no por sola sospecha, sino en el que se dió de este mismo delito acusación manifiesta é indudable, cual es este parto, el más impío de todos, la dejaremos sin castigo?

§ 1.—Por lo cual mandamos, que si aconteciere

(7) *El cód. Hamb.;* non fuisse nuptias, *las ed.*
(8) *El cód. Hamb.;* subiaceret, *Trid., y Port.;* subiacere, *Cont.*
(9) interim enim parcimus defuncti filiis, inferimus autem ei, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(10) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* innoxiam, *Cont.*

ante luctus tempus pepererit mulier circa terminum anni, ut indubitatum sit, sobolem non ex priore consistere matrimonio, modis omnibus eam privari antenuptiali donatione et secundum proprietatem, et secundum usum, subdendam quoque aliis omnibus poenis, ac si secundas eam contigisset ante luctus tempus legitimas celebrasse nuptias. Non enim aliquid amplius habebit castitate luxuria, sed subiiciatur quidem et ipsa poenis, periculumque sustineat etiam circa spem scripturae propter stuprum, ut neque nuptias acerbas (1) desideret, neque legitimas nuptias maiore malo circumveniat.

alguna tal cosa, y la mujer pariere antes de transcurrido el tiempo del luto cerca del término del año, de suerte que sea indudable que la prole no es del primer matrimonio, sea ella de todos modos privada de la donación antenupcial, tanto en cuanto á la propiedad, como en cuanto al usufructo, debiendo ser además sometida á todas las otras penas, como si hubiese acontecido que ella contrajo legitimas nupcias dentro del tiempo del luto. Porque no tendrá la lujuria alguna cosa más que la castidad, sino que ciertamente será también ella misma sometida á las penas, y sufrirá por causa del estupro quebranto también en cuanto á la esperanza de la escritura, á fin de que ni desee nupcias intempestivas, ni mancille con un mal mayor las nupcias legitimas.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo cognoscens solenniter per programmata propria manifesta faciat universis. (Lex scripta est Ioanni, gloriosissimo sacrorum per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio) (2).

Dat. XV. Kal. Mai. Constantinop. post. cons. BELISARII V. C. [536.]

Epílogo

Por tanto, al conocer tu excelsitud lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta sacra ley, hágalo manifiesto á todos en la forma acostumba por medio de sus propios edictos. (Esta ley fué escrita á Juan, segunda vez gloriosísimo Prefecto del sacro Pretorio de Oriente, Exconsul y Patricio).

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Mayo, después del consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [536.]

CONST. XLII (3)

UT ECCLESIA SANCTAE RESURRECTIONIS POSSIT ALIENARE HABITACULA IN SUA POSITA CIVITATE (4)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* PETRO, *sanctissimo et beatissimo Archiepiscopo Hierosolymorum.*

Praefatio

Iam quidem de prohibitione ecclesiasticarum alienationum lege communi declaratum est a nobis, quam (5) etiam valere et ratam in omnibus esse volumus. Quia vero utilitati totius ecclesiae prospicere competit, praecipue autem sanctae resurrectionis et loci, in quo (6) mundi creator dignatus est in humana constitui generatione, propterea credidimus praesentem scribere legem, non pro mutatione (7) horum, quae iam a nobis sancita sunt, sed ad quandam competentem et necessariam rebus utilitatem. Omnibus enim est hominibus manifestum, sanctissimam resurrectionem ex omni orbe terrarum ibi confluentes, quorum multitudo inexpertum est dicere (8), et suscipere et alere, et facere expensas immensas et citra omnem spem, congregatis ibi sufficientes ad (9) miraculum sancti dei et salvatoris nostri Iesu Christi, qui multitudinem innumerabilem ex paucis satiavit panibus quotidie suscipientem. Unde et quaestibus eget pluribus, et occasionibus piis, per quas sit possibilis multitudini auxiliari tantae.

§ 1.—Cognovimus igitur, quia ipse (10) sanctus Eusebius, deo amabilis presbyter et vasorum praepositus huius regiae civitatis sanctissimae ecclesiae, adveniens in praedictam Hierosolymorum urbem (11), et honestum suum et (12) amabilem etiam

CONSTITUCION XLII

DE QUE LA IGLESIA DE LA SANTA RESURRECCIÓN PUEDA ENAJENAR LOS EDIFICIOS SITOS EN SU CIUDAD

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* PEDRO, *santisimo y beatisimo Arzobispo de Jerusalém.*

Prefacio

Ya ciertamente se hizo por nosotros respecto á la prohibición de enajenaciones eclesiásticas declaración en una ley general, que queremos que también tenga validez y sea firme en todos los casos. Mas como es conveniente atender á la utilidad de toda la iglesia, y principalmente á la de la santa resurrección y á la del lugar en que el creador del mundo se dignó revestirse de naturaleza humana, hemos creido por ello escribir la presente ley, no para cambiar lo que ya fué sancionado por nosotros, sino para cierta conveniente y necesaria utilidad de las cosas. Porque es manifiesto á todos los hombres, que la iglesia de la santísima resurrección acoge y alimenta á los que afluyen á ella de todo el orbe de la tierra, cuya muchedumbre no es fácil decir, y que acogiéndola diariamente hace gastos inmensos y del todo inesperados, para los congregados allí suficientes por milagro de Jesucristo, Dios santo y salvador nuestro, que con pocos panes satisfizo á una innumerable multitud. Por lo cual necesita muchas rentas y causas pías, con las que sea posible auxiliar á tanta muchedumbre.

§ 1.—Así, pues, hemos sabido, que el mismo santo Eusebio, presbístero amante de Dios, y encargado de los vasos de la santísima iglesia de esta real ciudad, al llegar á la susodicha ciudad de Jerusalém, y mostrando aun ahora sus maneras honestas y

(1) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* intempestivas, *Cont.*
(2) *Estas palabras* Lex scripta—Patricio, *que están entre paréntesis, no se hallan en el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(3) *El texto griego de esta Novela falta en Hal., pero se halla en Scrimg.—Hay un epitome en Coll. const. eccl. III. 2. 7.—Julián Const. 11.—Bk. restableció una antigua versión latina tomándola del cód. Vindob.*
(4) *Bk.;* sita, *adiciona el cód.*

(5) *Bk.;* quoniam, *el cód., como otras muchas veces.*
(6) locum, quo, *el cód.;* loco, quo, *Bk.*
(7) *Bk.;* mutationum, *el cód.*
(8) inoperiore, *el cód.;* inexperta est [dicere], *Bk.*
(9) *Bk.;* et, *el cód.*
(10) *Acaso se debe leer* hoc tempore.
(11) *El cód.;* praedicta Hierosolymorum urbe, *Bk.*
(12) *Bk.;* et, *omítela el cód.*

nunc ostendens modum, per quem plurimis et magnis ac iustis crementis (1) sanctae ecclesiae augere reditus valuit, trecentis et octoginta auri libris emit reditus triginta, paulo plus vel (2) minus, auri librarum, alias quidem pecunias congregans pie, alias (3) autem etiam mutuari procurans deo amabilibus oeconomis memoratae sanctae resurrectionis, docuitque nos, quia creditores quae sua sunt recipere quaerunt, et quia alium invenit inopinabilem quaestum. Plurimi enim confluentium et advenientium ad memoratam Hierosolymorum civitatem desiderio dicatorum deo locorum cupiunt comparare (4) habitacula ecclesiastica auro multo, quatenus eis liceat per (5) memoratum locum frui habitatione, non (6) autem haec posse agere praepositos sanctae resurrectionis timore legis (7), quae a nobis super ecclesiasticis alienationibus posita est, quum utique tanta sit utilitas, ut in annis (8) quinquaginta velint (9) aliqui domus comparare; et ex hoc plurimam et nec dicere (10) facilem provenire commoditatem, siquidem possessio sanctae ecclesiae acquisita est redituum circiter auri triginta librarum (et hoc mirabilium exsistentium) vix in tredecim annis, habitaculorum autem venditio (11) in quinquaginta annis (12) agetur (13), et maxime causa (14) in habitaculis exsistente, quae fortuitis (15) omnibus subiacent cladibus, mox peritura eis (16) et vestigium nullum facile salvare valentia (17), si ex quadam (quod absit etiam dici) clade detineantur aut aliter absumantur (18).

piadosas, con las cuales pudo aumentar con muchos y grandes y justos incrementos las rentas de la santa iglesia, compró por trescientas ochenta libras de oro rentas de treinta libras de oro, poco más ó menos, reuniendo, á la verdad, piadosamente unas cantidades, y procurando que también otras les fueran dadas en mútuo á los ecónomos, amantes de Dios, de la mencionada iglesia de la santa resurrección, y nos ha hecho saber que los acreedores pretenden recobrar lo que es suyo, y que él ha encontrado otro ingreso no imaginado. Porque muchos de los que afluyen y llegan á la mencionada ciudad de Jerusalém con el deseo de visitar los lugares dedicados á Dios quieren comprar por mucho dinero edificios eclesiásticos, á fin de que les sea lícito disfrutar de habitación en el mencionado lugar, pero no pueden hacer esto los prepósitos de la iglesia de la santa resurrección por temor á la ley que sobre las enajenaciones eclesiásticas ha sido establecida por nosotros, á pesar ciertamente de ser tan grande la utilidad, que algunos querrían comprar casas por cincuenta años; y que de esto provendría provecho grandísimo y no fácil de decir, si se adquiriera para la iglesia la posesión de rentas de cerca de treinta libras de oro (y esto sería admirable) casi en trece años, haciéndose, sin embargo, la venta de los edificios por cincuenta años, y principalmente consistiendo los bienes en casas, que están sujetas á todos los quebrantos fortuitos, y pueden perecer desde luego y no dejar que fácilmente se salve vestigio alguno, si por alguna desgracia, (cosa que ni aun decirse debe), fueran derruídas ó de otro modo destruídas.

Cap. I

Haec nos respicere ad praesentem legem procuraverunt, quam dicamus domino deo et omnium ecclesiarum sanctissimae resurrectionis, per quam sancimus alia quidem omnia legis de ecclesiasticis alienationibus teneri et in sanctissima resurrectione occasione agrorum ecclesiasticorum (non enim ei (19) penitus concedimus venditionem, neque unam, facere agrorum), super habitaculis autem relaxamus aliquid subtilitatis legum. Si enim pro utilitate sanctarum ecclesiarum hanc scripsimus, videmus autem tantam in causa utilitatem exsistentem, quomodo non per praesentem legem hoc ei concedemus, omnem dantes et vendentibus licentiam et ementibus cautelam? et maxime quoniam (20) cognoscimus tempore veloci ad eam revocanda rursus habitacula, utputa quum haec comparantes, sicut propter divinum studium haec emerunt, ita et(21) dum moriuntur ei haec relicturi sunt. Liceat itaque nunc sanctissimae ecclesiae facere habitaculorum venditionem, nihil metuenti legem generaliter de his positam, eo quod lege iuniore subdivisionem habuit, neque ulla poena inde in (22) quamlibet personam (23) competente,

§ 1.—et in reliquum tempus hoc ipsum agere,

Capítulo I

Estas cosas nos hicieron pensar en la presente ley, que dedicamos al Señor Dios y de todas las iglesias á la de la santísima resurrección, por la cual mandamos, que aun tratándose de la iglesia de la santísima resurrección se observen ciertamente todas las demás disposiciones de la ley sobre enajenaciones eclesiásticas respecto á las de campos eclesiásticos, (porque no le permitimos en absoluto que haga ni una sola venta de campos), pero en cuanto á edificios suavizamos algo del rigor de las leyes. Porque si escribimos aquélla por utilidad de las santas iglesias, y vemos que hay en este negocio tanta utilidad, ¿cómo no le concederemos esto por la presente ley, dándoles plena facultad á los vendedores, y seguridad á los compradores? Y mayormente cuando sabemos que después de breve tiempo habrán de volver de nuevo á ella los edificios, puesto que los que los compran, como los compraron por amor á Dios, se los habrán de dejar á ella también cuando mueran. Séale, pues, ahora lícito á la santísima iglesia hacer la venta de edificios, sin temer en nada á la ley en general establecida sobre esto, porque ha recibido esta distinción por otra ley más reciente, y no competerá por ello pena alguna contra ninguna persona,

§ 1.—y hacer esto mismo en el tiempo futuro, si

(1) *El cód.*; incrementis, *Bk.*
(2) *Bk.*; vel, *omítela el cód.*
(3) *Bk.*; aliis, *el cód.*
(4) *Bk.*; cumpiunt comperare, *el cód.*
(5) per, *omítela el cód.*; ad, *inserta Bk.*
(6) *Bk.*; non, *omítela el cód.*
(7) *Bk.*; legum, *el cód.*
(8) *El cód.*; annos. *Bk.*
(9) *Bk.*; vel in, *el cód.*
(10) *Bk.*; dice, *el cód.*
(11) *Bk.*; venditio, *omítela el cód.*
(12) *El cód.*; annos, *Bk.*
(13) *Bk.*; agitur, *el cód.*
(14) *Bk.*; causam, *el cód.*
(15) *Bk.*; fortius. *el cód.*
(16) *Bk.*; eis, *omítela el cód.*
(17) *Bk.*; valentium, *el cód.*
(18) *Bk.*; adsumantur, *el cód.*
(19) *Bk.*; et, *el cód.*
(20) *Bk.*; et maxime quoniam, *omítelas el cód.*
(21) *Bk.*; ut, *el cód.*
(22) *Bk.*; ulla esse, *el cód.*
(23) *Bk.*; persona, *el cód.*

sicubi aliquando talis emerserit utilitas, tanquam multiplex bonum pro parvo sanctissimae acquisitum resurrectioni; omnem habentibus cautelam haec comparantibus nunc et in omne deinceps tempus, et nullam ablationem metuentibus non ipsis, non heredibus eorum, non successoribus, neque nunc, neque in aliud tempus, eo quod secundum praesentem legem ipsi confidentes subeunt emtionem, neque esset (1) iustum aliquem (2) de hoc pati tumultum aut querelam, aut damnum aut sublationem; quippe decreto agendo apud tuam beatitudinem, praesentibus qui ex venerabili clero sunt, et ostensa causa, per quam alienatio habitationum fit, quia maiorum causa bonorum horum (3) venditio celebratur, paucis quidem quae alienantur (4) exstantibus, pluribus autem ac melioribus, quae hinc acquiruntur; scilicet (5) secundum hoc pretiis recollectis ex pensionibus (6) et ex venditione in quinquaginta annis (7) facta in transactionem (8) debitorum solvendis, quae creditores dederunt in praedicti reditus emtione. Si enim omnium dominus simul et mundi creator deus dignatus est tantum (9) ei dare privilegium ultra alias civitates, ut ex ipsa resurgeret secundum carnem, palam est, quia et nos sequentes dominum deum et magna eius oracula, quoad (10) homini possibile est, privilegium aliquod dedimus ei ultra (11) ecclesias alias (12), ut ipsa fruatur hac nostra lege (13), quam ei velut quodam munus offerimus, utilitatem ei per omnia conferentes et honorantes.

alguna vez se presentare tal conveniencia, como si por poca cosa se adquiriese un grande beneficio para la iglesia de la santísima resurrección; teniendo ahora y para todo el tiempo sucesivo plena seguridad los que compren estas cosas, y no temiendo despojo alguno ellos mismos, ni sus herederos, ni sus sucesores; ahora ni en tiempo alguno, porque hacen la compra confiando ellos en la presente ley, y no sería justo que nadie sufriera por esto perturbación, ó querella, ó perjuicio ó despojo; haciéndose ciertamente un decreto por tu beatitud, estando presentes los que son del venerable clero, y habiéndose demostrado la causa por la cual se hace la enajenación de las viviendas, esto es, que se hace la venta de ellas por causa de mayores bienes, por ser ciertamente pocas las cosas que se enajenan, y muchas y mejores las que de este modo se adquieren; debiéndose de aplicar, por supuesto, los precios de esto percibidos por pensiones y por la venta hecha por cincuenta años al pago de las deudas, por lo que dieron los acreedores para la compra de la renta antes dicha. Porque si Dios, señor de todas las cosas y al mismo tiempo creedor del mundo, se dignó darle á esta tan grande privilegio sobre las demás ciudades, que en ella misma resucitó hecho carne, es evidente que también nosotros siguiendo al señor Dios y sus grandes oráculos, en cuanto es posible al hombre, le hemos de dar algún privilegio sobre las demás iglesias, de suerte que ella disfrute de esta ley nuestra, que le ofrecemos como cierto donativo, en todo concediéndole utilidad y honrándola.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per hanc specialem legem, et ipsam (14) legum inscribendam (15) codicibus, tua beatitudo cognoscens manifesta illic (16) omnibus instituat, doceatque nostram voluntatem, quam (17) in sanctissima et iuste ab omni (18) hominum genere adoranda resurrectione nostra habeat potestas et domino offerat deo, qui tantorum nos et talium bonorum ultra alios omnes ante nos imperantes per singula dignos fecit et faciet. Specialis lex scripta Petro, sanctissimo et beatissimo Archiepiscopo et Patriarchae Hierosolymitanorum civitatis.

Dat. XV. Kal. Iunii, Constantinop. post cons. BELISARII (19) V. C. [536.]

Epílogo

Por tanto, al conocer tu beatitud lo que nos ha parecido bien y ha sido dispuesto por esta ley especial, que se habrá de inscribir también en el código de las leyes, hágalo allí manifiesto á todos, y muestre nuestra voluntad, que nuestra potestad tiene respecto á la santísima y con justicia por todo el género humano adorable resurrección, y ofrece al señor Dios, que en todas las cosas nos hizo y nos hará dignos de tantos y de tales bienes con preferencia á todos los demás que antes de nosotros imperaron. Esta ley especial fué escrita á Pedro, santísimo y beatísimo Arzobispo y Patriarca de la ciudad de Jerusalém.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Junio, después del consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [536.]

(1) *Bk.;* esse, *el cód.*
(2) *Bk.:* aliquod, *el cód.*
(3) *Bk. ed. estereotipada;* horum bonorum, *Bk.*
(4) *Bk.;* alienantibus, *el cód.*
(5) *Bk.;* scilicet, *omítela el cód.*
(6) *Bk.;* pensionibus habitantium, *el cód.*
(7) *El cód.;* annos, *Bk.*
(8) *Bk.;* facta transactione, *el cód.*
(9) *Bk.;* dignatus tamen, *el cód.*
(10) *Bk.;* quod, *el cód.*
(11) intra, *Bk.*
(12) alias, *omítenla el cód., y Bk.*
(13) *Bk.;* lege, *omítela el cód.*
(14) *Bk. ed. estereotipada;* et in, *Bk.*
(15) *Bk.;* inscribenda, *el cód.*
(16) *Bk.;* illi, *el cód.*
(17) *Bk.;* quoniam, *el cód.*
(18) *Bk.;* omnium, *el cód.*
(19) *Bk.;* Const. Belisario, *el cód.*

CONST. XLIX (1)

APPELLATIONES EX QUINQUE PROVINCIIS, CARIA ET CYPRO, CYCLADIBUS INSULIS, ET MYSIA, ET SCYTHIA, APUD QUEM OPORTEAT EXAMINARI

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* BONO, *Quaestori Iustiniani exercitus.*

Praefatio

Scimus pridem sacram facientes constitutionem, secundum quam tuae gloriae tradidimus quinque has provincias, Cariam (2), et Cyprum, et in circuitu positas insulas, insuper et Mysiam ac Scythiam, ad constituendum eas sub tua gloria, adiicientes (3), et sub appellatione factas causas per memoratas (4) provincias nequaquam ad gloriosissimos nostros praefectos, sed ad tuam remitti magnificentiam. Quia igitur multi adierunt nos ex Caria et Rhodo et Cypro, difficultatem patientes, et dicentes, cogi se (5) frequenter hiemis tempore venire ad Scythiam et Mysiam, ubi degis (6), et ibi (7) appellationes, forte neque pro magnis pecuniis, exercere (8), et periclitari, etiam maria transeuntes longa et venientes (9) ad provincias a barbaris inquietatas (10), propterea perspeximus hanc legem scribere ad tuam gloriam, ut (11) ex Scythia quidem et Mysia causas, tanquam ex vicinis existentes, tua celsitudo secundum se audiat, alias (12) vero, hoc est ex Caria, et praedictis insulis, et Cypro, si ab initio ipsae (13) apud gloriosissimos nostros praefectos exercebantur, ex sacra iussione nostra traditae provinciae iudici, si quidem ipse (14) adfueris huic regiae civitati, etiam eas apud te moveri et examinari una cum gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii in sacro auditorio, sicut de (15) appellationibus posita lex explanat.

§ 1.—Si autem ipse in Mysia et Scythia (16) commoraris, loco implenti tuum in hac felici civitate deferri appellationes; omnino tamen residentem eum (17) una cum (18) gloriosissimo nostro quaestore audire negotium secundum talium examinationum schema, et non homines sustinere praedictas difficultates, sed ab eis communiter (19), secundum quod prius a nobis edictum (20) est, iudicari, eo quod placuit nobis ita ordinare legem, ut cum plurima et maiore subtilitate et auctoritate negotia exerceantur.

§ 2.—Si vero ipse dederis iudicem in memoratis superius provinciis, qui locum obtineat tuum in civitate felicissima, audiet, secundum quod et gloriosissimis praefectis solitum (21) est. Si vero inchoari apud (22) tuam gloriam contingat litem, hic

CONSTITUCION XLIX

ANTE QUIÉN DEBERÁN SER EXAMINADAS LAS APELACIONES PROCEDENTES DE LAS CINCO PROVINCIAS DE CARIA Y DE CHIPRE, DE LAS ISLAS CICLADES, DE LA MISIA, Y DE LA ESCITIA

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* BUENO, *Cuestor del ejército de Justiniano.*

Prefacio

Sabemos que ya antes hicimos una sacra constitución, por la que encomendamos á tu gloria estas cinco provincias, Caría, Chipre, las islas puestas en círculo, y además la Misia y la Escitia, para constituirlas bajo tu gloria, añadiendo que los litigios llevados á apelación en las mencionadas provincias no fueran de ninguna manera remitidos á nuestros gloriosísimos prefectos, sino á tu magnificencia. Mas como se nos han dirigido muchos de la Caria, y de Rodas y de Chipre, que tropiezan con dificultades y dicen, que con frecuencia se ven obligados á ir en tiempo de invierno á la Escitia y á la Misia, donde moras, y á sostener allí sus apelaciones, acaso por no grandes cantidades, y á correr peligros cruzando también dilatados mares y dirigiéndose á provincias molestados por los bárbaros, hemos determinado por ello dirigir esta ley á tu gloria, para que los litigios procedentes de la Escitia y de la Misia, como que son de provincias vecinas, los oiga tu excelsitud, pero los otros, esto es, los procedentes de la Caria, de las islas antes dichas, y de Chipre, si desde un principio eran ellos ventilados ante nuestros gloriosísimos prefectos, encomendados al juez de la provincia por virtud de sacra disposición nuestra, sean también, si verdaderamente estuvieres tú en esta real ciudad, promovidos ante tí y examinados en sacra audiencia juntamente con el gloriosísimo cuestor de nuestro sacro palacio, según lo expone la ley dada sobre las apelaciones.

§ 1.—Mas si tú morases en la Misia y en la Escitia, sean presentadas las apelaciones al que ocupe tu lugar en esta feliz ciudad; pero que oiga el negocio en la forma de tales exámenes, tomando en todo caso asiento juntamente con nuestro gloriosísimo cuestor, y no soporten los hombres las dificultades antes dichas, sino sean juzgados en común por éstos, según lo que antes se dispuso por nosotros, porque nos plugo ordenar la ley de suerte, que con mucha y mayor escrupulosidad y autoridad se ventilaran los negocios.

§ 2.—Mas si tú mismo hubieres nombrado juez en las antes mencionadas provincias, lo oirá el que ocupe tu lugar en esta felicísima ciudad, conforme se acostumbró también respecto de los gloriosísimos prefectos. Pero si aconteciera que el litigio se incoa

---

(1) *Hal. y Scrimg. ponen en este lugar el texto griego de la Novela 50., y los hemos seguido, porque en la colección griega de las Novelas se hallaba dos veces esta misma, sobre lo cual habló con más extensión Biener, Gesch. d. N. (Historia de las Nov.) p. 105 y siguientes, y p. 448 y 450. Cont. había puesto aquí el epítome de Juliano. — Bas. IX. 2. 3. — Julian Const. 38. no tiene el epítome de esta Novela, sino el de otra Constitución más antigua, de la cual hace mención el Emperador al principio del prefacio de esta Novela. — Biener publicó primeramente, tomándola del cód. Vindob. una antigua versión latina, y le añadió sus correcciones, y Cr. copió la misma versión del citado cód.*

(2) *Bk.;* Caria, *el cód.*
(3) *Cr.;* adtuentes, *el cód.;* addentes, *Bien.*
(4) *Bien.;* memoraturas, *el cód.*
(5) *Bien., y Cr.;* cogisse, *el cód.*
(6) *Bk.;* deges, *el cód.*
(7) *Bien.;* ubi, *el cód.*
(8) *Bien.;* exercere, *el cód.*
(9) *Bk.;* venire, *el cód.*
(10) *Bk.;* inquietas, *el cód.*
(11) *Bien.;* et, *el cód.*
(12) *Bk.;* aliarum, *el cód.*
(13) *Bien.;* ipsas, *el cód.*
(14) *Bk.;* ipse, *omítela el cód.*
(15) *Bien.;* de, *omítela el cód.*
(16) *Bk.;* in misiam et scyticham, *el cód.*
(17) *Bien.;* residente eo, *el cód.*
(18) *Bien.;* una (*omitiendo* cum), *el cód.*
(19) comiter, *el cód.*
(20) *El cód.;* dictum, *Bien.*
(21) *Bien.;* resolutum (?), *el cód.*
(22) *Bien.;* apud, *omítela el cód.*

forsan inventam, deinde in medio propter militares expensas proficisci, eam sine dilatione compleri apud eum, qui tuum obtinet locum, sicut eam ipse audiebas. Si autem ab initio non apud gloriosissimos praefectos appellatio ex aliquibus provinciis remittebatur, sed in aliud (1) forum, antiquitatem penitus non novamus.

Epilogus

Quae (2) igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua gloria operi effectuique tradere et in perpetuum servare festinet.

Dat. XV. Kal. Sept. Constant. Imp. IUSTINIANI P. P. Aug. anno XI., post BELISARII V. C. Cons. anno II. [537.]

CONST. XLIII (3)

DE DEPOSITIONE ANTHIMI, ET SEVERI, ET PETRI, ET ZOARAE, ET RELIQUORUM

In nomine domini Iesu Christi dei nostri. Imp. CAESAR FLAVIUS IUSTINIANUS *Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, gloriosus, victoriosus, triumphalis,* (4) *semper Augustus,* MENNAE, *sanctissimo et beatissimo Archiepiscopo et universali patriarchae* (5).

Praefatio

Rem non insolitam imperio et nos facientes, ad praesentem venimus legem. Quoties enim sacerdotum sententia quosdam indignos sacerdotio de sacris sedibus deposuit, quemadmodum Nestorium, Eutychen, Arium, Macedonium, et Eunomium, ac quosdam alios ad iniquitatem non minores illis, toties imperium eiusdem sententiae et ordinationis cum sacerdotum auctoritate fuit, sicque divina et humana pariter concurrentia unam consonantiam rectis sententiis facere (6). Quemadmodum et nuper factum esse circa Anthimum scimus, qui quidem deiectus est de sede huius regiae urbis a sanctae et gloriosae memoriae Agapeto, sanctissimae ecclesiae antiquae Romae pontifice, eo quod nullo modo sibi ipsi convenienti, contra omnes sacros canones, se intruserat sedi, sed et communi sententia ipsius sanctae memoriae viri primum, atque etiam sacrae synodi hic celebratae condemnatus et depositus fuit, eo quod a rectis dogmatibus recessit, et quae prius multoties diligere videbatur, haec demum diversis lustrationibus aufugit, simulans sequi sanctas quatuor synodos (trecentorum videlicet decem et octo patrum in Nicaea, et centum quinquaginta in hac felici civitate, et in Epheso primo congregatorum ducentorum, et sexcentorum triginta venerabilium patrum in Chalcedone) (7), at quidem nec istorum (8) dogmata sequi, nec nostram clementiam et condescensum, quem propter

ante tu gloria, que acaso fué hallada aquí, y que después salió fuera por causa de los gastos militares, sea él llevado sin dilación á término ante el que ocupa tu lugar, en la forma que tú mismo lo oías. Mas si desde un principio era remitida la apelación desde algunas provincias, no á los gloriosísimos prefectos, sino á otro tribunal, no innovamos absolutamente en nada lo antiguo.

Epilogo

Por tanto, apresúrese tu gloria á llevar á ejecución y efecto, y á guardar perpétuamente, lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta sacra ley.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Septiembre, en el año XI. del Emperador Justiniano, perpétuamente Augusto, segundo después del consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [537.]

CONSTITUCION XLIII

DE LA DEPOSICIÓN DE ANTIMO, Y DE SEVERO, Y DE PEDRO, Y DE ZOARA, Y DE OTROS

En el nombre de Nuestro Señor Dios Jesucristo. El Emperador CÉSAR FLAVIO JUSTINIANO, *Alemánico, Gótico, Fráncico, Germánico, Antico, Alánico, Vandálico, Africano, pío, feliz, glorioso, victorioso, triunfador, siempre Augusto, á* MENNA, *santísimo y beatísimo Arzobispo y Patriarca universal.*

Prefacio

Ejecutando también nosotros una cosa no insólita en el imperio, venimos á dar la presente ley. Porque siempre que la sentencia de los sacerdotes depuso de sus sacras sedes á algunos que eran indignos del sacerdocio, como á Nestorio, Eutiques, Arrio, Macedonio y Eunomio, y á algunos otros no inferiores á éstos en iniquidad, el imperio fué juntamente con la autoridad de los sacerdotes de la misma opinión y resolución, y concurriendo de este modo juntamente lo divino y lo humano constituye con sus rectas sentencias una sola armonía. Así hemos sabido que se ha hecho también hace poco respecto á Antimo, que fué ciertamente expulsado de la sede de esta real ciudad por Agapeto, de santa y gloriosa memoria, pontífice de la santísima iglesia de la antigua Roma, porque por intrusión había ocupado, contra todos los sagrados cánones, sede que de ningún modo le correspondía á él mismo, pero que fué condenado y depuesto primeramente por sentencia común del mismo varón, de santa memoria, y también por la del sagrado sínodo aquí celebrado, por haberse separado de los rectos dogmas y haber huido finalmente con varios rodeos de lo que parecía haber amado antes muchas veces, simulando atenerse á los cuatro santos sínodos, (á saber, el de Nicea, de trescientos dieciocho padres, el de esta feliz ciudad, de ciento cincuenta, y el de los doscientos congregados por primera vez en

(1) *Bien.;* **alium,** *el cód.*
(2) *Bk.;* ut (?), *el cód.*
(3) *El texto griego (con la rúbrica de Novela XLII.) se halla en Hal. y Scrimg.—Coll. const. eccl. III. 1. 5. — Iulian. const. 10.—La antigua versión tomada por Cont. (1.559, del libro de cánones de Isidoro fué publicada después por el mismo (1.571) tomándola de las Actis Concilii Constantinopolitani anni 536.—Pero el texto griego y aquella versión se hallan también en Mansi concilior. collect. tomo VII. páginas 1.149-1.156, y allí el texto griego discrepa en algunos pasajes de Scrimg. y Hal., pero la versión latina difiere mucho más de la que publicó Concio.*
(4) victor, triumphator, *Mans.*
(5) Mennae patriarchae (*omitiendo* reliquis), *Mans.*
(6) facere, *Mans.*
(7) *Mans.;* Chalcedona, *Cont.*
(8) *Mans.;* istorum, *omitela Cont.*

ipsius salutem habebamus, suscipere voluit, neque ipse abdicare auctores impiorum dogmatum, qui prius a sanctis synodis expulsi fuerant, sed putavit oportere secundum ipsum et in aequali ducere et condemnatos et condemnatores. Nam semel alienis a sanctissima ecclesia intellectibus mancipatus, et a rectis dogmatibus alienatus, merito ad ipsorum rectitudinem reverti non valuit, etiam ad haec invitatus a nobis et directus, qui omni studio usi sumus ad ipsius salutem.

Efeso, y el de Calcedonia, de seiscientos treinta venerables padres), pero que en realidad no quiso seguir los dogmas de éstos, ni aceptar nuestra clemencia y la condecendencia, que para la salvación del mismo teníamos, ni renunciar á los autores de los impíos dogmas, que antes habían sido expulsados por los santos sínodos, sino que juzgó que se debía considerar de la misma é igual manera á los condenados y á los condenadores. Porque una vez ligado por inteligencias ajenas á la santísima iglesia, y apartado de los rectos dogmas, con razón no pudo volver á la rectitud de los mismos, aun invitado y dirigido á ello por nosotros, que pusimos todo nuestro empeño para la salvación del mismo.

Cap. I

Propter haec igitur omnia sententiam depositionis in ipsum a sancta synodo factam occasione non liciti neque a sanctis canonibus approbati raptus sacrarum sedium huius regiae urbis et aversionis a rectis et veris dogmatibus propriam (1) nostrum facit imperium, et contra istum praesentem scribit legem. Interdicimus autem ei et (2) commorari in hac felici civitate, et eius districtu, ac in quacunque alia insigni civitate, sancientes in quiete esse, et eos diligere, quibus se ipsum digne supposuit (3), et non aliquibus communicare, neque eos imbuere in perditionem interdictorum dogmatum.

§ 1.—Nec utique extra imperialem confirmationem relinquimus sententiam iuste contra Severum latam, ac ex omnibus, ut ita dicamus, pontificalibus et patriarchalibus una cum monachicis consensibus provenientem sedibus, et anathematismum ipsi inferentem, qui prius contra sacras sanctiones, accipiendo sedem sanctissimae ecclesiae Theopolitanorum, sic universa conturbavit, sicque accumulatas turbationes fecit, quod commune quoddam ac abominabile bellum sanctissimis ecclesiis adinvicem immitteret. Et hoc et a sceptris, quae ante nos fuerunt, contra ipsum scriptum erat, variis dogmatum et a rectitudine alienatis intellectibus (4) ac blasphemiis usum fuisse, ac universa conturbasse, et illum quemcunque errorem abominabilem (5) haeresiarcharum et iniquorum dogmatum recipere, Nestorii dicimus et Eutychis, et quum uterque horum praeceptorum contrarii quodammodo adinvicem esse videantur, ad unum vero impietatis finem inferant (6), etiam illorum divulgatos sermones eum in unum formavisse. Duobus enim exsistentibus dogmatibus adinvicem repugnantibus, quorum utrumque similiter ad animae perditionem adducit, Nestorii videlicet et Eutychis, quemadmodum dicendo narravimus, quae ex Arianorum et Apollinarii contagione consistunt, ipse paradoxum quid perpessus in utrumque similiter incidit, et ibi quidem hoc, ibi quidem illud mittendo, se ipsum et sermones suos visus est constituisse commune receptaculum tantorum delictorum.

§ 2.—Sit itaque et ipse sub praedicto anathematismo, quem universus patriarchalis, pontificalis ac monachicus nostrae, ut ita dicamus, politiae coetus iuste in ipsum induxit, de Theopolitana quidem ecclesia eiectus idcirco, quod thronus de illa (7) ipsum removit, eo quod ipsius principatum recte non acceperat, sed adhuc vivente eo et in

Capitulo I

Por todo esto, pues, hace nuestro imperio suya propia la sentencia de deposición proferida contra él mismo por el santo sínodo con ocasión de la usurpación de la sacra sede de esta real ciudad, no lícita ni aprobada por los santos cánones, y de su separación de los rectos y verdaderos dogmas, y escribe contra el mismo la presente ley. Mas le prohibimos morar en esta feliz ciudad, y en su distrito, y en otra cualquier ciudad insigne, mandando que permanezca tranquilo, y ame á aquellos á quienes él mismo se sometió dignamente, y no se comunique con otros, ni los imbuya en la perdición de los dogmas prohibidos.

§ 1.—Y no dejamos ciertamente sin la confirmación imperial la sentencia justamente proferida contra Severo, y emanada, por decirlo así, de todas las sedes pontificales y patriarcales, juntamente con el consentimiento de los monjes, y que le impuso amatema al mismo, el cual ocupando antes contra las sacras sanciones la sede de la santísima iglesia de los Teopolitanos lo perturbó todo de tal modo, y de tal manera acumuló las perturbaciones, que introdujo entre las santísimas iglesias cierta guerra común y abominable. Y también por Emperadores que nos predecieron se había escrito contra él mismo esto, que se había servido de varios dogmas y de interpretaciones apartadas de la rectitud, y de blasfemias, y que todo lo había perturbado, y acogía aquel abominable error de los heresiarcas y de sus inícuos dogmas, nos referimos á Nestorio y á Eutiques, cuyos dos preceptores, pareciendo que en cierto modo son entre sí contrarios, llevan, sin embargo, á un solo fin de impiedad, y que él había también reunido en un solo cuerpo las divulgadas peroraciones de aquéllos. Pues siendo entre sí contrarios los dos dogmas, y llevando ambos, esto es, el de Nestorio y el de Eutiques, igualmente á la perdición del alma, según expusimos, los cuales consisten en el contagio de los Arrianos y de Apolinar, él, habiendo sido víctima de cierta paradoja, cayó igualmente en el uno y en el otro, y emitiendo, á la verdad, aquí esto, y allí lo otro, pareció que él se constituyó á sí mismo, é hizo sus peroraciones, receptáculo común de tan grandes delitos.

§ 2.—Quede, pues, también él bajo el susodicho anatema, que con justicia aplicó al mismo todo el conjunto de patriarcas, pontífices y monjes de nuestra república, por decirlo así, siendo, á la verdad, echado de la ciudad de Teópolis, porque el trono lo expulsó de ella, porque no había recibido debidamente el principado de la misma, sino viviendo to-

(1) *Bk.*; cyriam propriam, *Cont.*; firmam, *Mans.*
(2) *Bk.*; et ei, *Cont.*, y *Mans.*
(3) in quiete esse et iis contentum esse quibus se ipsum merito obnoxium reddidit, *Mans.*
(4) alienatis fraudibus et commentis, *Mans.*
(5) abominabilium, *Mans.*
(6) tendant, *Mans.*
(7) thronus illius, *Mans.*

sanctissimis ecclesiis commorante (1), qui ante ipsum sacerdotium habebat, et propter eum, qui post ipsum fuit, de sacerdotio exciderat, nec vero usque adhuc stetit (2), sed etiam sub communi orthodoxae ac catholicae ecclesiae anathematismo factus multis libris blasphemiisque et abominationibus nobis politiam implevit, quare universis interdicimus aliquid de libris ipsius possidere (3). Et sicut non licet Nestorii libros scribere vel possidere, quia praedecessoribus nostris Imperatoribus in suis constitutionibus visum est statuere similia his, quae dicta et scripta sunt a Porphyrio in Christianos, sic nec dicta et scripta Severi maneant penes aliquem Christianum, sed sint profana et aliena ab ecclesia catholica, igneque comburantur a possidentibus, nisi qui ipsa habent velint periculum pati. A nemine ergo scribantur neque ad pulchritudinem, neque ad velocitatem scribentium, sciendo, quia amputatio manus his qui scripta eius scripserint, poena erit; neque enim volumus in futuro tempore ex illis blasphemiam protrahi.

§ 3.—Similiter autem et huic interdicimus omnino regiam civitatem ingredi aut districtum eius, nec aliquam aliam de insignibus, sed in aliqua solitudine et in silentio sedere, et non corrumpere ceteros, neque in blasphemiam ipsos adducere, et non semper aliquid novi invenire contra vera dogmata, per quod rursus nobis conturbare sanctissimas ecclesias festinet.

Cap. II

Sed nec Petrum, episcopum Apameae, et simul depositum, et simul ab ipsis, a quibus Severus, sub praedicto anathemate factum, imperium admittit, sed sint propria contra ipsum sententiata. Et qui sub communi anathematismo ordinatus est, sub ipso esto, et sententia sanctissimorum pontificum, quae ipsum praevenit, firma permaneto. Neque vero permittimus illi hanc regiam urbem habitare, aut ipsius districtum, vel aliquam de insignibus, sed quorum secutus est errorem, horum imitetur diaetam, quam longissime abscedens et occultans se ipsum. Nam talibus occultari, quam videri, utilius est; ignoti etenim exsistentes se ipsos laedunt solos, publicantes vero sua dogmata multis ex simplicioribus occasionem perditionis praebent, quod nullo modo fieri in christiano ovili dei et orthodoxo populo iustum est, neque ab imperio permissum est.

Cap. III

Quoniam vero et Zoaram digne (4) penitus iudicarunt sub anathematismo esse reverendissimi et qui iusta iudicant episcopi (quum parva quaedam talium malorum interpositio sit et in quibus dehonestatus est, omnia videlicet comprehendendo ex memoria quadam abundanti), sit et Zoarae interpositio quaedam parva huius malae partis (Anthimi dicimus et Severi ac Petri), ordineturque et ipse inter anathematizatos, sacra sententia ipsum deferente, quam propriam et ipsam in se ipsa exsistentem adhuc magis cyrioteran imperium facit, et hunc de hac regia urbe et eius districtu abiicit, et

(1) commemorato, *Mans., concordando con el griego.*
(2) nec vero progressus huc usque constitit, *Mans.*

davía y morando en las santísimas iglesias el que antes que él tenía el sacerdocio, y había salido del sacerdocio por causa del que hubo después de él, y no se detuvo en esto, sino que hallándose también bajo el común anatema de la iglesia ortodoxa y católica nos llenó la república de muchos libros, blasfemias y abominaciones, por lo cual les prohibimos á todos que posean cosa alguna de los libros del mismo. Y así como no es lícito copiar ó poseer libros de Nestorio, porque á los Emperadores nuestros predecesores les pareció bien establecer en sus constituciones disposiciones análogas á las que por Porfirio se dictaron y escribieron contra los cristianos, así tampoco queden en poder de cristiano alguno los dichos y los escritos de Severo, sino sean profanos y ajenos á la iglesia católica, y sean destruídos en el fuego por los que los posean, á no ser que los que los tienen quieran correr riesgo. No sean, pues, copiados por ninguno de los que escriben con pulcritud, ni con velocidad, teniendo entendido que la amputación de la mano será la pena de los que hubieren copiado sus escritos; pues no queremos que la blasfemia se extienda por virtud de ellos al tiempo futuro.

§ 3.—Mas del mismo modo le prohibimos en absoluto también á éste que entre en esta real ciudad ó en su distrito, ni en otra alguna de las insignes, sino resida en algún lugar solitario y silencioso, y no corrompa á otros, ni los lleve á ser blasfemos, y no invente siempre contra los verdaderos dogmas alguna novedad, con la cual se proponga perturbar de nuevo las santísimas iglesias.

Capitulo II

Mas tampoco admite el imperio á Pedro, obispo de Apamea, igualmente depuesto, y también constituído bajo el susodicho anatema por las mismas causas de Severo, sino que haya sentenciado contra él lo mismo. Y el que se encuentra bajo un anatema común, continúe bajo el mismo, y permanezca firme la sentencia de los santísimos pontífices, que recayó sobre él mismo. Y tampoco le permitimos habitar en esta real ciudad, ó en su distrito, ó en alguna de las insignes, sino imite el régimen de aquéllos, cuyo error siguió, separándose muy lejos y ocultándose él mismo. Porque á los tales les es más útil ocultarse que ser vistos; pues viviendo desconocidos solamente se hacen daño á sí mismos, pero publicando sus dogmas dan á muchos de los sencillos ocasión para su perdición, lo que de ningún modo es justo que suceda en el redil cristiano de Dios y en el pueblo ortodoxo, ni está permitido por el imperio.

Capitulo III

Mas como los obispos reverendísimos y que juzgan lo justo estimaron en absoluto merecidamente que también Zoara se hallaba bajo anatema, (siendo una pequeña adición de tales males, con los que también se deshonró, comprendiéndolos, por supuesto, á todos con cierta suficiente memoria), sea también la de Zoara cierta pequeña adición de este mal partido, (nos referimos al de Antimo, Severo y Pedro), y sea colocado asimismo él entre los anatematizados, condenándolo una sacra sentencia, que siendo como propia y válida por sí misma todavía la hace más firme el imperio, y lo arroja de esta

(3) *Mans.:* possideri, *Cont.*
(4) dignum, *Mans.*

habitationem in aliis civitatibus ipsi omnino interdicit. Itaque cum illis solis habitet et consulat, qui a nobis ante memorati sunt, qui similia quidem blasphemant, similia patiuntur et similiter in exsilio ponuntur. Si quid vero aliud in sententia sanctissimorum episcoporum continetur, quae praedictos deponit et anathematizat, hoc firmius ponimus et diutius, ac imperialibus nostris legibus ipsum corroboramus, ac si ab imperio ipso provenisset. Si vero aliquis ipsorum deprehendatur de cetero facere aliquid praeter constituta, sciat incidisse in legibus imperialibus, quae minores poenas declinantes, ad maiores immittunt indignationes.

real ciudad y de su distrito, y le prohibe en absoluto la habitación en las otras ciudades. Y así, habite y consulte solamente con los que antes fueron mencionados por nosotros, que dicen análogas blasfemias, soportan penas semejantes, y son del mismo modo enviados á destierro. Mas si alguna otra cosa se contiene en la sentencia de los santísimos obispos, que destituye y anatematiza á los susodichos, la establecemos con más firmeza y duración, y la corroboramos con nuestras imperiales leyes, como si hubiese provenido del mismo imperio. Y si en lo sucesivo fuera sorprendido alguno de ellos que hacía algo contra lo establecido, sepa que habrá incurrido en las leyes imperiales, que á los que eluden las penas menores los someten á mayores castigos.

§ 1.—Interdicimus autem et omnibus conantibus catholicam dei ecclesiam divellere sive secundum Nestorii haeretici doctrinam, sive secundum insensatam Eutychis traditionem, sive secundum blasphemiam Severi, qui et similia illis intellexit, aut eorum, qui illos sequuntur, seditionem immittere sanctissimis ecclesiis, et loqui aliquid de fide; sed sancimus, quemlibet talium silentium ducere, et non convocare aliquos ad se, neque accedentes recipere aut parabaptizare audere, aut sacram communionem sordidare, et ipsam aliquibus tradere, aut interdictas doctrinas exponere, sive in hac nostra regia, sive in alia, sed omne supportare periculum, si quid tale faciet.

§ 2.—Interdicimus etiam omnibus istos suscipere. Abiici ergo ipsos sancimus de civitatibus ab ipsis concitatis, scientes poenas iam contentas in nostris divinis constitutionibus, quae et domos ipsas, in quibus tale quid fit, et campos, ex quibus nutrimenta praebentur, sanctissimis ecclesiis assignant et a possidentibus auferunt, quia detrimenti causa fit simplicioribus, sub sanctissimis vero et orthodoxis ecclesiis haec iuste ducunt esse.

§ 3.—Haec pro communi pace sanctissimarum ecclesiarum statuimus, haec sententiavimus, sequentes sanctorum patrum dogmata, ut omne sacerdotium inperturbatum de cetero nobis permaneat. Quo in pace servato, reliqua nobis exuberabit politia, desuper pacem habens, quam omnibus magnus deus et salvator noster Iesus Christus, trinitatis unus, unigenitus dei filius, praedicat ac donat his, qui sincere ipsum et vere glorificare ac adorare digni habiti sunt.

§ 1.—Mas les prohibimos también á todos los que intentan desgarrar la iglesia católica de Dios, ya con la doctrina del herege Nestorio, ya con la insensata enseñanza de Eutiques, ya con la blasfemia de Severo, que entendió lo mismo que aquéllos, ó con la de los que los siguen, introducir sedición en las santísimas iglesias, y hablar cosa alguna sobre la fe; sino que mandamos, que todos ellos guarden silencio, y no llamen á sí á otros, ni se atrevan á acoger ó á bautizar falsamente á los que se les acerquen, ó á mancillar la sagrada comunión, y á dársela á otros, ó á exponer las doctrinas prohibidas, ya en esta nuestra real ciudad, ya en otra, corriendo todo peligro, si alguna cosa tal hicieren.

§ 2.—También les prohibimos á todos que los acojan. Por lo cual mandamos que sean ellos mismos echados de las ciudades concitadas por ellos, teniendo presentes las penas ya contenidas en nuestras divinas constituciones, las cuales asignan á las santísimas iglesias, y les quitan á sus poseedores, las mismas casas en que se hace alguna tal cosa, y los campos de que se dan alimentos, porque se hace causa de daño para los más sencillos, y con justicia ponen estas cosas bajo el poder de las santísimas y ortodoxas iglesias.

§ 3.—Esto hemos establecido, y esto sentenciado, para la paz común de las santísimas iglesias, siguiendo los dogmas de los santos padres, á fin de que en lo sucesivo nos permanezca sin perturbación todo el sacerdocio. Y conservado éste en paz, todo lo demás nos prosperará en la república, teniendo ésta además la paz, que Dios grande y salvador nuestro. Jesucristo, uno de la trinidad, hijo unigénito de Dios, predica y da para todos los que son considerados dignos de glorificarlo y adorarlo sincera y verdaderamente.

Epilogus

Custodiat itaque beatitudo tua, quae recte annotata sunt, et mittat ipsa per suas deo dilectas litteras omnibus sanctissimis metropolitis sub ipsa exsistentibus, quorum cuilibet cura erit ipsa manifestata facere sanctissimis ecclesiis sub ipsis ordinatis, ut neminem ex omnibus lateant, quae sacerdotio visa sunt, et ab imperio confirmata. Divina subscriptio. Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiose Pater.

Dat. VIII. Id. Aug. Constantinop. post cons. Belisarii V. C. [536.]

Epilogo

Por tanto, guarde tu beatitud lo que rectamente ha sido consignado, y enviéselo por medio de sus cartas gratas para Dios á todos los santísimos metropolitanos, que están bajo ella misma, de cargo de cada uno de los que será hacerlo manifiesto á las santísimas iglesias constituídas bajo ellos, para que á nadie absolutamente se oculte lo que le pareció bien al sacerdocio, y ha sido confirmado por el imperio. Divina subscripción. La divinidad te conserve, santo y religioso Padre, muchos años.

Dada en Constantinopla á 8 de los Idus de Agosto, después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [536.]

CONST. XLIV (1)

DE ERGASTERIIS CONSTANTINOPOLITANIS, UT MILLE CENTUM ERGASTERIA MAIORIS ECCLESIAE EXCUSENTUR, ET RELIQUA OMNIA (2) SOLENNITER FUNCTIONES EXSOLVANT, CUIUSLIBET DOMINII (3) SINT

In nomine domini nostri Iesu Christi, dei omnipotentis. Imp. CAESAR FLAVIUS IUSTINIANUS, *Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus,* LONGINO, *Praefecto urbi.*

Praefatio

Quoniam curae est potentiae nostrae subiectorum et viventium et defunctorum, ut neque sepulturae eis graves sint, neque damnosae his, qui ex defuncti sunt domo, propterea et circa sepulturas competentem disposuimus modum. Et quoniam (4) iam Constantinus divae memoriae, magnae nostrae civitatis conditor, quam Anastasius piae memoriae eorum, qui vocantur lecticarii (5) seu decani, numerum mensura (6) determinaverunt, mille centum esse decanos sive ergasteria tanta constituentes, quatenus in nullo tempore haec susciperent adiectionem, eo quod etiam subiecta dispositioni (7) divae memoriae Anastasii mensura ex unoquoque collegio sit competentium lecticariorum (8), et nos quidem haec firma manere (9) volumus. Adeuntes autem qui (10) collegiorum sunt felicissimae huius regiae civitatis, quorum praecipue nobis cura est, nostram docuerunt potestatem, magnam et importabilem se sustinere vexationem. Sanctissimam enim maiorem ecclesiam mille centum ergasteriis frui functione omni liberis, quae satis sponte ipsi darent (11), eo quod circa commune omnium hominum funus causa (12) procederet, non tamen etiam reliqua portare onera posse (13). Plurimis enim ergasteriis exsistentibus in hac felicissima civitate commercii negotiique diversi, non haec esse sola, mille centum dicimus, praedicta functione (14) excepta, sed multas quidem sanctissimas ecclesias, plurimos autem venerabiles xenones et monasteria, et alias venerabiles domos, et aliquos primitus haereticos introduci, deinde migrantes ad orthodoxam fidem, multas quoque imperiales domus, insuper et iudicum, et senatorum, et illustrium et cubiculariorum excipi tributis, et harum dominos (15) sibi hinc praeparare reditus (16) et communem rempublicam laedere, dum exceptionis multitudine in angustiam causa concludatur, ut pauci sint (17), qui functionem solvant, ita gratiati tributis, et priorem sollicitudinem forte triplicem et quadruplicem, iam autem et decuplam fieri, quum Anastasius divae memoriae in typo (18) a se definito nulli penitus alii tributa (19) relaxaverit, citra mille centum ergasteria sanctissimae maioris ecclesiae, occasione defunctorum et exsequiarum data. Ideoque et nos aestimavimus praecipere no-

CONSTITUCION XLIV

DE LOS TALLERES DE CONSTANTINOPLA, DE QUE ESTÉN EXENTOS MIL CIEN TALLERES DE LA IGLESIA MAYOR, Y DE QUE TODOS LOS DEMÁS, DE CUALQUIER DOMINIO QUE SEAN, SATISFAGAN SEGÚN COSTUMBRE LAS CARGAS

En el nombre de nuestro señor Jesucristo, Dios omnipotente. El Emperador CÉSAR FLAVIO JUSTINIANO, *Alemánico, Gótico, Fráncico, Germánico, Antico, Alánico, Vandálico, Africano, pio, feliz, inclito, vencedor y triunfador, siempre Augusto, á* LONGINO, *Prefecto de la ciudad.*

Prefacio

Como quiera que corresponde á nuestro poder el cuidado de los súbditos, así vivientes como fallecidos, á fin de que los enterramientos no les sean gravosos, ni perjudiciales á los que son de la casa del difunto, hemos dispuesto también respecto á los enterramientos una forma conveniente. Y como tanto Constantino, de divina memoria, fundador de nuestra gran ciudad, como Anastasio, de piadosa recordación, determinaron con mesura el número de los que se llaman lecticarios ó decanos, *[enterradores]*, estableciendo que hubiera mil cien decanos ú otros tantos talleres, á fin de que en ningún tiempo éstos tengan aumento, y de que también quede sujeto á la disposición de Anastasio, de divina memoria, el número de lecticarios que competan de cada corporación, queremos también nosotros que estas disposiciones permanezcan ciertamente firmes. Mas dirigiéndosenos los que son de los colegios de esta felicísima real ciudad, de quienes principalmente tenemos cuidado, demostraron á nuestra potestad que ellos soportaban grande é intolerable vejación. Porque la santísima iglesia mayor disfrutaba, libres de toda contribución, de mil cien talleres, que ellos mismos le darían de buen grado, porque el objeto se refería á los funerales comunes para todos los hombres, pero que no podían ellos soportar también las demás cargas. Pues existiendo en esta felicísima ciudad muchos talleres de diversos comercios y negocios, no eran estos solos, nos referimos á los mil ciento, los que están exceptuados de la antes dicha contribución, sino que ciertamente muchas santísimas iglesias, y muchos venerables hospitales de peregrinos y monasterios, y otras venerables casas, y algunos que primeramente se contaban entre los hereges, pero que después pasaron á la fe ortodoxa, y también muchas casas imperiales, y además las de los jueces, las de los senadores, las de los ilustres y las de los camareros, se eximían de los tributos, y los dueños de estas cosas se procuraban de aquí rentas y perjudicaban á la república común, porque con la multitud de exenciones la causa había sido reducida á estrechez, de suerte que eran pocos los que pagaban la contribución, de tal modo gravados en los tributos, y que la anterior carga, acaso triple ó cuá-

---

(1) *El texto griego se halla en Hal. y Scrimg.—Coll. const. eccl. III. 2. 11.—Las Bas. LIX. 4. (ed. Fabrot) tienen solamente la rúbrica.—Julian. Const. 13.—Bk. publicó una antigua versión latina tomándola del cód. Vindob.*
(2) *Bk.;* omnium, *el cód.*
(3) domi, *el cód.;* domini, *Bk.*
(4) *Bk.;* quos, *el cód.*
(5) *Bk.;* letitarii, *el cód.*
(6) *Bk.;* mensure, *el cód.*
(7) *Bk.;* dispositionum, *el cód.*
(8) *Bk.;* lectuariorum, *el cód.*
(9) *Bk.;* habere, *el cód.*
(10) *Bk.;* que, *el cód.*
(11) *Bk.;* daret enim eo, *el cód.*
(12) *Bk.;* eam, *el cód.*
(13) *Bk.;* possint, *el cód.*
(14) *Bk.;* praedicte functionis, *el cód.*
(15) *Bk.;* horum dominus, *el cód.*
(16) *Bk.;* reditos, *el cód.*
(17) *Bk.;* et pauci sunt, *el cód.*
(18) *Bk.;* tyro, *el cód.*
(19) *Bk.;* alio tributo, *el cód.*

stris iudicibus et cum eis beatissimo archiepiscopo felicissimae huius urbis in unum (1) convenire, et causam examinare, et ad nos referre, quae eis videntur, et praesenti uti ad tuam celsitudinem lege (2), firmante, quae Anastasio piae memoriae de hoc placuit.

Cap. I

Et (3) sancimus, mille quidem centum ergasteria omnibus modis imminuta et omni datione pura servari sanctissimae maioris ecclesiae occasione decanorum seu lecticariorum (4), et defunctorum funeri deputata (5), nullo altero praeter eam decanum exigere (6) valente ab haereticorum aut alia qualibet sanctissima ecclesia, sed quod nuper a nobis ordinatum est valere, ut (7) octoginta (8) quidem ergasteria solvant (9) corpora, trecenta vero in nummo (10) exigantur. Quod vero hinc colligitur, iam sacra nostra pragmatica definivit lex, ad quid competens est expendi; subrogari (11) vero semper quod cadit. Modus quoque, secundum quem erit subrogatio (12), ab Anastasii piae memoriae dispositus est iussionibus. Haec quidem sine (13) tributis manere et omni excepta functione sancimus, neque ipsis ergasteriis, neque praepositis collegiorum ea praebentium (14), qualecunque (15) sustinentibus damnum aut tributum agnoscentibus.

DE QUE EN LO SUCESIVO NO SE HAGAN FICTICIAMENTE CON EL PIADOSÍSIMO EMPERADOR PERMUTAS DE BIENES ECLESIÁSTICOS, Y DE ESTE MODO PASEN LOS BIENES Á OTRAS PERSONAS, SINO QUE ELLAS SE HAGAN SOLAMENTE CON LA CASA IMPERIAL; Y DE QUE SEA LÍCITO QUE POR ORATORIOS SE HAGAN ENFITEUSIS PERPÉTUAS Á OTROS ORATORIOS, HABIÉNDOSE, Á LA VERDAD, INTERPUESTO DECRETO, EXCEPTUADA ESTA IGLESIA MAYOR, PERO SIN QUE LA ENFITEUSIS PASE Á UNA PERSONA PRIVADA

(Colección V. título 8)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Menna, *Arzobispo de Constantinopla.*

Prefacio

Escribimos hace poco una ley que prohibe ciertamente las enajenaciones eclesiásticas, y que permite la sola permuta á las santísimas iglesias, y también á la santísima iglesia mayor de esta felicísima ciudad, cuando el imperio hubiere querido recibir alguna cosa de alguna de las venerables casas. Después escribimos, á la verdad, otra ley, en la cual exceptuamos la santísima iglesia mayor, permitiendo algunas enajenaciones, que indica aquella ley. Mas hemos sabido, que algunos con-

(1) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* quidem, *Cont.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.;* propter, *Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb.;* eis, *adicionan las ed.*
(4) autem etiam, *Bk.*
(5) *El texto griego se halla en Scrimg. pero no en Hal.— Hay un epitome en Coll. const. eccl. III. 2. 9.—Iulian. Const. 49.—La versión latina es la antigua de la glosa.*
(6) legitimas, *adicionan el cód. Hamb., y Trid.*
(7) *Port.;* eo quod, *el cód. Hamb., Trid., y Cont.*

capitulum, quod de permutatione competentium rerum sanctissimis domibus ad imperium scripsimus, ad artem legi contrariam converterunt, postulaveruntque nos quidem a sanctissima ecclesia accipere, his autem haec dare, hinc aggressi sunt multi quidem, similibus petitionibus utentes (1), sacram circumvenire constitutionem. Quaecunque ergo gesta sunt a nobis usque ad praesentem diem, haec sub schemate, quod nunc est, valere volumus, nullo permutando horum, quae iam a nobis cum sanctissima ecclesia in talibus contractibus gesta sunt, aut cum iis, qui haec a nobis perceperunt.

virtieron en artificio contrario á la ley el capítulo de la primera constitución, que escribimos sobre la permuta de bienes que competen á las santísimas casas con el imperio, y pidieron que ciertamente los recibiéramos nosotros de la santísima iglesia, pero que se los diéramos á ellos, por lo que se nos dirigieron, á la verdad, muchos, formulando análogas peticiones, para burlar la sacra constitución. Así, pues, queremos, que todo lo que por nosotros ha sido hecho hasta el presente dia subsista en el estado en que ahora existe, no debiéndose alterar nada de lo que ya ha sido hecho por nosotros en tales contratos con la santísima iglesia, ó con los que tales cosas recibieron de nosotros.

Cap. I

De cetero autem sancimus, nulli penitus ullam esse licentiam aliquid tale agere, sed illas solas valere permutationes, quae ad imperialem domum in hoc factae sunt, ut perpetuo apud imperium maneant, et non transferantur ad privatum, neque illarum ius per medium imperium ad eos proficiscatur. Sed si quid tale fiat, licentiam damus reverendissimis oeconomis res apprehendere huiusmodi, et trahere eas rursus ad sanctissimam ecclesiam, tanquam si nec ab initio contigisset permutatio harum ad imperium facta (2), sed servari hoc schema in perpetuum ex praesenti die inchoatum; omnibus, quae dudum, sicut praediximus, post priorem legem secundum modum praedictum gesta sunt, ratis manentibus, eo quod illa quidem, quae sic facta sunt, a viris gesta sunt (3). Nunc autem quidam volunt, illorum exemplo utentes, et nobis esse molesti, et sanctissimam maiorem ecclesiam huius felicissimae civitatis circumvenire. Quod per omne tempus nullo modo fieri volumus. Sed et si quolibet fiat (4) schemate, hoc etiam infirmum esse, et a sanctissima maiore ecclesia in perpetuum vindicari (5), nulla ei temporis praescriptione in hoc obiicienda.

Capitulo I

Pero mandamos para lo sucesivo, que absolutamente nadie tenga licencia alguna para hacer alguna tal cosa, sino que sean válidas solas aquellas permutas que se le hicieron á la casa imperial con el objeto de que perpétuamente permanezcan en poder del imperio, y no sean transferidas á un particular, ni el derecho sobre ellas pase á aquéllos por medio del imperio. Pero si se hiciera alguna tal cosa, les damos licencia á los reverendísimos ecónomos para apoderarse de estos bienes, y llevarlos de nuevo á la santísima iglesia, como si ni en un principio hubiese tenido lugar la permuta de ellos hecha con el imperio; mas este orden se observará perpétuamente comenzando desde el presente dia; subsistiendo válido todo lo que, según ya hemos dicho, se hizo en otro tiempo después de la ley anterior en la forma antes expresada, porque ciertamente que lo que de tal modo se hizo fué hecho por varones. (*) Pero ahora quieren algunos, siguiendo el ejemplo de aquéllos, sernos molestos, y perjudicar á la santísima iglesia mayor de esta felicísima ciudad. Lo que de ningún modo queremos que se haga en tiempo alguno. Pero si de alguna manera se hiciese, sea también nulo, y hágase perpétuamente por la santísima iglesia mayor la reivindicación, sin que se le haya de oponer en esto ninguna prescripción de tiempo.

Cap. II

Illud quoque sancimus, ut aliis omnibus de iure emphyteuseos sancitis et in sanctissima maiore ecclesia, et in aliis omnibus venerabilibus domibus proprium robur habentibus, licentia sit sanctissimis ecclesiis et venerabilibus domibus ad invicem et emphyteusin perpetuam agere, decreto quippe in hoc (6) faciendo; excepta quidem hac (7) sanctissima maiore ecclesia, in hoc autem (8) celebrata emphyteusi, ut non ad privatam personam extendi omnino possit.

Capitulo II

También mandamos, que, conservando su propia fuerza todo lo demás que ha sido sancionado sobre el derecho de enfiteusis, tanto respecto á la santísima iglesia mayor, como en cuanto á todas las otras venerables casas, tengan licencia las santísimas iglesias y las venerables casas para hacer entre sí enfiteusis perpétua, haciéndose ciertamente decreto para esto; quedando, á la verdad, exceptuada esta santísima iglesia mayor, pero celebrándose la enfiteusis de modo, que de ninguna manera pueda extenderse á una persona privada.

Epilogus

Tua igitur beatitudo quae iussa sunt a nobis custodiat, et iis, qui sub ea metropolitanas sedes habent, faciat manifesta, ut et ipsi quae nobis placuerunt cognoscentes, nihil horum praevaricari

Epilogo

Por tanto, guarde tu beatitud lo que por nosotros ha sido mandado, y hágaselo manifiesto á los que dependientes de ella tienen sedes metropolitanas, para que conociendo también ellos lo que nos ha

(1) *El cód. Hamb., y Trid.;* nitentes, *Port. y Cont.*
(2) *Bk.;* permutationes—factas, *el cód. Hamb., y las ed.*
(3) *En la Vulgata hay aquí una laguna, que atendiendo al griego suplió Bk. en su edición estereotipada, de este modo:* gesta sunt, qui non machinantes neque malignantes fecerunt, sed etiam a nobis ad hoc incitati venerunt. *(que no lo hicieron ni por maquinación, ni por malicia, sino habiendo sido incitados á ello también por nosotros).*

(4) *El cód. Hamb.;* si fiat quolibet, *las ed.;* si fiat sub quolibet, *Bk. ed. estereotipada.*
(5) posse. *adiciona Bk. en su ed. estereotipada.*
(6) *Bk. ed. estereotipada; omítela el cód. Hamb.;* hoc, *Trid.;* hic, *Port., y Cont.*
(7) hic, *Bk ed. estereotipada.*
(8) *El cód. Hamb., y Port.;* autem, *omítenla Trid., y Cont.*
(*) Véase la nota 3.

praesumant. Erit enim universis a deo iudicium et exinde poena, si quid praeter haec aut ipsi egerint, aut agi permiserint.

Dat. XV. Kal. Nov. CP. imper. DN. IUSTINIANI PP. A. anno XI., post BELISARII V. C. cons. anno II. Indictione prima. [537.]

CONST. LVI (1)

UT EA, QUAE VOCANTUR INSINUATIVA SUPER CLERICIS, IN MAIORE QUIDEM ECCLESIA (2) DENTUR; IN ALIIS AUTEM ECCLESIIS PENITUS NON DENTUR

(Coll. V. tit. 9.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* MENNAE, *Archiepiscopo regiae civitatis Constantinopolitanae.*

Praefatio

Plurimas aditiones suscipientes hanc legem dirigere ad tuam beatitudinem iustum existimavimus. Qui enim ordinantur a tua reverentia clerici in sanctissimis ecclesiis (absque tamen sanctissima maiori ecclesia), omnium patiuntur crudelissima, non suscipientibus eos illic clericis (3) ante, quam quantum voluerint accipiant aurum. Et novimus hoc ex frequentibus aditionibus de hoc factis nobis.

Cap. I

Sancimus igitur beatitudinem tuam hoc validissime custodire, et (4), si quid (5) quidem consuetudo est dare eos, qui ordinantur in sanctissima maiore ecclesia, hoc eos praebere (nihil enim de iis, quae dantur in sanctissima maiore ecclesia, novamus), praeterea vero in aliis omnibus nulli in eis clericorum licentiam esse penitus pro iis, quae vocantur insinuativa, aliquid ferre. Sed et si quis tale aliquid egerit, illum quidem privari sacerdotio, in illius autem officium (6) introire qui missus est, et hanc eum avaritiae ferre mercedem; custodire vero hoc etiam deo amantissimos defensores sanctissimae maioris ecclesiae, poenam formidantes decem librarum auri, si quid horum neglexerint, sed gratis omnia procedere. Domini etenim dei functiones (7) et ministeria non per venditionem, nec per mercationem fieri aliquam volumus, sed pure et citra redemtionem; sic enim re (8) digni fient, nulla venditione ac mercatione facienda.

Epilogus

Tua igitur beatitudo et qui postea in pontificalibus accesserint sedibus quae a nobis ordinata sunt

parecido bien, no se atrevan á infringir ninguna de estas disposiciones. Pues todos estarán sujetos al juicio de Dios y á la consiguiente pena, si contra esto hubieren hecho ellos mismos, ó permitido que se haga, alguna cosa.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Noviembre, en el año undécimo del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, segundo después del consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido, Indicción primera. [537.]

CONSTITUCION LVI

DE QUE CIERTAMENTE EN LA IGLESIA MAYOR SE DÉ LO QUE RESPECTO Á LOS CLÉRIGOS SE LLAMA INSINUACIONES; PERO DE NINGÚN MODO SE DÉ EN LAS DEMÁS IGLESIAS

(Colección V. titulo 9.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *Arzobispo de la real ciudad de Constantinopla.*

Prefacio

Como quiera que recibimos muchas representaciones, hemos estimado justo dirigir esta ley á tu beatitud. Porque los que por tu reverencia son ordenados clérigos en las santísimas iglesias, (exceptuada, sin embargo, la santísima iglesia mayor), sufren las mayores crueldades, por no admitirlos en ellas los clérigos antes de recibir cuanto dinero hubieren querido. Y tenemos conocimiento de esto por las frecuentes representaciones que sobre ello se nos han hecho.

Capítulo I

Así, pues, mandamos, que tu beatitud guarde esto con muchísima escrupulosidad, y que, si ciertamente hay costumbre de que den alguna cosa los que en la santísima iglesia mayor son ordenados, la den ellos, (porque nada innovamos en cuanto á lo que se da en la santísima iglesia mayor), pero que, exceptuada ésta, no tenga en todas las demás ninguno de los clérigos de ellas en modo alguno licencia para recibir alguna cosa por lo que se llama insinuaciones. Pero si alguien hubiere hecho alguna tal cosa, sea él ciertamente privado del sacerdocio, y el que fué enviado entre en el puesto de aquél, y obtenga éste tal merced por su avaricia; y guarden esto también los defensores de la santísima iglesia mayor, amantísimos de Dios, temiendo la pena de diez libras de oro, si hubieren desatendido alguna de estas disposiciones, pues todo ha de hacerse gratuitamente. Porque queremos que los servicios y los ministerios del señor Dios se desempeñen no mediante venta, ó por comercio alguno, sino puramente y sin tráfico; porque así se harán dignos de la cosa, no haciéndose ninguna venta y negociación.

Epilogo

Por tanto, apresúrense tu beatitud y los que después llegaren á las sedes pontificales á llevar á

(1) *El texto griego se halla en Scrimg. pero no en Hal.—Hay un epitome en Coll. const. eccl. III. 1. 11. y en Coll. 87. capitul. cap. 18.— Exprésase abreviadamente el sentido en (Ioannis) Nomoc. App. 7.—Iulian. Const. 50 —La versión latina es la antigua de la glosa.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.;* ecclesia quidem, *Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb.;* ecclesiis, *las ed.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.;* ut, *Port., y Cont.*

(5) *El cód. Hamb.;* quid, *omitenla las ed.*
(6) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* officio, *Cont.*
(7) *Bk. ed. estereotipada;* deum etenim et defunctiones, *el cód. Hamb.;* Demum etenim defunctiones, *Trid.;* Deinde etenim defunctiones, *Port., y Cont.;* Domini dei etenim defunctiones, *conjetura Spang. Otros* domini enim functiones etc., *Port. al márgen.*
(8) *Bk.;* rei, *el cód. Hamb., y las ed.*

et per hanc declarata sunt legem operi effectuique tradere festinet.

Dat. III. Kal. Novemb. CP. imp. DN. IUSTINIANI Aug. anno XI., post BELISARII V. C. cons. anno II. [537.]

CONST. LVII (1)

UT CLERICI, QUI RECEDUNT, ALIIS PRO EIS SUBROGATIS, PRAEBEANT SUBROGATIS EMOLUMENTA, RECEDENTES AUTEM REMEARE VOLENTES NON SUSCIPI; ET UT, SI QUIS AEDIFICANS ECCLESIAM AUT ALITER IN EADEM SERVIENTIBUS MINISTRANS EMOLUMENTA VOLUERIT ALIQUOS CLERICOS INSTITUERE, NON FORTUITO (2) EOS, SED PROBATIONE SANCTISSIMI PATRIARCHAE SUSCIPIAT

(Coll. V. tit. 10.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* MENNAE, *sanctissimo huius regiae urbis Archiepiscopo et universi eius tractus Patriarchae* (3).

Praefatio

Plurimi saepe clerici quibusdam orationis (4) observientes domibus, aut etiam forte ab aliquibus prius instituti, ministrantur eis ab aliquibus (5) solennes expensae, deinde separant semetipsos divinis (6) omnino sacramentis, propter quas ipsi noverunt causas, aut pro qualibet occasione recedunt omnino a sanctissima, in qua constituti sunt, ecclesia.

Cap. I

Sancimus igitur, non ex hoc fieri prohibitionem sacro ministerio, sed alios subrogari a deo amantissimis episcopis, sub quibus ipsae constitutae sunt ecclesiae, et eos haec accipere. Non enim volumus aliquibus dari lucra, quae iam eis (7) per ipsos aut propter ipsos expendebantur sanctissimis ecclesiis, quoniam nolumus per quamlibet occasionem lucrum aliquos facere ex aliorum fraudatione, sed quae ab initio ministrabantur, semper dari, et non sacrum ex hoc ministerium corrumpi. Non exsistente licentia, postquam statuti sunt (8) aliqui pro prioribus clericis aut a sanctissimo patriarcha, aut a provincialibus episcopis, rursus recedentes denuo remeare velle, et expellere subrogatos, et cogi duplicia ministrare eos, qui faciunt talem expensam, dare etiam (9) subrogatis, et denuo remeare volentibus, sed illos quidem revertentes non suscipi, qui vero post decessum priorum statuti sunt, eis dari emolumenta, nullo lucro (10) hinc ministrantibus accesso (11). Talia lucrari nitentibus ex sua substantia omnino praebentibus his, qui ab eis statuti sunt, emolumenta et omnes expensas, heredibusque (12) eorum et successoribus, scientibus, quia, si etiam post haec fraudaverint, certa possessio deputabitur

ejecución y efecto lo que por nosotros ha sido ordenado y por esta ley declarado.

Dada en Constantinopla á 3 de las Calendas de Noviembre, en el año undécimo del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto, segundo después del consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [537.]

CONSTITUCION LVII

DE QUE LOS CLÉRIGOS QUE ABANDONAN SU IGLESIA PAGUEN, HABIENDO SIDO SUBROGADOS OTROS EN EL LUGAR DE ELLOS, LOS EMOLUMENTOS Á LOS SUBROGADOS, Y DE QUE NO SEAN ADMITIDOS LOS QUE QUIERAN VOLVER Á ELLA; Y DE QUE, SI ALGUIEN QUE EDIFICA UNA IGLESIA Ó QUE DE OTRO MODO SUMINISTRA LOS EMOLUMENTOS Á LOS QUE EN LA MISMA PRESTAN SERVICIO QUISIERA NOMBRAR ALGUNOS CLÉRIGOS, NO LOS ADMITA AL ACASO, SINO CON LA APROBACIÓN DEL SANTÍSIMO PATRIARCA

(Colección V. titulo 10.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *santísimo Arzobispo de esta real ciudad y Patriarca de toda su región.*

Prefacio

Con frecuencia á muchos clérigos que prestan sus servicios en algunas casas de oración, ó que también fueron acaso nombrados antes por algunos, se les suministran por éstos los gastos acostumbrados, y luego se separan ellos mismos por completo de los divinos sacramentos, por causas que ellos solos conocen, ó con cualquier pretexto se marchan para siempre de la iglesia en que se hallan constituídos.

Capitulo I

Así, pues, mandamos, que no se cause por esto impedimento al sagrado ministerio, sino que por los obispos, amantísimos de Dios, bajo los que se hallan constituídas las mismas iglesias, sean subrogados otros, y que éstos reciban tales emolumentos. Porque no queremos que se den á cualesquiera los lucros, que por ellos ó por causa de ellos se les satisfacían ya á las santísimas iglesias, pues no queremos que con cualquier ocasión algunos realicen lucro por virtud de defraudación de otros, sino que siempre se dé lo que desde un principio se suministraba, y que por esto no sufra menoscabo el sagrado ministerio. Y no será lícito, después que en lugar de los anteriores clérigos hayan sido establecidos otros ó por el santísimo patriarca, ó por los obispos provinciales, que los que regresan quieran volver de nuevo, y expulsar á los subrogados, ni que los que sufragan tales gastos sean obligados á suministrarlos duplicados, y á dárselos así á los subrogados, como á los que de nuevo quieren volver, sino que ciertamente no sean admitidos los que vuelven, y los emolumentos se les den á los que fueron establecidos después de la partida de los anteriores, sin que por esto les sobre-

(1) *El texto griego se halla en Hal., como Novela 58., y en Scrimg.— Hay un epitome en Coll. const. eccl. III. 1. 12.— Iulian. Const. 51.—La versión latina es la antigua de la glosa.*
(2) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* fortuite, *Cont.*
(3) Mennae archiepiscopo Constantinopolitano, *el códice Hamb., y Trid.*
(4) oratoriis. *Bk. ed. estereotipada.*
(5) ab aliquibus, *omitelas Bk.*
(6) a divinis, *Bk.*
(7) eis, *omitela Bk.*
(8) *El cód. Hamb.;* fuerint, *las ed.*
(9) et dare et, *Bk. ed. estereotipada.*
(10) *Bk.;* vero, *el cód. Hamb., y las ed.*
(11) accessu, *Trid., Port., y Cont.;* accedente, *Bk. En el cód. Hamb. faltan las palabras* ministrantibus accessu.
(12) *El cód. Hamb., y Trid.;* heredibus, *Port., y Cont.*

ex eorum substantia sacris nostris privatis (1), ut hinc ministratio eis fiat.

venga ningún lucro á los que los suministran. Debiendo los que intenten obtener tales lucros pagar en todo caso, de sus propios bienes, á los que por ellos fueron establecidos, y á sus herederos y sucesores, los emolumentos y todos los gastos, teniendo entendido, que, si aun después de estas disposiciones hubieren cometido algún fraude, se les asignará á nuestros sacros bienes privados cierta posesión de los bienes de los mismos, para que con ellos se les haga el suministro.

Cap. II

Illud quoque ad honorem et cultum sedis tuae decernimus, ut (2) si quis aedificans ecclesiam, aut etiam aliter expendens in ea ministrantibus alimenta voluerit aliquos clericos statuere, non esse ei fiduciam ullam quos vult per potestatem deducere tuae reverentiae ad ordinandos eos, sed eos examinari (3) a tua sanctitate, sententiaque tua, et qui pontificalem sedem rexerit, semper hos suscipere ordinationem, qui et (4) tuae beatitudini, et qui postea (5) opportuni videbuntur exsistere et dei ministerio digni, ut non profanentur sancta dei (hoc videlicet quod sacris sancitur eloquiis), sed intacta haec et ineffabilia tremendaque constituta sancte et deo amabiliter et venerande tractari.

Capitulo II

Mandamos también en honor y reverencia de tu sede, que si alguno que edifica una iglesia, ó que también de otro modo paga los alimentos à los que en ella ejercen ministerio quisiere nombrar algunos clérigos, no tenga él facultad alguna para presentar por su potestad á tu reverencia, para que sean ordenados, los que él quiere, sino sean éstos examinados por tu santidad, y por decisión tuya y del que rigiere la sede pontifical reciban siempre la ordenación los que á tu beatitud y á sus sucesores les pareciere que son aptos y dignos del ministerio de Dios, á fin de que no sean profanadas las cosas santas de Dios, (lo que ciertamente se dispone en las sagradas escrituras), sino que siendo puras, inefables y temibles, sean tratadas santamente, de manera grata á Dios y con veneración.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, beatitudinem tuam servare perpetuo sancimus, cognoscentes, quia non minus nobis cura est sanctarum ecclesiarum conservare utilitatem, quam ipsius animae.

Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. anno XI., post BELISARII V. C. cons. anno II. [537.]

Epilogo

Por tanto, mandamos, que tu beatitud guarde perpétuamente lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta sacra ley, porque sabemos que no es menor cuidado para nosotros el de conservar la utilidad de las santas iglesias, que el de la misma alma.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Noviembre, en el undécimo año del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, segundo después del consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [537.]

CONST. LIX (6)

UT IN PRIVATIS DOMIBUS SACRA MYSTERIA (7) NON FIANT

(Coll. V. tit. 12.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* MENNAE, *Archiepiscopo regiae civitatis Constantinopolitanae* (8).

Et priscis sancitum est legibus, nullis penitus esse licentiam domi quae sacratissima sunt agere, sed publice sinere procedere in credulitatem (9) et dei culturam secundum sanctionem de his sacratis actibus traditam. Et nos autem (10) hanc in praesenti ponimus legem, quam cum omni cautela tenere volumus. Omnibus enim interdicimus magnae huius civitatis habitatoribus, magis autem etiam totius nostrae ditionis, in domibus suis habere quasdam quasi orationis (11) domus, et in his sacra celebrare mysteria, et hinc fieri quaedam catholicae et

CONSTITUCION LIX

DE QUE EN CASAS PRIVADAS NO SE CELEBREN LOS SAGRADOS MISTERIOS

(Colección V. titulo 12.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *Arzobispo de la real ciudad de Constantinopla.*

También en las antiguas leyes se dispuso, que nadie absolutamente tuviera licencia para hacer en su casa las cosas que son sacratísimas, sino que dejara que públicamente se celebrasen para la creencia en Dios y para su culto con arreglo á la sanción establecida sobre estos actos sagrados. Y nosotros establecemos también al presente esta ley, que queremos subsista con todo vigor. Les prohibimos, pues, á todos los habitantes de esta grande ciudad, y aun más bien también á los de todo nuestro imperio, que tengan en sus casas unas como casas de

(1) substantia subrogatis, *el cód. Hamb.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.;* ut, *omitela Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb.:* sed examinari, *Trid., Port., y Cont.;* sed deductos examinari, *Bk. Acaso seria mejor leer* sed deductos eos examinari.
(4) *El cód. Hamb., y Trid.;* et, *omitenla Port., y Cont.*
(5) post eam, *Bk.*
(6) *El texto griego se halla en Srimg., pero falta en Hal.* —*Hay un epitome en Coll. const. eccl. III. 1. 6., en Phot. Nomoc. III. 14., y en (Ioannis, Nomoc. tit. 18.—Iulian. Const. 52.* —*La versión latina es la antigua de la glosa.*
(7) ministeria, *el cód. Hamb , y Trid.*
(8) Ioanni P. P., *el cód. Hamb., y Trid.*
(9) procedere et credulitatem. *Bk. ed. estereotipada.*
(10) *El cód. Hamb., y Trid.;* etiam, *Port., y Cont.*
(11) *El cód. Hamb.;* orationum, *las ed.*

apostolicae traditioni extranea. Sed si quidem domos ita simpliciter aliqui habere putant oportere in sacris suis, orationis videlicet solius gratia, et nullo celebrando penitus horum, quae sacri sunt mysterii, hoc eis permittimus. Invidia enim nulla est, si volunt citra (1) haec habere habitacula quaedam, et in eis tanquam in sacris orare, aliis autem omnibus abstinere, nisi tamen in eis voluerint aliquos invitare clericos, hic quidem sanctissimae maioris ecclesiae, et sub ea sanctissimarum domuum, voluntate ac probatione sanctissimi archiepiscopi ad hoc deputatos, in provincia vero deo amabilium episcoporum. Nulla novitate sedi eius beatitudinis ex praesente nostra lege facienda circa exsistentia ei quolibet modo in ordinationibus aut gubernationibus hic aut in provinciis iura, sed omnibus (2) competentibus ei quolibet modo et tempore ratis nunc et in reliquum omne (3) tempus servandis. Sancimus (4) tuam haec conservare gloriam, ut manifesta omnibus per litteras proprias constituere, quatenus per omnia valeat lex. Haec enim et gloriosissimo praefecto felicis huius urbis, et sanctissimo archiepiscopo et universali patriarchae praecipimus (5), ut ex civili et sacerdotali virtute haec perpetue custodiantur. Sciant enim et ipsi domuum domini, quia, si non haec custodierint, ipsi quidem sub imperiali fient motu, domus autem, in quibus aliquid tale agitur, et publicae fient, et sub sacratissimum nostrum aerarium deducentur. Si autem et aliquos contingat tale aliquid in suis habere domibus, sciant, quod, nisi intra tres menses, ex quo haec lex insinuata fuerit, haec correxerint, et ad figuram a nobis ordinatam deduxerint, sub praedicta poena fient. Haec autem agi cum veritate, non per aliquam calumniam volumus; veracium enim solummodo sumus amatores. Haec sancimus tuam custodire celsitudinem, et nihil tale fieri concedere. Scito enim, quia, si didicerimus quod (6) tibi tale aliquid denunciatum, deinde non prohibuisti aut tu, aut successores tui cinguli futuri, ipse quidem quinquaginta librarum auri expones poenam, et qui successores cinguli tui fuerint, parens autem tibi officium idem sustinebit damnum, quia rem nobis studiosam, et sanctissimae ecclesiae custodientem unitatem, et prohibentem, quae a nobis aperte interdicta sunt, agi latenter passum est et (7) despicere commissum; et circa ipsum cingulum periclitabitur, insuper et ipsam domum, in qua aliquid tale agitur, fieri publicam, et sub sacratissimum venire aerarium.

Scriptum autem est a nobis et sanctissimo patriarchae felicis huius urbis, ut et ipse huius ponat rei providentiam. Volumus enim sacerdotaliter et iudicialiter haec servata durare in reliquum tempus immutilata.

oración, y en ellas celebren los sagrados misterios, y de este modo se hagan algunas cosas que son extrañas á la tradición católica y apostólica. Pero si ciertamente creen algunos que les conviene tener sencillamente tales casas en sus hogares, por supuesto, con el solo objeto de hacer oración, y sin que se haya de celebrar absolutamente nada de lo que es propio del sagrado misterio, se lo permitimos. Porque no hay ninguna odiosidad, si prescindiendo de esto quieren tener algunas habitaciones, y orar en ellas como en lugar sagrado, pero abstenerse de todas las demás cosas, á no ser, sin embargo, que á ellas quisieren invitar á algunos clérigos, que aquí ciertamente sean designados para esto por voluntad de la santísima iglesia mayor, y de las santísimas casas dependientes de ella, y con la aprobación del santísimo arzobispo, y en provincias con la de los obispos amantes de Dios. No debiéndose hacer innovación alguna por nuestra presente ley á la sede de tu beatitud respecto á los derechos que de cualquier modo tenga aquí ó en las provincias en las ordenaciones ó administraciones, sino debiéndose conservar ahora y en todo el tiempo futuro válidos todos los que en cualquier modo y tiempo le competen. Mandamos que tu gloria guarde esto, y lo haga manifiesto á todos por medio de propias cartas, á fin de que en todo tenga validez esta ley. Porque esto se lo mandamos también al gloriosísimo prefecto de esta feliz ciudad, y al santísimo arzobispo y patriarca universal, para que esto se guarde perpétuamente por la autoridad civil y por la sacerdotal. Porque sepan también los mismos dueños de las casas, que si no guardaren estas disposiciones, caerán ellos ciertamente bajo la acción imperial, pero las casas en que se ejecuta alguna tal cosa serán hechas públicas, y adjudicadas á nuestro sacratísimo erario. Pero si acontece que algunos tienen en sus casas alguna tal cosa, sepan que si dentro de tres meses, desde que esta ley hubiere sido promulgada, no la hubieren corregido, y reducido á la forma ordenada por nosotros, se constituirán bajo la susodicha pena. Mas queremos que esto se haga con verdad, no mediante alguna calumnia; porque solamente somos amantes de los veraces. Mandamos que tu excelsitud guarde estas disposiciones, y que no permita que se haga alguna tal cosa. Porque ten entendido, que si supiéremos que se te denunció alguna tal cosa, y que después no la prohibisteis tú, ó los que hayan de sucederte en el cíngulo, tú mismo y los que fueren sucesores tuyos en el cíngulo pagaréis ciertamente la pena de cincuenta libras de oro, y los oficiales que te están subordinados sufrirán la misma pena, porque consintieron que se hiciera ocultamente cosa que está á nuestro cuidado, y que conserva la unidad de la santísima iglesia, y que prohibe lo que por nosotros ha sido terminantemente prohibido, y desatendieron lo que se hizo; y se correrá riesgo en cuanto al mismo cíngulo, y además la casa en que se ejecuta alguna tal cosa será hecha pública, y será adjudica al sacratísimo erario.

Mas se ha escrito por nosotros también al sacratísimo patriarca de esta feliz ciudad, para que también él tome providencia sobre este particular. Porque queremos que observadas estas disposiciones por los sacerdotes y los jueces subsistan incólumes en el tiempo futuro.

(1) *El cód. Hamb., y Trid.:* circa, *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb.;* etiam, *adicionan las ed.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.:* omne reliquum, *Port., y Cont.*
(4) autem, *adiciona Bk.*
(5) praecepimus, *Bk ed. estereotipada.*
(6) quia, *el cód. Hamb.;* quod, *omítenla Trid., y Port*
(7) *El cód. Hamb., Trid., y Port.:* et, *omítela Cont.*

Dat. III. Non. Novemb. CP. imp. DN. IUSTINIANI PP. A. anno XI. post BELISARII V. C. cons. ann. II. [537.]

CONST. LX (1)

DE DEBITA IMPENSA IN EXSEQUIIS DEFUNCTORUM

Idem Imperator Aug. IOANNI, *Praefecto Praetorio iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Singula bonorum operum a nobis dei auxilio oportet accipere principium, aut si qua ea, quae ab aliis facta sunt bona, secuta est corruptio, hanc emendari a nobis et in antiquum reduci ordinem, ut nos aut factione rei aut correctione ad bonos actus studeamus habere semper participium. Quale videlicet aliquid et super exsequiis defunctorum factum non recte, perspeximus emendare, et donare hominibus (2), ne duplicem sustineant difficultatem, simul quidem, ut quae sua sunt amittant, simul autem, ut pro se damnificentur. Sed quod Constantinus piae memoriae recte cogitans disposuit, et post haec Anastasius piae memoriae firmavit, adiiciens etiam reditus causae, hoc nos ipsi, quum periculum patiatur cadere, reparare et dare cum omni cautela et terminis competentibus cogimur, illud facientes manere immortale. Constantino enim piae memoriae nongenta octoginta (3) ergasteria (4) ex diversis corporibus felicissimae huius urbis sine tributis dante sanctissimae maiori ecclesiae, Anastasio vero piae memoriae non solum ergasteriis illis quinquaginta et centum adiiciente, sed et reditum certum largiente per duas pragmaticas formas, quatenus quod ex ipso reditu colligitur aurum, proficiat ad ea, quae dantur a deo amabilibus oeconomis his, qui ad hoc laborant, plurimi plerumque adierunt nos, dicentes non similiter causam procedere, neque sine mercede fieri defunctorum exsequias, sed exigi amare, et inveniri plurima foris nomina et corpora, quae etiam invitos exigunt lugentes, et cogunt dare non habentes. Haec omnia iustum iudicavimus competente correctione digna facere.

Cap. I

Primum itaque ea, quae per ergasteria plurimam susceperunt laesionem et deminutionem, ad plenum restituimus sanctissimae maiori ecclesiae, sacram propter hoc scribentes formam ad urbis praefecturam, quatenus ipsa cum obediente sibi officio traderet mille centum ergasteria omnibus modis deo amantissimis ecclesiae defensoribus et oeconomis sanctissimae dictae ecclesiae, octingentis quidem in corporibus ergasteriorum praebendis deo amantissimis defensoribus, trecentis autem

(1) *El texto griego (Novela LIX.) se halla en Hal. y Scrimg. — Hay un brevísimo epitome en Coll. const. eccl. III. 2. 12. — Iulian. Const. 53. — La antigua versión latina, que no está entre las glosadas, fué publicada primeramente por Concio, (1571), tomándola de un códice manuscrito.*

Dada en Constantinopla á 3 de las Nonas de Noviembre, en el año undécimo del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, segundo después del consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [537.]

CONSTITUCIÓN LX

DE LOS GASTOS DEBIDOS PARA LAS EXEQUIAS DE LOS DIFUNTOS

El mismo Emperador Augusto, á JUAN, *segunda vez Prefecto del Pretorio, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Es menester que cada obra buena reciba, con el auxilio de Dios, principio de nosotros, ó que si á las buenas, que por otros se hicieron, ha seguido alguna corrupción, sea esta corregida por nosotros y reducida á su primitivo estado, de suerte que ó con la ejecución ó con la corrección de una cosa estudiemos siempre tener participación en los actos buenos. Así, pues, hemos determinado enmendar también respecto á las exequias de los difuntos algo que no se hacía debidamente, y beneficiar á los hombres, á fin de que no soporten doble quebranto, perdiendo al mismo tiempo lo que es suyo, y sufriendo perjuicio en cuanto á sí mismos. Mas como lo que, pensando rectamente, dispuso Constantino, de piadosa memoria, y confirmó después Anastasio, de pía recordación, añadiendo también rentas para la causa, corre peligro de caer en desuso, nos vemos precisados nosotros mismos á restaurarlo y á establecerlo con toda seguridad y en términos convenientes, haciendo que permanezca imperecedero. Porque habiendo dado á la santísima iglesia mayor Constantino, de piadosa memoria, exentos de tributos novecientos ochenta talleres de las diversas corporaciones de esta felicísima ciudad, y habiendo Anastasio, de pía recordación, no solamente agregado á aquellos talleres otros ciento cincuenta, sino también concedido cierta renta por medio de dos pragmáticas disposiciones, para que el dinero que por tal renta se reuna sirva para lo que por los ecónomos, amantes de Dios, se les da á los que en esto trabajan, muchos se nos dirigieron frecuentes veces, diciendo que la cosa no se ejecutaba con igualdad, y que las exequias de los difuntos no se hacían sin retribución, sino que se exigía con dureza, y que se hallaban muchos nombres y cuerpos fuera que la exigían también, contra la voluntad de éstos, á los que estaban de luto, y obligaban á que los que no tienen la dieran. Y hemos juzgado justo dignificar todo esto con la correspondiente corrección.

Capítulo I

Así, pues, primeramente restituimos en su plenitud á la santísima iglesia mayor las cosas que por los talleres sufrieron grande lesión y disminución, escribiendo con este objeto una sacra disposición á la prefectura de la ciudad, á fin de que ella misma, en unión con los oficiales que están á sus órdenes, entregase de todos modos mil cien talleres á los defensores de la iglesia, amantísimos de Dios, y á los ecónomos de dicha santísima iglesia, habiéndose de dar en cuerpos ochocientos obradores á los de-

(2) omnibus, *Cont.*

(3) *Se debería leer* quinquaginta, *porque el total de los talleres es mil ciento. El texto griego dice* ἐνν̣ακόσια πεντήκοντα.—*N. del Tr.*

(4) *Bk.*; nongentis octoginta ergasteriis, *Cont.*

dei cultoribus oeconomis, ut deo amabiles oeconomi habeant trecenta (1) ergasteria, et reditum ab Anastasio divae memoriae donatum, nequaquam querentes, tanquam minus sit, sed supplementum ex trecentorum ergasteriorum datione habentes, facere menstruorum expensas et decanis, et aliis ordinibus, deo vero amabiles defensores habentes octingenta ergasteria, et appellatos lecticarios praebere, et aliud ministerium facere, quod defunctorum exsequiae volunt, quatenus per hoc damna auferantur lugentium.

fensores, amantísimos de Dios, y trecientos á los ecónomos, que rinden culto á Dios, de suerte que los ecónomos, amantes de Dios, tengan trescientos obradores, y la renta donada por Anastasio, de divina memoria, no quejándose de ningún modo, como por ser menos, sino teniendo un suplemento con la dación de los trescientos obradores, para pagarles los gastos de provisiones mensuales á los decanos y á los otros órdenes, y teniendo los defensores, amantes de Dios, ochocientos obradores, para suministrar los llamados lecticarios, y hacer el demás servicio que requieren las exequias de los difuntos, á fin de que de este modo se les eviten perjuicios á los que están de luto.

Cap. II

Oportet ergo supradicta mille centum ergasteria custodiri et deo amabilibus oeconomis et defensoribus semper sine tributis et sine deminutione, et supplenda a gloriosissimo praefecto felicis huius urbis, si quis fiat (2) casus quolibet modo aut mutatio horum faciei aut mercationis, ut deo amabiles quidem oeconomi, habentes praediorum administrationem, quae sepulcris deputata sunt, habentes etiam sine tributis trecenta ergasteria, defensores autem octingenta, circa exsequias defunctorum faciant gubernationem, ea quidem (3), quae ex praediorum reditu accedunt, a deo amabilibus oeconomis dari (4) sepulturis, sicut descendentes diximus (5), adiecto etiam ex trecentis ergasteriis cremento, quod etiam ipsum in ipso opere percipere petierunt. Quia igitur mille centum ergasteriorum in hac exsistentium felici urbe plurima ceciderunt, praecipimus secundum praesens tempus repleri ea (6), et horum mille centum ergasteriorum numerum imminutum conservatum et sine tributo, divisum secundum dictum a nobis modum servari et deo amabilibus oeconomis, et dei cultoribus defensoribus, ut tamen non minus sint decani seu laboratores octingentis deputatis (7) deo amabilibus defensoribus, pro vero trecentis datis deo amabilibus oeconomis licentiam his esse iisdem deo amabilibus viris, si voluerint, in corporibus accipere trecenta ergasteria aut omnia, aut quaedam ex his, aut percipere occasione appellatorum excusatorum pecunias pro cunctis aut pro aliquibus ergasteriis, ipsasque pecunias, quas hactenus non habebant (sicut et ipsi nostram docuerunt potestatem), expendere circa defunctorum exsequias, ut et ex his pecuniis, et ex reditibus praediorum distributio fiat et decanis, et ascetriis, et canonicis, [et acoluthis], sicut descendentes ordinabimus (8). Iisdem enim deo amabilibus oeconomis docentibus, quia iam impossibile est ex praediis de cetero eundem reditum servari, recte nos trecentorum ergasteriorum crementum distribuimus huic parti, quatenus quod inculpabiliter hactenus datum est laborantibus circa funerum exsequias, et deinceps detur, hoc est per singulum mensem quadringentos solidos dividendos decanis, et acoluthis, et ascetriis, et canonicis secundum eam, quae hactenus apud eos tenuit, consuetudo (9), hoc est decanis quidem per singulos menses centum octoginta duos solidos, ascetriis autem nonaginta [unum] solidos, et acoluthis nonaginta unum solidos, et canonicis triginta et quinque (10) solidos, congregandos qui-

Capítulo II

Es, por tanto, conveniente que á los ecónomos y á los defensores, amantes de Dios, se les conserven siempre, exentos de tributos y sin disminución, los susodichos mil cien obradores, y que hayan de ser suplidos por el gloriosísimo prefecto de esta feliz ciudad, si de algún modo ocurriera la pérdida de alguno, ó cambio en el aspecto ó en el comercio de ellos, de suerte que teniendo ciertamente los ecónomos, amantes de Dios, la administración de los predios, que han sido designados para las sepulturas, y teniendo también, exentos de tributos, trescientos obradores, y ochocientos los defensores, tomen su disposición respecto á las exequias de los difuntos, y lo que ingrese por rentas de los predios dése por los ecónomos, amantes de Dios, para sepulturas, según más abajo diremos, agregándose también el incremento proveniente de los trescientos obradores, que asimismo pidieron percibir para la misma obra. Y como de los mil cien obradores existentes en esta feliz ciudad desaparecieron muchos, mandamos que al presente sean completados, y que conservado sin disminución el número de estos mil cien obradores, exentos de tributos, y dividido en la forma dicha por nosotros, sea mantenido así para los ecónomos, amantes de Dios, como para los defensores, que rinden culto á Dios, pero de suerte que los decanos ó trabajadores no sean menos de los ochocientos destinados á los defensores, amantes de Dios, y que respecto á los trescientos dados á los ecónomos, amantes de Dios, tengan estos mismos varones, amantes de Dios, licencia para recibir en cuerpos, si quisieren, ó todos los trescientos talleres, ó algunos de ellos, ó para percibir con ocasión de los llamados excusados cantidades de dinero, por todos ó por algunos talleres, é inviertan las mismas cantidades de dinero, que hasta ahora no tenían, (según ellos mismos informaron á nuestra potestad), en las exequias de los difuntos, de modo que así de estas cantidades, como de las rentas de los predios se haga la distribución para los decanos, las ascetas, las canonesas, y los acólitos, como más abajo ordenaremos. Porque habiéndonos hecho saber los mismos ecónomos, amantes de Dios, que ya es imposible que en lo sucesivo se cobre de los predios la misma renta, con razón le hemos dado á esta parte el aumento de los trescientos obradores, para que lo que sin menoscabo se dió hasta ahora á los trabajadores en las exequias de los difuntos se les dé también en lo sucesivo, esto es, para que se les hayan de repartir cuatrocientos sueldos cada mes

(1) *Bk.*; quadraginta, *Cont.*
(2) *Bk.*; faciat, *Cont.*
(3) gubernationem. Igitur ea quidem, *Bk.*
(4) dentur, *Bk.*
(5) *Mejor estaría* dicemus.

(6) *Bk.*; repleatur, *Cont.*
(7) *Bk.*: deputati, *Cont.*
(8) ordinavimus, *Cont.*
(9) consuetudinem, *Bk.*
(10) sex, *Bk.*

dem ab eisdem deo amabilibus oeconomis, solvendos autem in eos (1), qui consueverunt accipere, per sex menses.

á los decanos, á los acólitos, á las ascetas, y á las canonesas, según la costumbre que hasta hoy rigió entre ellos, à saber, á los decanos ciento ochenta y dos sueldos cada mes, á las ascetas noventa y un sueldos, á los acólitos noventa y un sueldos, y á las canonesas treinta y cinco sueldos, que deberán ser ciertamente reunidos por los mismos ecónomos, amantes de Dios, y pagados cada seis meses á los que acostumbraron á cobrarlos.

Cap. III

Oportet autem competentem quidem auri partem reverendissimis ascetriis dari per deo amabiles oeconomos secundum dictas inducias, Eugenio deo amabili diacono et xenodocho Sampsonis sanctae memoriae xenonis, et eius, qui per nos constitutus est, et his, qui erunt post eum deo amantissimi xenodochi memoratorum xenodochiorum, eo quod ascetriae ad hoc ministrantes opus sub xenodochis per tempus memoratorum venerabilium xenodochorum constitutae sint, quod autem contingit acoluthos et reverendissimas canonicas similiter dari ab iisdem deo amabilibus oeconomis, et qui nunc praesunt eis, et quibus per tempus praesulatus eorum (2) committitur, ut per eos distributio fiat praedeclaratis et sub eis constitutis ascetriis, et canonicis, nec non et acoluthis. Si vero retro fecerint circa talem solutionem deo amabiles oeconomi, et hoc palam fiat intra sex menses in secundo semestre veniente, si nullam fecerint solutionem, tunc omne, quod post primum semestre debetur, exigi semper a deo amabilibus oeconomis cum usura tertiae partis legitimae centesimae post semestre tempus; providentiam huius ponente per tempus sanctissimo archiepiscopo et patriarcha felicis huius urbis sanctissimae maioris ecclesiae.

Capitulo III

Mas es conveniente que la parte de este dinero que ciertamente compete á las reverendísimas ascetas sea dada en dichos plazos por los ecónomos, amantes de Dios, á Eugenio, diácono amante de Dios, y encargado del hospital de peregrinos de Sampson, de santa memoria, y del que ha sido establecido por nosotros, y á los que después de él fueren, amantísimos de Dios, encargados de los mencionados hospitales de peregrinos, porque las ascetas que sirven para este trabajo se hallan constituídas bajo la dependencia de los que á la sazón sean los mencionados venerables encargados de los hospitales de peregrinos, pero lo que les corresponde á los acólitos y á las reverendísimas canonesas sea igualmente dado por los mismos ecónomos, amantes de Dios, á los que hoy los presiden y á los que á la sazón se les encomiende la presidencia de los mismos, para que por ellos se haga la distribución á los susodichos, y bajo ellos constituídos, ascetas, canonesas, y acólitos. Mas si por los ecónomos, amantes de Dios, se retardare este pago, y esto se hiciera manifiesto dentro de seis meses en el segundo semestre venidero, si no hubieren hecho ningún pago, en este caso, todo lo que se debe después del primer semestre, exíjaselés siempre á los ecónomos, amantes de Dios, con el interés de la tercera parte del legal del uno por ciento mensual por el tiempo posterior al semestre; teniendo cuidado de esto el que á la sazón sea santísimo arzobispo y patriarca de la santísima iglesia mayor de esta feliz ciudad.

Cap. IV

Si autem et alter annus transeat, et neque sic aliquid exsolvant deo amabiles oeconomi reverendissimis mulieribus aut memoratis decanis, licentiam esse per tempus sanctissimo patriarchae non solum exigere deo amabiles oeconomos debitum cum dicta usura, sed etiam dare eos cogere, quaecunque decreta sunt, et, si voluerit sanctissimus patriarcha, expellere eos a gubernatione praediorum, et exigere horum faciem puram ab eis, qualis est. Horum omnium sollicitudinem ponente pro tempore beatissimo archiepiscopo et universali patriarcha, sub quo sunt et deo amabiles oeconomi, et omnis clerus, et universus sanctissimae maioris ecclesiae status.

§ 1.—His ita factis, nullum penitus ab invito percipere pro mortuo corpore humato (3) quidquam. Ut autem discreta sint omnia, sancimus, singulo lecto gratis dato unum asceterium dari ascetriarum aut canonicarum, non minus octo mulierum, praecedentium lectum et psallentium et tribus acoluthis (4), qui nihil penitus accipient. Si tamen quis

Capitulo IV

Mas si transcurriera también otro año, y tampoco de este modo pagaran cosa alguna los ecónomos, amantes de Dios, á las reverendísimas mujeres ó á los mencionados decanos, tenga licencia el que á la sazón sea santísimo patriarca, no solamente para exigir la deuda como hemos dicho á los ecónomos, amantes de Dios, sino también para obligarlos á dar todo lo que ha sido decretado, y, si así lo quisiere el santísimo patriarca, para expulsarlos de la administración de los predios, y para exigirles la integridad del aspecto que aquéllos tienen. De todo esto tendrá cuidado el que á la sazón sea beatísimo arzobispo y patriarca universal, bajo el cual están así los ecónomos, amantes de Dios, como todo el clero, y la universalidad del orden de la santísima iglesia mayor.

§ 1.—Hechas así estas cosas, nadie absolutamente perciba del que no tenga voluntad cosa alguna por la inhumación de un cadáver. Mas para que todo quede deslindado, mandamos, que habiéndosele suministrado gratuitamente á cada cual un féretro se le dé un solo asceterio de no menos de ocho mujeres ascetas ó canonesas, que precedan al

(1) *Bk.*; eis, *Cont.*
(2) *Bk. ed. estereotipada;* earum, *Cont.*

(3) *Bk. ed. estereotipada;* tutato, *Cont.*
(4) trium acoluthorum, *Bk.*

voluerit competentium defuncto et exsequias facientium ipse sponte, cogente nullo, et aliud asceterium unum aut duo aut etiam amplius assumere, hoc sit quidem eius munificentiae, tamen nec hoc indefinitum relinquimus, et hic eandem mensuram esse volumus harum, quae per munificentiam assumuntur, ascetriarum seu canonicarum, et acoluthorum, quam superius definivimus, non minus octo ascetrias seu canonicas esse, quae ex unoquoque asceterio assumuntur, et tres acoluthos per singulum asceterium.

féretro y salmodien, con tres acólitos, que no percibirán absolutamente nada. Mas si alguno de los parientes del difunto y de los que hacen las exequias hubiere querido espontáneamente, sin obligarle nadie, tomar otro asceterio, uno, ó dos ó aun más, corresponda esto ciertamente á su munificencia; pero tampoco esto lo dejamos indeterminado, y queremos que en este caso sea el mismo el número de las ascetas ó canonesas, que por munificencia se toman, y de los acólitos, que antes hemos determinado, no siendo menos de ocho ascetas ó canonesas las que por cada asceterio se tomen, y no menos de tres los acólitos por cada asceterio.

Cap. V

Dari (1) autem ascetriis seu canonicis his, quae circa id gratis ministrare sumuntur, si quidem intra novos muros felicis huius urbis sint exsequiae, usque ad ternos solidos, nihil ex hoc acoluthis penitus recipientibus, neque dividentibus haec cum reverendissimis ascetriis aut canonicis. Acoluthos autem, qui praeter tres gratis ministrantes sumuntur, si quidem alii tres sint, fieri contentos siliquis tribus, si vero sex, siliquis sex, et deinceps secundum hunc modum etiam de his gubernari. Certum vero est, quia, si et spatium plus (2) consistat, et qui lecto ministrant decani plures sint, et (3) asceteria plura, propter huius oneris partem etiam aliquid et ipsis dabitur secundum similitudinem ad asceteria disciplinae laborantium, ut differentia laboris videantur aliquod et ipsae habere hinc solatium. Videtur autem intra novos muros et transitus Iustinianarum seu Sycorum, quoniam non longe constitutae (4), neque eget (5) ampliori tempore vel labore ad veniendum ibi. Si vero foris novos muros felicis huius urbis exequiae fiant, aut etiam in alios transitus, citra quam dictum est, tunc ascetrias quidem seu canonicas dimidiam partem solidi accipere, neque hic communicantibus penitus ullo modo eis acoluthis, ipsis autem acoluthis in singulo asceterio quatuor accipientibus siliquas, et ultra haec nihil, secundum memoratam divisionem; asceterio sequente gratis datum lectum cum tribus acoluthis, et ipso omnino veniente per octo ascetrias aut canonicas, et tres, sicut dictum est, acoluthos, et nihil penitus accipientibus, neque per cereorum dationem exigentibus, et aliam mensuram adinvenientibus sub alio velamine.

Capítulo V

Mas á las ascetas ó canonesas, que se toman para que en esto presten gratuitamente servicio, dénseles, si las exequias se celebraran ciertamente dentro de los nuevos muros de esta feliz ciudad, hasta tres sueldos, sin que de ellos reciban nada absolutamente los acólitos, ni los dividan con las reverendísimas ascetas ó canonesas. Pero los acólitos, que se toman además de los tres que prestan gratuitamente servicio, si fueran otros tres, conténtense con tres silicuas, y si seis, con seis silicuas, y así sucesivamente regúlese esto en esta forma. Mas es cierto, que si la distancia fuera mayor, y fuesen más los decanos que prestan servicio para el féretro, y muchos los asceterios, se les dará también á los mismos alguna cosa por la parte de este trabajo á semejanza de los que trabajan en lo correspondiente á los asceterios, á fin de que parezca que por la diferencia de trabajo tienen también ellas alguna retribución. Mas se considera que está dentro de los nuevos muros también el tránsito de las Justinianas ó de los Sicoros, porque no se halla lejos, ni se necesita mayor tiempo ó trabajo para llegar allí. Pero si las exequias se hicieran fuera de los nuevos muros de esta feliz ciudad, ó aun en otros caminos, excepto el que se ha dicho, en este caso reciban ciertamente las ascetas ó las canonesas la mitad de un sueldo, sin que tampoco entonces tengan allí absolutamente de ningún modo participación con ellas los acólitos, pero recibiendo los mismos acólitos cuatro silicuas en cada asceterio, y nada más que esto, conforme á la mencionada división; siguiendo el asceterio al féretro dado gratuitamente con tres acólitos, y yendo en todo caso el mismo con ocho ascetas ó canonesas, y tres acólitos, según se ha dicho, sin recibir absolutamente nada más, y sin exigirlo por el suministro de cirios, y sin que inventen otra proporción bajo pretexto alguno.

Cap. VI

Haec itaque omnia definivimus super his, qui non per munificentiam quaerunt duos maiores lectos in venerabili vasorum custodiario positos, dicimus autem Studii gloriosae memoriae et Stephani magnificae memoriae. Si quis enim illos voluerit accipere, utpote et pluribus hominibus egentes, et custodia potiore, et omnimoda curiositate egentes, hoc non coniungimus his, quae prius diximus, sed tanquam magnificam exhibens voluntatem, quan-

Capítulo VI

Y todo esto lo determinamos respecto á los que no reclaman por munificencia los dos féretros mayores depositados en el venerable lugar de custodia de los vasos, nos referimos al de Estudio, de gloriosa memoria, y al de Esteban, de magnífica recordación. Porque si alguno quisiere obtenerlos, como necesitan muchos hombres, y mayor custodia, y requieren muchos cuidados, no confundimos esto con lo que antes hemos dicho, sino pague el

---

(1) *Bk. ed. estereotipada;* Dare, *Cont.—Por lo demás, en este punto el texto latino de la Vulgata difiere mucho del griego, pues con arreglo á éste, y á otra versión latina, la traducción debería ser como también lo reclama el sentido de la constitución, esta: «Mas á las ascetas ó canonesas, que se toman además de las que prestan gratuitamente servicio, dénseles... etc.»—N. del Tr.*

(2) *El texto decía* pius *sin duda por errata, debiéndose leer* plus, *como en otras ediciones, y como corresponde al* πλεῖον *del texto griego.—N. del Tr.*

(3) *Bk.;* et, *omítela Cont.*

(4) constitutus, *Bk. ed. estereotiada. Parece que se debe añadir* est.

(5) *Bk.;* [neque] egeret, *Cont.*

tumcunque pro labore decanis aut reverendissimis asceteriis vel canonicis dare placuerit, tantum et praebeat; non tamen valentibus transcendere decem solidorum quantitatem in duobus lectis Studii et Stephani, in deaurato autem posito in sanctissima maiore ecclesia, vel uno solo (1) pro eo forsan faciendo quatuor solidorum, ascetriis autem et canonicis, et acoluthis duplicia accipientibus, quam prius de his definivimus, quippe et ipso asceterio seu canonicis gratis in aliis lectis praecedente eandem accipiente quantitatem, quam et reliqua asceteria. Hoc ipso et supra acoluthis observando, quod praediximus, ut et isti duplum horum, quae iam a nobis ordinata sunt, accipiant, quando unus tamen horum trium fuerit lectus, in quo funus agitur, id volente qui hoc celebrat, quippe deo amabilibus defensoribus necessitatem habentibus corpora decanorum praebere, ex quibus deputavimus octingentis ergasteriis, et etiam lectos, non tamen expensas facere aliquas (2), deo amabilibus oeconomis cogendis vel ex reditu ab Anastasio divae memoriae relicto, vel ex trecentis ergasteriis omnem memoratam expensam fieri circa dictas personas secundum in omnibus ordinatam a nobis divisionem. Sic nihil indefinitum erit, sed mediocres sepulturas fieri volentes hac fruentur dispositione, et ad munificentiam respicientes non magis damnificabuntur, sed erunt cum mediocritate munifici.

que muestra voluntad, así como de magnificencia, cuanto le hubiere parecido bien dar por el trabajo á los decanos ó á las reverendísimas ascetas ó canonesas; pero no pudiendo excederse de la cantidad de diez sueldos por los dos féretros de Estudio y de Esteban, y de cuatro sueldos por el dorado, puesto en la santísima iglesia iglesia mayor, ó por uno solo que acaso se haya de hacer en lugar de él, y recibiendo las ascetas y las canonesas y los acólitos doble de lo que antes fijamos respecto á ellos, y percibiendo ciertamente el mismo asceterio ó los canónigos que preceden gratuitamente á los otros féretros la misma cantidad que los demás asceterios. Debiéndose observar también en cuanto á los acólitos lo mismo que antes hemos dicho, de suerte que también éstos reciban el duplo de lo que ya ha sido ordenado por nosotros, pero cuando fuere un solo féretro de estos tres, en el que se hace el funeral, por quererlo el que lo celebra, tengan ciertamente necesidad los defensores, amantes de Dios, de suministrar los cuerpos de decanos de los ochocientos obradores que hemos designado, y también los féretros, pero no de hacer algunos gastos, debiendo ser obligados los ecónomos, amantes de Dios, á que todo el mencionado gasto se haga en cuanto á dichas personas ó de la renta dejada por Anastasio, de divina memoria, ó de los trescientos obradores, según la división ordenada respecto á todos por nosotros. Y así nada quedará por definir, sino que los que quieran que se hagan moderados enterramientos disfrutarán de esta disposición, y los que se inclinen á la munificencia no se perjudicarán gravemente, sino que serán espléndidos con moderado gasto.

Cap. VII

Haec igitur nos decrevimus et super ergasteriis, et super reditibus, et super exsequiis, vel quae gratis, vel quae per munificentiam fient. Custodes quoque ponimus, ut imminutus semper custodiatur ergasteriorum numerus, non solum gloriosum praefectum (3) huius urbis et ei obediens officium, sed multo potius tuam celsitudinem, et qui semper cingulo sunt addendi, cui nunc ipse praesides. Insuper et poenam definimus et adversus officium tuum, si neglexerit, quinquaginta librarum auri, et adversus eos, qui semper tuam perceperint sedem, duplicem, ut non concedatur aliquando memoratorum mille centum ergasteriorum numerus deficere secundum dictam a nobis divisionem; sed si docearis hoc aut ipse, aut qui post te, huius omnem ponas providentiam, et procures eum imminutum per omnia perdurare, et inonustum et sine adinventione et a tua celsitudine et ab omni alia persona, ut non haec fiat occasio, quatenus contra quod definitum est detur aliqua merces pro funere alicuius personae; nulla discretione facienda personarum defunctarum, sive divites sint, sive pauperes, nisi tantum, sicuti praecedenter diximus, unum trium lectorum elegerint, in quibus competentia disposuimus. Et volumus etiam illa tenere secundum hunc modum, et esse per omnia immutilata et immortalia, hac sacra pragmatica lege per omnia tenente, donec sunt homines, donec magnum et valde laudandum Christianorum nomen in hominibus est et quotidie per dei providentiam augetur; providente quippe his ante alios omnes ipso sanctissimo patriarcha huius felicis urbis, ut

Capitulo VII

Esto, pues, hemos decretado nosotros sobre los obradores, sobre las rentas y sobre las exequias, ora las que se hicieren gratuitamente, ora las que por munificencia. Y también para que se conserve siempre sin disminución el número de obradores constituimos custodios no solamente al glorioso prefecto de esta ciudad y á los oficiales que están á sus órdenes, sino muy preferentemente á tu excelsitud, y á los que en cualquier tiempo hayan de alcanzar la magistratura en que tú mismo presides hoy. Y además fijamos también contra tus oficiales la pena de cincuenta libras de oro, si fueren negligentes, y doble contra los que en cualquier tiempo obtuvieren tu sede, á fin de que nunca se permita que falte conforme á la división determinada por nosotros el número de los mil cien obradores; mas si de esto fueras informado tú mismo, ó los que te sucedan, pondrás en ello todo cuidado, y procurarás que para todo subsista sin disminución, y sin gravamen y sin novedad tanto por parte de tu excelsitud como por la de toda otra persona, á fin de que no se produzca ocasión de que contra lo que ha sido determinado se dé alguna retribución por el funeral de una persona cualquiera; sin que se haya de hacer distinción alguna entre las personas fallecidas, ya sean ricas, ya pobres, sino en tanto que, como antes hemos dicho, hubieren elegido uno de los tres féretros, respecto de los que hemos dispuesto lo que corresponde. Y queremos también que estas disposiciones rijan en esta forma, y subsistan enteramente sin menoscabo é imperecederas, estando siempre en vigor esta sacra pragmática ley, mien-

(1) solido, *conjetura Cont.*
(2) *Bk. ed. estereotipada;* aliquos, *Cont.*

(3) felicis *parece haberse borrado antes de* huius.

cum pontificali dignitate ipse causa utens, non sinat ab ulla persona, neque sacerdotali, neque iudiciali, neque aliorum ulla, depravari, quae a nobis ordinata sunt; sed et ipsum imperium coniuramus, ad magnum respicientes deum, ut semper sceptrorum dominus vigilanter huic rei provideat. Non enim hoc pro solis mortuis, sed etiam pro viventibus et maxime imperantium salute est, pios actus omnino ad effectum adduci, et non praelaborantium bonum opus a subsequentium desidia perire. Sicut autem ad (1) mille centum ergasteria imminuta et sine tributo servari disposuimus, ita reliqua ergasteria omnia sub tributis constitui sancimus, nullo penitus licentiam habente ea excipere a tributis, neque venerabiles domus (2), neque ex xenodochiis, neque ex asceteriis, vel monasteriis, aut alio quolibet, sed neque ipsa imperiali nostra domo, aut qui in cingulo, aut qui in potestatibus sunt, sed omnibus ergasteriis similiter agnoscentibus tributa, nec paulatim singula excusare, et proprium levigare, et reliquis paucis exsistentibus totum imponere pondus, et ex hoc magnum sustinere dispendium, ferre hoc non valentes.

tras haya hombres, mientras exista entre los hombres el grande y muy laudable nombre de Cristianos, y diariamente se extendiere por la providencia de Dios; cuidando ciertamente de estas cosas antes que todos los otros el mismo santísimo patriarca de esta feliz ciudad, de suerte que, valiéndose él mismo de su dignidad pontifical en este negocio, no deje que por persona alguna, ni sacerdotal, ni judicial, ni de otra clase, sea violado lo que por nosotros ha sido ordenado; pero conjuramos aun al mismo imperio, á que dirigiendo la vista á Dios grande, como señor siempre de los cetros, cuide vigilantemente de esta cosa. Porque es en pro no sólo de los muertos, sino también de los vivos, y principalmente de la salvación de los Emperadores, que de todos modos se lleven á efecto los actos piadosos, y que la obra buena de los que antes trabajaron no perezca por la desidia de los que les siguieron. Pero así como hemos dispuesto que se conserven sin disminución y exentos de tributos los mil cien obradores, así también mandamos que estén sujetos á los tributos todos los demás obradores, sin que nadie absolutamente tenga licencia para eximirlos de los tributos, ni las venerables casas, ni alguno de los hospitales de peregrinos, ni de los aceterios, ó de los monasterios, ú otro cualquiera, pero ni de nuestra misma casa imperial, ó los que están revestidos de cíngulo ó potestad, sino reconociendo igualmente todos los obradores los tributos, y que paulatinamente no se excusen uno á uno, alivien la suya propia, y echen toda la carga sobre los pocos que queden, y por ello soporten grande dispendio los que no puedan conllevarlo.

Epilogus

Tua igitur celsitudo, et qui post te (3) eandem administrationem acceperit, et parens tibi officium quae placuerunt nobis per praesentem divinam pragmaticam formam nunc et in reliquum omne tempus servabunt.

Dat. III. Non. Novemb. CP. DN. imper. IUSTINIANI PP. A. anno XI., post BELISARII V. C. cons. ann. II. [537.]

Epílogo

Por tanto, ahora y en todo el tiempo futuro guardarán tu excelsitud, los que después de tí obtuvieren el mismo cargo, y los oficiales que están á tus órdenes lo que nos ha parecido bien por la presente pragmática disposición.

Dada en Constantinopla á 3 de las Nonas de Noviembre, en el año undécimo del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, segundo después del consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [537.]

CONST. LXI (4)

UT DEFUNCTI SEU FUNERA EORUM NON INIURIENTUR A CREDITORIBUS, ET UT CONSILIARII NON SUSCIPIANT COGNITIONES ABSQUE IUDICIBUS

(Coll. V. tit. 13.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* IOANNI, *gloriosissimo sacrorum per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Qui varietatem causarum coniiciunt, non facile ad culpam venient, si veritatem examinent. Quosdam namque verisimile est multitudinem legum, quae per singula a nobis adiiciuntur, culpare, non considerantes, quia opere semper vocante consonas causis ponere leges compellimur, quum semper inopinabile emergat, et ab iis, quae iam posita sunt, mederi non valeat, quale quiddam (5) nuper

CONSTITUCION LXI

DE QUE POR LOS ACREEDORES NO SEAN INJURIADOS LOS DIFUNTOS Ó LOS FUNERALES DE ÉSTOS, Y DE QUE LOS CONSILIARIOS NO SE ENCARGUEN DE CONOCER SIN LOS JUECES

(Colección V. título 13.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *segunda vez gloriosisimo Prefecto de los sacros Pretorios de Oriente, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Los que se fijan en la variedad de las causas no harán fácilmente inculpaciones, si examinan la verdad. Porque es verosímil que algunos inculpen la multitud de leyes que en cada caso se añaden por nosotros, no considerando que por requerirlo siempre la necesidad nos vemos compelidos á establecer leyes concordantes con los casos, pues siempre surge algo inopinado, y que no puede ser re-

(1) ea, *Bk. ed. estereotipada.*
(2) venerabilium domuum, *Bk.*
(3) *Bk. ed. estereotipada;* te, *omitela Cont.*
(4) *El texto griego (Novela LX.) se halla en Hal. y Scrimg. — Toda la Novela se encuentra en varios lugares de las Bas. — Iulian. Const. 51.—La versión latina es la antigua glosada.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.;* quidem. *Port., y Cont.*

est agnitum. Deberi enim sibi quidam dicens ab aliquo, dum hominem in morte cognovisset esse constitutum, milites congregans, et servos (1) alios plurimos, ingressus est super morientem; verum ille anxiatus clamare coepit, donec eum violentia compressum reliquisset spiritus; at ille etiam signacula imposuit rebus sua potestate, praesente nullo in cingulo constituto, aut quolibet omnino legali et civili officio observato, et neque ita recessit, sed etiam defunctum iniurare eum non piguit, primum quidem insistens non fieri exsequias, deinde, quum vix concessisset (2), de domo deponi mortuum, instabat publice portari lectum non sinens, neque deducendum dicens, nisi debitum perceperit, donec sponsorem accepit, et ita iam defunctum tradi terrae permisit. Negotium siquidem, quo haec commissa sunt, competenter dispositum est, oportere autem iudicamus etiam generali lege haec emendare, non sinentes haec rursus committi semper sine legislatione manentia.

mediado por lo que ya se halla establecido, como es alguna cosa que há poco ha sido reconocida. Pues uno que decía que por otro se le debía alguna cosa, sabiendo que este individuo estaba muriéndose, congregando soldados y otros muchos esclavos penetró donde estaba el moribundo; pero éste angustiado comenzó á clamar, hasta que el espíritu lo abandonó oprimido por la violencia; mas aquél puso por su propia autoridad sello á las cosas, no hallándose presente ninguno constituido en autoridad, ó no habiéndose observado absolutamente ninguna formalidad legal y civil, y ni aun así se marchó, sino que tampoco vaciló en injuriar al difunto, insistiendo, á la verdad, primeramente en que no se hicieran las exequias, y después, cuando á duras penas concedió que el difunto fuere sacado de la casa, instando en público sin dejar que el féretro fuera conducido, y diciendo que no debía ser llevado, si él no cobrare la deuda, hasta que recibió fiador, y de este modo permitió que el difunto fuese ya enterrado. Ciertamente que el caso, en que se cometieron estos hechos, se halla convenientemente regulado, pero hemos juzgado que era menester corregir también por una ley general estos hechos, no dejando que de nuevo se cometan por permanecer siempre sin legislación.

Cap. I

Sancimus igitur, si quis illo superstite adhuc, quem putat debere sibi, adscendat domum eius, et molestus sit superstiti homini aut qui eius sunt, uxori forte, vel filiis, aut domui omnino, aut etiam signacula per propriam potestatem imponere praesumat, non prius decreto et officio legali servato, post eius, qui dicitur debere, mortem actione quidem modis omnibus cadat, sive iustam habeat hanc, sive non, quantum vero deberi sibi dicit, tantum aliud superexigatur, et detur iniuriati heredibus; confiscationem quoque in tertiam partem substantiae sustineat (sicut et Marcus Philosophus Imperator in suis conscripsit legibus), et infamia feriatur. Qui enim hominis naturam non erubuit, dignus est et pecuniis, et gloria, et aliis omnibus condemnari.

§ 1.—Si vero etiam moriente quodam circa funus peccetur aliquid morientis, quod exsequias prohibeat, scripta quidem iam lex est et a nostro patre super hoc, tamen simul etiam ex nostris maior sequatur delicti poena, et iisdem subiaceat, quae praesens infert lex eis, qui in viventem tale aliquid, quale diximus, committunt; huius rei providentiam habente praecipue quidem gloriosissimo praefecto huius felicissimae civitatis, cui talium emendationum cura est, nihilo minus autem et gloriosissimo sacrorum nostrorum praetoriorum praefecto, et gloriosissimo magistro sacrorum officiorum, et semper his obedientibus officiis. Oportet enim, communibus exsistentibus contra naturam iniuriis, communem esse iudicibus super his prohibitionem atque vindictam. His non in sola hac felicissima civitate valentibus, sed etiam in omnibus gentibus, quarum nobis principatum alium quidem ab initio dedit deus, alium vero adiecit, aut adhuc etiam dabit, sicut ait quidam ante nos, provinciarum quidem (3) iudicibus, sive militari-

Capítulo I

Así, pues, mandamos, que si alguien, viviendo todavía el que él cree que le debe, penetrara en la casa de aquél, y molestara al individuo que todavía vive, ó á los suyos, por ejemplo, á su mujer, ó á sus hijos, ó en general á la casa, ó también se atreviera á poner por su propia autoridad sellos, no habiendo obtenido antes decreto ni observado las formalidades legales, después de la muerte del que se dice que es deudor, decaiga ciertamente de todos modos de su acción, ya la tenga justa, ya no, y exíjasele tanto cuanto dice que á él se le debe, y déseles á los herederos del injuriado; y sufra además la confiscación de la tercera parte de sus propios bienes, (según también consignó en sus leyes el Emperador filósofo Marco), y sea tachado de infamia. Porque el que no guardó respeto á la naturaleza del hombre, es digno de ser condenado en sus bienes, en su reputación, y en todo lo demás.

§ 1.—Pero también si habiendo muerto alguien se delinquiera en algo en el funeral del fallecido, porque uno prohibiera las exequias, aunque ya ciertamente hay escrita sobre esto una ley también por nuestro padre, sea, sin embargo, procedente al mismo tiempo por virtud de las nuestras mayor pena para el delito, y quede sujeto á las mismas que la presente ley impone á los que contra uno que vive cometen alguna cosa como la que hemos dicho; teniendo, á la verdad, cuidado de esto especialmente el gloriosísimo prefecto de esta felicísima ciudad, al que corresponde la corrección de tales cosas, pero también el gloriosísimo prefecto de nuestros sacros pretorios, y el gloriosísimo maestre de los sacros oficios, y los oficiales que siempre están á sus órdenes. Porque es conveniente, que, siendo comunes las injurias contra la naturaleza, tengan los jueces para ellas prohibición y castigo comunes. Teniendo validez estas disposiciones no solamente en esta felicísima ciudad, sino también en todas las regiones, cuyo principado nos dió cier-

(1) et, *inserta Bk.*
(2) *Port. al márgen, y Bk.*; **cessisset**, *el cód. Hamb., y Trid.*; **coepisset**, *Port., y Cont.*

(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; **quippe**, *Port., y Cont.*

bus, sive civilibus, huis rei providentiam habentibus. Sequitur enim hic quidem iudices eorumque officia triginta librarum auri poena, si quid horum neglexerint, provinciales autem quinque, si neque ipsi ad hoc institerint, denuntiatione qualibet aut hic aut per provincias facta.

tamente Dios desde un principio, ó nos lo agregó después, ó aun nos lo dará todavía, según dice uno de nuestros antecesores, cuidando verdaderamente de esto los jueces de las provincias, ya militares, ya civiles. Pues aquí ciertamente recaerá sobre los jueces y sus oficiales la pena de treinta libras de oro, si hubieren desatendido alguna de estas disposiciones, y cinco sobre los de las provincias, si tampoco ellos mismos hubieren atendido á esto, habiéndose hecho alguna denuncia ó aquí ó en las provincias.

Cap. II

Illud etiam recte se habere perspeximus, non permittere (sicut Zenonis piae memoriae dicit constitutio, et nostra quoque) consiliarios iudicum ipsos causas per se audire, quae apud administratores aut datos a nobis iudices agitantur. Multo namque melius atque perfectius coram ipsis administratoribus, praesentibus illis, quorum causae moventur (1), terrore imminente exhibitis testibus, et omnino causa propriam habente honestatem, quam si apud pedaneos iudices talia decernantur, in nullo consiliariorum officio distante ab illis. Sed quoniam a nobis constituti semper administratores, occupationibus rerum nostrarumque iussionum comprehensi, ad hanc necessitatem deponuntur, oportet consonam congruamque legem rebus imponere.

§ 1.—Sancimus igitur, contestationes quidem litium omnibus modis apud ipsos fieri administratores, sive maiores, sive minores sint, sed etiam in mediis litibus introduci rursus apud eos semel moti negotii res, quatenus ea, quae examinantur, agnoscant; quum vero novissima sententia proferenda est, nullo modo praesumere consiliarios absque administratoribus audire, sed cum (2) competente honestate, quam dudum disposuimus, propositis sacrosanctis eloquiis, ipsos administratores et audire, quae examinata sunt, omnia consequenter, et iudicare eos negotia, et suscipere appellationes, si quis appellaverit, sine ulla dilatione, ubi lex hoc fieri permittit; et rursus appellationis iudices modis omnibus per se audire negotia, nullo agere aliter praesumente, sed si quid tale fiat, ipsis quidem administratoribus viginti librarum auri formidantibus poenam, consiliariis autem, qui tale aliquid agere praesumserint, si quidem advocati sunt, expellendis ab eloquentissimorum advocatorum collegio, si vero advocati non sunt, sed alii quidam, etiam cingulo, si quidem (3) habent, privandis, et decem librarum auri castigandis poena. Non enim oportet eos, qui Zenonis piae memoriae contemserint legem, et dudum nostram et praesentem, arbitrari, ut unquam falsitatis huius fugiant poenas. Erit enim curae per tempus gloriosissimi comitis sacrorum nostrorum privatorum huius rei habere providentiam, et exigere poenam, et inferre aerario, dum tale aliquid commissum fuerit, cognoscente etiam ipso, quia de suo fisco complere debeat, nisi huius rei habuerit competentem providentiam.

Capítulo II

También hemos considerado que era conveniente no permitir (como dice una constitución de Zenón, de piadosa memoria, y también una nuestra), que los consiliarios de los jueces oigan por sí mismos los litigios, que se ventilan ante los administradores, ó ante los jueces dados por nosotros. Porque serán oídos mejor y con más perfección ante los mismos administradores, estando presentes aquellos cuyos litigios se ventilan, amenazando temor á los testigos que hayan sido exhibidos, y teniendo en todo caso el litigio su propia gravedad, que si tales cosas se determinaran ante jueces pedáneos, de quienes nada distan los que hacen el oficio de consiliarios. Mas como los administradores constituídos siempre por nosotros, retenidos por ocupaciones de negocios y de órdenes nuestras se ven llevados á esta necesidad, es conveniente establecer una ley que esté en consonancia y congruencia con las cosas.

§ 1.—Así, pues, mandamos, que las contestaciones de las demandas se hagan ciertamente de todos modos ante los mismos administradores, ya sean mayores, ya menores, pero que también á la mitad de los litigios se presente otra vez ante ellos el asunto del negocio que una vez se promovió, á fin de que conozcan las cuestiones que se examinan; mas cuando se haya de proferir la sentencia definitiva, no se atrevan de ningún modo los consiliarios á oir sin los administradores el litigio, sino que con la correspondiente gravedad, que antes dispusimos, teniendo á la vista las sacrosantas escrituras, oigan los mismos administradores por su orden todos los puntos que se han examinado, y juzguen ellos los negocios, y reciban las apelaciones, si alguien apelare, sin dilación alguna, en los casos en que la ley permite que se haga esto; y á su vez oigan de todos modos por sí mismos los negocios los jueces de la apelación, no atreviéndose nadie á obrar de otra manera, pues si alguna cosa tal se hiciese, teman ciertamente los mismos administradores la pena de veinte libras de oro, debiendo ser expulsados los consiliarios, que se hubieren atrevido á hacer alguna tal cosa, del colegio de los elocuentísimos abogados, si verdaderamente son abogados, y debiendo ser privados también del cíngulo, si es que lo tienen, y castigados con la pena de diez libras de oro, si no son abogados, sino otros cualesquiera. Porque no es conveniente que los que hubieren menospreciado la ley de Zenón, de piadosa memoria, y la anterior nuestra y la presente, estimen que eludirán alguna vez las penas de esta falsedad. Y el que á la sazón sea gloriosísimo conde de nuestros sacros bienes privados cuidará de proveer sobre esto, y de exigir la pena, y de que se pague al erario, cuando se hubiere cometido alguna tal cosa, teniendo entendido también el mismo que con lo suyo deberá satisfacer al fisco, si de esto no hubiere tenido el cuidado conveniente.

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; illis, quorum interest, causae moventur, *Port., y Cont. Parece que se debe suprimir* quorum.
(2) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; sed eum cum, *Cont.*

(3) quoddam, *Bk.*

§ 2.—Sed hoc quidem in administratoribus decernimus, quibus publicae et circa nostras iussiones occupationes, ut non per se audiant causas, concedunt veniam. Alios autem omnes, qui nullam administrationem habent, causas autem ex iussionibus nostris audiunt aut in hac felicissima civitate, aut in aliis, si tale aliquid egerint, et eos, qui in officio consiliariorum cum eis audierint, adhuc vehementioribus affligimus poenis, nisi per omnem consequenter (1) litem ipsi cum suis consiliariis audiant causam. Nam et dignitatum casum eis interminamur, et poenam vicenarum librarum auri, et eorum consiliarios ex ipsa pelli civitate, in qua hoc egerint; insuper etiam ipsos proprio cadere honore.

Epilogus

Tua igitur eminentia, quae visa sunt nobis et per hanc divinam declarata sunt legem, omnibus faciat manifesta, secundum solennem modum edictis per provincias utens, ut nullam gentium lateat aliquid, quod a nobis sancitur. In hac enim felicissima civitate gloriosissimus praefectus urbis hoc proponet.

Dat. Kal. Decemb. CP. imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. anno XI., post BELISARII V. C. cons. anno II. [537.]

CONST. LXII (2)

UT IMMOBILIA ANTENUPTIALIS DONATIONIS NEQUE HYPOTHECAE DENTUR, NEQUE OMNINO ALIENENTUR A VIRO, NEC CONSENTIENTE UXORE, NISI POSTEA SATISFIERI POSSIT UXORI; HAEC VERO ETIAM IN DOTE VALERE

(Coll. V. tit. 14.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* IOANNI, *gloriosissimo Orientalium Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Causam miserandam fieri cognoscentes, coram nobis ipsis negotio moto, illud quidem correximus competenti modo, lege autem generali emendamus huiusmodi negotia, hoc quod moris est nostri.

Cap. I

Et sancimus, si quis conscripserit antenuptialem aut propter nuptias donationem (sic enim eam oportere magis vocari decrevimus), sive ipse pro se hoc faciens, sive etiam altero scribente, aut patre, aut matre, aut cognatis, aut extraneis forte, si quis igitur tale aliquid fecerit, et scripserit donationem, in qua etiam aliquid immobilium est, interdicimus ei aut de cetero supponere rem conscriptam in antenuptiali donatione, aut alienare omnino. Quod

§ 2.—Mas esto lo decretamos ciertamente respecto á los administradores, á quienes las ocupaciones públicas y consiguientes mandatos nuestros les conceden venia para no oir por sí mismos los litigios. Pero á todos los demás, que no ejercen ninguna administración, pero que por virtud de órdenes nuestras oyen litigios ó en esta felicísima ciudad, ó en otras, si hubieren hecho alguna tal cosa, y á los que con el cargo de consiliarios hubieren oído con ellos los litigios, los castigamos con penas todavía más graves, si ellos mismos no oyeran con sus consiliarios el negocio durante todo el litigio por el orden del mismo. Porque les amenazamos con la pérdida de sus dignidades y con la pena de veinte libras de oro, y á sus consiliarios con ser expulsados de la misma ciudad en que hubieren hecho esto; y además con que también los mismos pierdan su propio honor.

Epílogo

Por tanto, haga tu eminencia manifiesto á todos, expidiendo en la forma acostumbrada edictos á las provincias, lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta divina ley, para que á ningunas gentes se les oculte cosa alguna de lo que por nosotros es sancionado. Porque en esta felicísima ciudad lo publicará el gloriosímo prefecto de la ciudad.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Diciembre, en el año undécimo del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, segundo después del consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [537.]

CONSTITUCION LXII

DE QUE LOS INMUEBLES DE LA DONACIÓN ANTENUPCIAL NO SEAN DADOS EN HIPOTECA, NI SEAN DE NINGÚN MODO ENAJENADOS POR EL MARIDO, NI AUN CONSINTIÉNDOLO LA MUJER, Á NO SER QUE DESPUÉS SE LE PUEDA SATISFACER Á LA MUJER; Y DE QUE ESTO VALGA TAMBIÉN EN CUANTO Á LA DOTE

(Colección V. título 14.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los Pretorios de Oriente, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Conociendo nosotros, habiéndose promovido ante nosotros mismos el negocio, que se hacía una cosa deplorable, la corregimos, á la verdad, del modo conveniente, pero ponemos enmienda para tales negocios con una ley general, según es nuestra costumbre.

Capitulo I

Y mandamos, que si alguno hubiere otorgado donación antenupcial ó por causa de nupcias, (porque así hemos decretado que es más conveniente que sea llamada), ya haciéndolo él por sí mismo, ya también escribiendo otro, ó su padre, ó su madre, ó cognados, ó acaso extraños, que si alguno hubiere hecho alguna tal cosa, y hubiere escrito donación, en la que haya también algún inmueble, le prohibimos ó que en lo sucesivo obligue la cosa

---

(1) *Bk.;* consequentes, *el cód. Hamb., y las ed.*

(2) *El texto griego (Nov. LXI.) se halla en Hal. y Scrimg.—Si se exceptúa el proemio y el epílogo, toda la Novela se encuentra en las Bas. XXIX. 7.—Iulian. Const. 55.—La versión latina es la antigua de la glosa.*

enim semel vinculis sponsalitiae largitatis obligatum est, non erit conveniens alienari, ut mulier eveniente forsitan lucro (1), quod ei confert antenuptialis donatio, difficultatem patiatur, non inveniens rem in viri substantia, quum sit alienata aliis aut supposita, ut (2) potentibus forte personis, quatenus illi propter huiusmodi causas aut sit omnibus modis inadibilis (3) vindicatio, aut difficilis, et litibus egeat, dum ex hoc ipso sit adiuvanda.

§ 1.—Quapropter hoc observetur, et qui posthac contraxerit sciat, quia, sive emtionem, sive hypothecam habeat, nihil horum utilitatis habebit omnino, sed aequalia erunt non scriptis nec dictis, quae super hoc scripta sunt aut convenerunt, et (4) servetur uxori lucrum. Non enim videntur nobis immoderate fecisse quidam nostrorum iudicum, qui etiam ipsam in rem actionem mulieribus post matrimonii transactionem in sponsalitia largitate dederunt, quod recte inchoatum, deinde a posteris iudicibus, quasi pro supervacanea quadam subtilitate, contemtum est. Et non quaslibet vias et artificiosas inveniant sumentes hypothecas, praeparando mulieres consentire et ita proprio cadere iure. Consensus enim in talibus aut in hypothecam, aut in venditionem, aut in aliam alienationem conscriptus percipienti omnino non proderit, si semel consensus fiat, sed sicut in intercessionibus scripsimus, ut oporteat biennii tempore exsistente (5) et (6) rursus aliam professionem scribi confirmantem consensum, et tunc ratum esse, quod factum est, sic et in hoc fiat.

§ 2.—Et si consentiat mulier secundum speciem intercessionis (7), sit omnino indemnis, nisi etiam secundum, sicuti praediximus, celebraverit consensum. Plura namque ex primo mox auditu delinquuntur, muliere quippe mariti seductionibus facile decepta et propria negligente iura, quum vero in plurimo tempore cogitaverit pro negotio, fiet forsan cautior.

§ 3.—Veruntamen neque hoc simpliciter damus, sed tunc mulierem ex secundo consensu damno submittimus, dum sunt aliae res, ex quibus possibile est ei satisfieri pro re vel rebus immobilibus, quae in antenuptiali donatione continentur, et quae ab alio detinentur propter alienationis aut suppositionis modum; alioquin, si nihil aliud supersit, neque sic laesionem sustinere mulierem permittimus, sed licet secundo vel frequenter consentiat, causa ad intercessionis feratur rationem, et sit omnino ei lucrum sub cautela positum, nisi apparuerit relictum aliud sufficiens ad antenuptialis largitatis quantitatem. Et haec dicimus non solum parcentes (8) mulieribus, sed multo potius viris talia facientibus, siquidem et multis et paene pluribus casibus communibus filiis antenuptialis donationis servantur res, et rursus hae remanent apub substantiam viri eiusque successionem ex hac obser-

consignada en la donación antenupcial, ó que de ningún modo la enajene. Porque no será conveniente que lo que una vez se obligó con los vínculos de la liberalidad esponsalicia sea enajenado, de suerte que la mujer, al corresponderle acaso el lucro que le confiere la donación antenupcial, tropiece con dificultad, no hallando la cosa en los bienes del marido, habiendo sido enajenada á otros ú obligada acaso á personas poderosas, de manera que por tales causas le sea ó de todos modos inaccesible la reivindicación, ó difícil, y necesite litigar, cuando con la misma cosa se hubiera ella de ayudar.

§ 1.—Por lo cual obsérvese esto, y el que en lo sucesivo contratare sepa que, ya si tuviera compra, ya si hipoteca, no tendrá absolutamente ninguna utilidad de estas cosas, sino que será igual que si no se hubiera escrito ni dicho lo que sobre esto se escribió ó se convino, y se le conservará el lucro á la mujer. Porque no nos parece que obraron inmoderadamente algunos de nuestros jueces, que les dieron á las mujeres aun la misma acción real sobre la liberalidad esponsalicia después de la disolución del matrimonio, cosa que inaugurada con rectitud fué luego desatendida por jueces posteriores, como por virtud de cierta supérflua sutileza. Y no hallen los que toman las hipotecas ciertos artificiosos caminos, preparando á las mujeres para que consientan y para que así decaigan de su propio derecho. Porque en tales casos el consentimiento escrito ó para hipoteca, ó para venta, ó para otra enajenación, no le aprovechará de ningún modo al que la reciba, si una vez se prestara el consentimiento, sino que, así como escribimos respecto á los afianzamientos, que sea menester que transcurrido el tiempo de un bienio se escriba de nuevo otra declaración que confirme el consentimiento, y sea entonces válido lo que se hizo, así también se haga en este caso.

§ 2.—Y si la mujer consintiera para una especie de afianzamiento, quede absolutamente indemne, á no ser que también hubiere prestado, según antes hemos dicho, segundo consentimiento. Porque se cometen muchos yerros inmediatamente después que por primera vez se oye una cosa, siendo, á la verdad, fácilmente engañada la mujer por las seducciones de su marido y descuidando ella sus propios derechos, cuando si pensare sobre el negocio mucho tiempo, acaso se hará más cauta.

§ 3.—Mas tampoco esto lo concedemos sencillamente, sino que por virtud del segundo consentimiento sujetamos al perjuicio á la mujer siempre y cuando hay otros bienes, con los que es posible satisfacerle respecto á la cosa ó cosas inmuebles, que están contenidas en la donación antenupcial, y que por otro son retenidas á título de enajenación ó de obligación; de otra suerte, si no quedara cosa alguna, no permitimos que ni aun así soporte lesión la mujer, sino que aun cuando segunda vez ó muchas consintiera, el negocio sea referido al caso de afianzamiento, y tenga ella puesto siempre bajo seguridad su lucro, si no apareciere que quedó algo que sea suficiente para el importe de la liberalidad antenupcial. Y decimos esto guardando consideración no solamente á las mujeres, sino mucho más á los maridos que hacen tales cosas, puesto que en muchos y casi en los más de los casos se conservan

(1) mulier inveniens forsitan (forsan, *Trid.*) lucrum, *el cód. Hamb., y Trid.*; mulier forsan in lucro *Port.*
(2) aut, *el cód. Hamb., y Trid. Sería preferible* et.
(3) inhabilis, *el cód. Hamb., por segunda mano, Trid., y Port.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; ut, *Port., y Cont.*

(5) *Mejor*, exeunte.
(6) et, *omítela Bk.*
(7) *El cód. Hamb.*; speciem intercessionibus, *Trid.*; speciem in intercessionibus, *Port., y Cont.*
(8) *Trid., Port., y Cont.*; parentes, *el cód. Hamb.*; prospicientes, *conjetura Cont. al márgen.*

vatione, ideoque utilis est lex et (1) uxori et marito secundum has ratiocinationes (2). Et multo potius haec in dote valebunt, si quid dotis aut alienetur aut supponatur. Iam enim haec sufficienter delimata atque sancita sunt.

para los hijos comunes los bienes de la donación antenupcial, y quedan ellos otra vez por virtud de esta observancia en los bienes del marido y en su sucesión, y es, por lo tanto, según este razonamiento tan útil esta ley para la mujer, como para el marido. Y con mucha más razón regirán estas disposiciones en cuanto á la dote, si se enajenara ó se obligara alguna cosa de la dote. Porque ya esto ha sido suficientemente limado y sancionado.

§ 4.—Sed neque ipsos contrahentes omnino neglexiimus. Nam si etiam super his obligationem quantum ad mulieres neque dictam neque scriptam esse volumus, tamen (3) ipsos viros in aliis eorum (4) rebus obligari volumus occasione alienationis aut hypothecae, mulieribus quidem servantes in ipsis immobilibus rebus sponsalitiae largitatis ius innovatum, illis (5) autem competens ius ex documentis, quantum in aliis rebus suis (6), omnibus privilegiis iam doti datis a nobis in sua firmitate manentibus, quando mulier moverit. Aliis enim omnibus, praeter mulierem, huiusmodi privilegia nec ex antiquo dedimus, neque nunc damus.

§ 4.—Pero tampoco desatendemos en modo alguno á los mismos contratantes. Pues si también queremos que la obligación sobre estos bienes se tenga en cuanto á las mujeres por no dicha ni escrita, queremos, sin embargo, que los mismos maridos se obliguen en cuanto á los demás bienes de ellos, con motivo de enajenación ó de hipoteca, conservándoles ciertamente á las mujeres inalterable su derecho sobre los mismos bienes inmuebles de la liberalidad esponsalicia, y á ellos el derecho que les compete por los documentos, en cuanto á sus demás bienes propios, subsistiendo en su vigor todos los privilegios ya dados á la dote por nosotros, cuando la mujer promoviere litigio. Pues á ninguno de los demás, sino á la mujer, le dimos antes, ni le damos ahora, tales privilegios.

Epilogus

Tua igitur eminentia, quae placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, omnibus faciat manifesta, secundum solennem modum praeceptis (7) per provincias utens, ut nullam gentium lateant, quae a nobis sancita sunt. In hac enim felicissima civitate gloriosissimus praefectus urbis haec proponet.

Dat. Kal. Dec. Constant. imp. DN. IUSTINIANI PP. A. an. XI., post BELISARII V. C. cons. an. II. [537.]

Epílogo

Por tanto, haga tu eminencia manifiesto á todos, expidiendo en la forma acostumbrada edictos á las provincias, lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta sacra ley, para que á ningunas gentes se les oculte lo que por nosotros ha sido sancionado. Porque en esta felicísima ciudad lo publicará el gloriosísimo prefecto de la ciudad.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Diciembre, en el año undécimo del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, segundo después del consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [537.]

NOVELLA LXII (8)

DE SENATORIBUS (9)

(Auth. const. LXIV.)

Imp. IUSTINIANUS *A.* IOANNI *Pf. P.*

Antiquissimis temporibus romani senatus auctoritas tanto vigore potestatis effulsit, ut eius gubernatione domi forisque habita iugo romano omnis mundus subiiceretur, non solum ad ortus solis et occasus, sed etiam in utrumque latus orbis terrae romana (10) ditione propagata; communi etenim senatus consilio omnia agebantur. Postea vero quum (11) ad maiestatem imperatoriam ius populi romani et senatus felicitate reipublicae translatum est, evenit, ut hi, quos ipsi elegerint (12) et administrationibus praeposuerint, omnia facerent, quae vox imperialis eis iniunxisset, et milites (13) sub eis constituerentur, et cetera eorum dispositionibus

NUEVA CONSTITUCION LXII

DE LOS SENADORES

(Constitución auténtica LXIV.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*

En los antiquísimos tiempos brilló con tanto vigor de potestad la autoridad del senado romano, que por su gobierno ejercido en el interior y en el exterior todo el mundo fué sometido al yugo romano, habiéndose extendido la dominación romana no solamente hasta donde nace y se pone el sol, sino también hasta una y otra orilla del orbe de la tierra; pues todo se hacía con el común consejo del senado. Pero después, cuando el derecho del pueblo romano y del senado fué transferido por felicidad de la república á la majestad imperial, sucedió que aquellos á quienes los mismos Emperadores elegían y ponían al frente de las administraciones hacían

(1) *El cód. Hamb., y Trid.;* et, *omitenla Port., y Cont.*
(2) satisdationes, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(3) et, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.;* earum, *Port., y Cont.*
(5) viris, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(6) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* suis, *omitela Cont.*
(7) *El cód. Hamb.;* edictis praeceptis, *Trid.;* edictis, *Port.;* edictis [praeceptis], *Cont.*
(8) *Esta Novela apareció en latín. El primero que la publicó fué Savigny, tomándola del códice Vindob., y después Biener, quien le añadió sus correcciones. Alb. Berger publicó un epítome griego tomándolo de Atanasio Scolástico, y en él mismo se lee enmendado otro epítome griego, tomado del cód. Florent., reseñado por Blum., y publicado también por Bien.—Iulian. Const. 56.*
(9) *En el cód. Vindob. falta la inscripción; véase Alb. Kriegel Symb. crit. ad Novell. p. 10.;* de consultationibus, *Iulian.* (περὶ (τῶν) συγκλητικῶν *en los pasajes que en griego se hace mención de ella.*
(10) *Bien.,* romano, *el cód.*
(11) *El cód., véase Kriegel l. c.;* quam, *Sav., y Bien.,* pero quum *conjetura Bien.*
(12) ipsi eleganter, *el cód.;* imperatores elegerint, *Bien.*
(13) *Bk.;* militis, *el cód.*

obedirent, reliquis (1) senatoribus in quiete degentibus; et posteaquam administratores causas iis (2) mandatas deposuerint, in principali maneat voluntate, utrum velit eos laborioso cingulo liberatos ad senatus securitatem remittere an aliis actibus destinare.

todo lo que les encomendaba la voz imperial, y los militares se constituían bajo su dependencia, y los demás obedecían sus disposiciones, viviendo los restantes senadores en el descanso; y después que los administradores dejaban los cargos á ellos encomendados, quedaba á la voluntad del principe, si quería volverlos libres de su laboriosa magistratura á la tranquilidad del senado, ó destinarlos á otras comisiones.

Cap. I

In praesenti itaque multis variisque actibus urgentibus (3), quos nostra maiestas bello ac pace indefessa gerere (4) noscitur, pars vacantium senatorum in nimiam deminutionem (5) pervenit, hocque summam (6) putavit iniuriam et non curiosae conversationis remedium. Ideoque et eam quibus oportet modis ampliare nostro monumento visum est, et homines nobilitate et summa opinione egregios ei assignare, quatenus una quidem nostri senatus pars per administrationes suam ostendat sagacitatem, altera vero, quae in quiete degit, alio modo suum ingenium reipublicae valeat exhibere.

Et quia magna utilitas ex iudicandi sinceritate reipublicae nostrae cedit, quaedam autem causae post appellationes iudicibus porrectas in sacrum nostri (7) numinis consistorium inferuntur, et a nostris proceribus examinantur, idcirco nobis placuit (8), non solum iudices nostros, sed etiam senatores ad examinandas lites in consultationibus convenientes una cum aliis florentissimis nostris proceribus litium facta trutinare (9), et quemadmodum (10), si quando silentium ab ullo (11) una cum conventu fuerit nuntiatum, omnes colliguntur (12) et proceres et senatores, ita et nunc, quando silentium tantummodo propter alicuius causae examinationem pronuntietur, etsi non addatur conventus vocabulum, tamen eos convenire, et omnes considentes (13) quod eis visum fuerit sub sacrosanctorum evangeliorum praesentia et statuere, et ad nostram perferre scientiam, et augustae maiestatis dispositionem exspectare, a solis (14) senatoribus, sed ab utroque ordine, huiusmodi litibus exercendis. Melius enim et perpensius amplioribus quam paucis examinantibus ius merum et iustitiae lumen invenitur. Eo certissimo constituto, quod et in ludis circensibus, et quando conventus fuerit nuntiatus, solito more et senatores colligi necesse est, et suum officium exercere. Et hunc quidem praesentis legis articulum ita disponimus, et hanc constitutionem in perpetuum valituram constringimus.

Capitulo I

Así, pues, apremiando al presente muchas y variadas comisiones, que es sabido desempeña infatigable nuestra majestad en la paz y en la guerra, la parte de senadores vacantes ha llegado á extremada disminución, y esto lo consideró gravísima injuria, y que no era remedio para un escrupuloso régimen. Y por esto ha parecido bien á nuestro juicio ampliar también aquélla de la manera que es conveniente, y agregarle hombres egregios por su nobleza y suma reputación, á fin de que una parte de nuestro senado muestre su sagacidad en las administraciones, y la otra, la que vive en el descanso, pueda exhibir de otro modo su ingenio en favor de la república.

Ne autem circa haec labor sine mercede nostris fiat pedaneis, sancimus, eos in unaquaque dicta apud eos causa, vel si divinitus fuerit deputata, duos quidem aureos ab utraque parte in contestatione litis accipere, et duos in fine negotii, et ultra hoc nihil, quod etiam praedecessores nostri definierunt, sed his contentos esse solis, privilegiis quippe, quae in deminutione sumtuum quibusdam concessa sunt, omnibus integris secundum suum ordinem conservandis. Hoc autem dicimus in litibus transcendentibus quantitatem aureorum centum. Si enim usque ad hoc mensura fuerit litium, nihil eos audientiae causa volumus exigi; qui enim ita parvae quantitatis exactionem facit, pro maxima parte victoria sic pauperem fraudat. Et neque in hoc solummodo stamus, sed etiam de proprio ipsis largimur. Volumus enim unumquemque istiusmodi pedaneorum (2) annis singulis a mensa tuae celsitudinis percipere duas libras auri, et his esse contentum solis, et neque redimi, et aurum omnino despicere. Propterea enim eligimus fiscum minuere, quatenus horum unusquisque contentus nostra largitate et quaternis aureis puras deo et nobis et legi custodiat manus, cogitans, quae a prioribus legislatoribus de his definita sunt.

Capítulo IX

Mas para que el trabajo sobre esto no resulte sin retribución para nuestros pedáneos, mandamos que en cualquiera causa ventilada ante ellos, ó que les hubiere sido encomendada por la divinidad imperial, reciban ellos ciertamente dos áureos de ambas partes al ser contestada la demanda, y otros dos al final del negocio, y nada más que esto, cosa que también dispusieron nuestros predecesores, sino conténtense con esto solo, debiéndose conservar conforme á su orden íntegros todos los privilegios, que respecto á la disminución de los gastos fueron concedidos á algunos. Mas esto lo decimos en cuanto á los litigios que exceden de la cuantía de cien áureos. Porque si la cuantía de los litigios llegara hasta aquí, queremos que nada se exija para ellos por causa de la audiencia; pues el que de tan pequeña cantidad hace exacción, defrauda de la mayor parte de su victoria al que de esta manera es pobre. Y no nos limitamos solamente á esto, sino que también les hacemos liberalidad con lo nuestro propio. Porque queremos que cada uno de estos pedáneos perciba cada año de la mesa de tu excelsitud dos libras de oro, y se contente con ellas solas, y no sea sobornado, y desprecie en absoluto el dinero. Pues por esto preferimos gravar el fisco, á fin de que contentándose cada uno de éstos con nuestra liberalidad y con los cuatro áureos conserve limpias las manos para Dios, para nosotros y la ley, teniendo presente lo que por los anteriores legisladores ha sido determinado sobre esto.

Cap. X

Oportet autem expensarum rationem iudices omnino examinare, et quia hoc bene Zenonis piae memoriae decrevit sententia (3) et nos non dedignati sumus partem etiam hoc nostrarum facere dispositionum. Maneat ergo etiam nunc in eodem schemate custoditum, illo solo adiecto, si iusiurandum intulerit de expensis iudex victori, scilicet cum quantitate, quae visa erit ei recte se habere, quam taxationem vocant leges, deinde ille iuraverit, non habere licentiam iudicem in (4) minus, quam iuratum est, condemnare, neque videri clementiorem lege, quae haec disponit. Si tamen perspexerit neutrum sumtuum subdere rationi, et propter (5) negotii forte varietatem, hoc ipsum decernat sua sententia. Omnibus aliis super appella-

Capítulo X

Mas conviene que los jueces examinen en todo caso la cuenta de los gastos, tanto porque esto lo decretó acertadamente una disposición de Zenón, de piadosa memoria, cuanto porque nosotros no nos desdeñamos de hacerlo también parte de nuestras disposiciones. Subsista, pues, guardado también en el mismo orden, con esta sola adición, que si el juez le defiriese al vencedor juramento sobre los gastos, por supuesto, con la cantidad que á él le hubiere parecido que era justa, á la cual llaman las leyes tasación, y después aquél hubiere jurado, no tenga el juez licencia para condenar en menos de lo que se juró, ni para parecer más clemente que la ley que dispone esto. Pero si viere que ninguna de las partes está obligada al importe de las costas,

(1) *El cód. Hamb., y Trid*; auditorium, *Port., y Cont.*
(2) unumquemque eorum qui sub istis sunt pedaneorum, *el cód. Hamb.*; unumquemque horum qui sub isto vel his sunt pedaneorum, *Trid., y Port.*

(3) *El cód. Hamb.*; et auctoritas, *adicionan las ed.*
(4) *Bk.*; in, *omítenla el cód. Hamb., y las ed.*
(5) *Bk. ed. estereotipada;* et propter, *el cód. Hamb., y las ed.*

tionibus, sicut praediximus, et excusationibus, et ut non promte et cum necessitate fiant litis contestationes, sed habeant viginti dierum inducias, et quidquid aliud iudiciale decrevimus, in propria virtute manentibus.

acaso también por la variedad del negocio, declare esto mismo en su sentencia. Subsistiendo en su propio vigor todas las demás disposiciones sobre las apelaciones, según antes hemos dicho, y sobre las recusaciones, y sobre que no se hagan perentoriamente y con apremio las contestaciones de la demanda, sino que tengan veinte días de término, y cualquiera otra disposición que sobre los juicios hayamos decretado.

Cap. XI

Quia vero multae quaedam nobis fiunt interpellationes, eligentibus quibusdam iudices penitus ignorantes leges et experimentum, et prone iurant iudicibus se contentos, quibus nequaquam quispiam quodlibet credat, deinde suadent forsan etiam iudicibus quasi sibi praebere iusiurandum, viris neque (1) quid sit iustum, neque eius observationem (2) scientibus, et merito laesi ipsi rursus volunt examinari negotium, obliti iurisiurandi, quod iuraverunt, causa nobis subversione digna visa est.

§ 1.—Et quia cognovimus ex rerum experimento, incautum hoc esse, sancimus, de cetero nullum fieri omnino iudicem arbitralem, et cum iurisiurandi cautione iudicare, ne ex hoc in periurium invitum incidant homines, propter iudicum ignorantiam peierare compulsi, sed omnino qui iudicem aut iudices eligunt, cum poena eligant eos, quatenus partes adinvicem coëant, et necessitatem habeant aut contentae esse iudicio, aut, si retractare voluerit alter, det mulctam, et sic licentiam habeat discedere (3) ab iis, quae iudicata sunt, et ad aliud venire auditorium; nostris iudicibus, si aditi fuerint, exigentibus mulctam, et iis, qui eam iussi sunt accipere, restitui praeparantibus. Scientibus iis, qui iudices eligunt, quia, si hoc non egerint, neque stipulati fuerint poenam, sed existimaverint sufficere sibi ex iureiurando cautionem, deinde iudices sic electi noceant eis, si quidem ex studio, a domino deo poenas periurii sustinebunt, si autem ex ignorantia hoc passi fuerint, nihil praeter iusiurandum erit eis amplius, quia neque periurium volumus ab aliquo inferri, neque rursus litigantes sustinere damnum magnum propter iudicantium ignorantiam citra iurisiurandi reverentiam permittimus. Omnibus ante sancitis sive ex antiqua legislatione, sive a nobis de compromissariis iudicibus aut in (4) arbitris, extra tamen necessitatem iurisiurandi, in propria virtute manentibus, et nequaquam ex hac nostra lege novandis.

Capítulo XI

Mas como se nos hacen muchas reclamaciones porque algunos eligen jueces absolutamente ignorantes de las leyes y sin experiencia, y juran con facilidad que están contentos de jueces, en quienes nadie tendría de ningún modo confianza alguna, y después acaso persuaden también á los jueces para que les presten juramento, siendo hombres que ni saben lo que es justo, ni la observancia de ello, y cuando con razón han sido lesionados quieren que de nuevo se examine el negocio, olvidándose del juramento que prestaron, nos pareció el caso digno de ser condenado.

§ 1.—Y puesto que sabemos por experiencia de los negocios que esto es inseguro, mandamos que en lo sucesivo no se nombre absolutamente ningún juez arbitral y para que juzgue bajo caución de juramento, á fin de que por ello no incurran los hombres en perjurio involuntario, compelidos á ser perjuros por causa de la ignorancia de los jueces, sino que en todo caso los que eligen juez ó jueces los elijan bajo la pena que entre sí convengan las partes, y tengan la necesidad ó de contentarse con el fallo, ó de pagar una multa, si uno ú otro quisiere retractarse, y de este modo tenga licencia para separarse de lo que fué juzgado, y para recurrir á otra audiencia; exigiendo nuestros jueces, si á ellos se hubiere recurrido, la multa, y disponiendo que sea entregada á los que se mandó que la recibieran. Teniendo entendido los que elijan jueces, que si no hubieren hecho esto ni estipulado pena, sino juzgado que les bastaba la caución del juramento, y luego les perjudicaran los jueces así elegidos, si verdaderamente de intento, soportarán por la parte del señor Dios la pena del perjurio, y si esto lo sufrieren por ignorancia, no tendrán nada más á excepción del juramento, porque no queremos que por nadie se cometa perjurio, ni tampoco permitimos que los litigantes soporten grande daño por la ignorancia de los juzgadores fuera del respeto debido al juramento. Subsistiendo en su propio vigor, y no debiendo ser en manera alguna innovado por esta ley nuestra, todo lo sancionado antes ó por la antigua legislación ó por nosotros respecto á los jueces compromisarios ó á los árbitros, pero exceptuada la necesidad del juramento.

Cap. XII

Nostros tamen iudices omnibus modis suscipere appellationes sancimus, et nulli licentiam esse penitus hoc repellere, praeter solam tuam eminentiam, cui hoc ab initio largitur imperium, retractationis introducens auxilium.

Capítulo XII

Pero mandamos que de todos modos admitan nuestros jueces las apelaciones, y que absolutamente ninguno tenga licencia para rechazarlas, á excepción de tu sola eminencia, á la cual se le concedió esto en un principio por el imperio, introduciendo el auxilio de la retractación.

Cap. XIII

Omnis autem iudex, sive cingulum habens, sive

Capítulo XIII

Mas todo juez, ya si tiene cíngulo, ya si juzgara

(1) *El cód. Hamb.;* **iusiurandum iuris, neque,** *las ed.*
(2) *El cód. Hamb.;* **observationes,** *las ed.*

(3) *El cód. Hamb., y Trid.;* **reus,** *adicionan Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.;* **in,** *omítenla Port., y Cont.*

aliter iudicans, custodiat leges, et secundum eas proferat sententias, et vel si contingat iussionem nostram in medium, vel si sacram formam, vel si pragmaticam procedere sanctionem, dicentem aliter agi, sequatur legem; nos enim volumus obtinere, quod nostrae volunt leges. Si enim sub appellatione lis fiat, iudex quidem suscipiat modis omnibus oblatam appellationem, nihil penitus excusans, in quibus omnino licet appellare, auxilium vero circa appellationes omnibus adiacet, per quod licet laeso et queri, et mereri correctionem aut ab iis, qui de appellatione iudicant, aut a nobis ipsis, si ad nos sententia referatur.

Cap. XIV

Si quid autem audientes iudices putaverint esse dubium, damus eis licentiam de his nunciare nobis, et consulere nos, ut discant, quae necessaria sunt, et ita quod agendum est explicent, et faciant iusta simul et rationabilia iudicia.

Epilogus

Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis et propter nostrorum subiectorum utilitatem gesta sunt, haec et (1) in imperiali proponat basilica, et in aliis partibus nostrae regiae civitatis, ut universis haec fiant manifesta, et discant, quia per omnia nobis cura est eorum [utilitatis pariter et aequitatis.

Dat. VI. Id. April. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

CONST. LXXXIV (2)

UT CLERICI APUD PROPRIOS EPISCOPOS PRIMUM CONVENIANTUR, ET POST HOC APUD CIVILES IUDICES

(Coll. VI. tit. II.)

Idem Augustus Ioanni, *gloriosissimo per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.*

Praefatio

Plurimas sacras scribentes leges et de deo amabilibus episcopis, et reliquo omni sacerdotio, nec non de reverendissimis monachis, et nuper hoc agentes, in quibus volumus reverendissimos monachos apud solos civitatis episcopos, sub quibus sunt monasteria, conventiones suscipere, petiti sumus a Menna deo amabili archiepiscopo huius felicissimae civitatis et universali patriarcha, reverendissimis clericis hoc dare privilegium, ut, si quis habet adversus eos quamlibet pecuniariam causam, prius ad deo amabilem archiepiscopum pergat, sub quo constitutus est, et interpellet eum et ex non scripto iudicium mereatur. Et si hoc fiat, nec inquietet eum, nec trahat ad auditoria civilia, neque a sacro eum vacare faciat ministerio, sed

de otro modo, guarde las leyes, y profiera sus sentencias con arreglo á ellas, y aunque acontezca que en el intermedio se expide alguna orden nuestra, ó sacra disposición, ó pragmática sanción, que diga que se proceda de otro modo, aténgase á la ley; porque nosotros queremos que prevalezca lo que quieren nuestras leyes. Si, pues, un litigio se constituyera en apelación, admita ciertamente de todos modos el juez la apelación presentada, sin excusarse absolutamente por nada, en los casos en que es de todo punto lícito apelar, pero asista á todos respecto á las apelaciones recurso por el cual le sea lícito al lesionado querellarse y obtener corrección ó de los que juzgan en la apelación, ó de nosotros mismos, si la sentencia fuese remitida á nosotros.

Capítulo XIV

Mas si los jueces que oyen un negocio juzgaren que alguna cosa es dudosa, les damos licencia para que nos den noticia de ella, y nos consulten, á fin de que aprendan lo que es necesario y de este modo resuelvan lo que se ha de hacer, y profieran sentencias justas al mismo tiempo que razonables.

Epílogo

Por tanto, exponga tu eminencia en la basílica imperial y en otras partes de nuestra real ciudad lo que nos ha parecido bien y ha sido dispuesto en utilidad de nuestros súbditos, á fin de que sea hecho manifiesto á todos, y sepan que siempre cuidamos de su utilidad al mismo tiempo que de la equidad.

Dada en Constantinopla á 6 de los Idus de Abril, en el año décimo tercero del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Apión, varón muy esclarecido. [539.]

CONSTITUCION LXXXIV

DE QUE LOS CLÉRIGOS SEAN CITADOS PRIMERAMENTE ANTE SUS PROPIOS OBISPOS, Y DESPUÉS DE ESTO ANTE LOS JUECES CIVILES

(Colección VI. título II.)

El mismo Augusto á Juan, *segunda vez Prefecto de los Pretorios de Oriente, Exconsul ordinario y Patricio.*

Prefacio

Habiendo escrito muchas sacras leyes tanto sobre los obispos, amantes de Dios, como sobre todo el restante sacerdocio, y también sobre los reverendísimos monjes, y habiéndolo hecho hace poco, en cuyas leyes queremos que los reverendísimos monjes reciban las citaciones solamente para ante los obispos de la ciudad, bajo cuya dependencia están los monasterios, se nos ha pedido por Menna, arzobispo, amante de Dios, de esta felicísima ciudad y patriarca universal, que les demos este privilegio á los reverendísimos clérigos, para que, si alguien tiene contra ellos alguna cuestión pecuniaria, se dirija primeramente al arzobispo, amante de Dios, bajo el cual se halla constituído, y demande á aquel y obtenga sentencia no por escrito. Y si se hiciera esto, no

---

(1) *Trid.*; hoc *(omitiendo* et), *el cód. Hamb.*; hic et, *Port.*, *y Cont.*

(2) *El texto griego (Novela LXXXIII.) se halla en Scrimg., no habiendo en Hal. más que la rúbrica y la inscripción.— La Novela se encuentra en Coll. 87. capitul. c. 42., y en (Ioannis) Nomoc. App. X.—Hay un epitome en Coll. const. eccl. III. 1. 4., y en Phot. Nomoc. IX. 1.—Iulian. Const. 77.—La versión latina es glosada.*

ex non scripto examinetur negotium sine damnis, et accipiat formam forsan etiam scriptam, si hoc quoque partes voluerint, et poposcerint, et liberentur alterutro certamine.

lo moleste ni lo lleve á los tribunales civiles, ni haga que deje de desempeñar su sagrado ministerio, sino examínese sin escritos el negocio sin daños, y obtenga acaso también resolución escrita, si esto también hubieren querido las partes, y lo hubieren pedido, y queden libres de recíproca contienda.

§ 1.—Si vero aut propter causae naturam, aut propter quandam forte difficultatem non fuerit possibile deo amabili episcopo decidere negotium, tunc licentiam esse et ad civiles iudices pergere, et privilegiis omnibus custoditis, quae reverendissimis clericis sacrae praestant constitutiones, et litigare, et examinationem fieri, et terminum imponi liti, et ita liberam fieri causam. Clarissimis iudicibus secundum nostras leges (1) studentibus cum magnanimitate et velociter lites decidere, ut non propter huiusmodi causas sacris amoveantur obsequiis, et quum oporteat deum placari, et decentia sacerdotibus agi, auditoriis detineantur, et illic (2) turbis, atque inhaerente tumultu litigantium animabus.

§ 1.—Mas si ó por la naturaleza de la causa, ó quizá por alguna dificultad no le fuere posible al obispo, amante de Dios, decidir el negocio, haya entonces licencia para dirigirse á los jueces civiles, y, guardados todos los privilegios que les conceden á los reverendísimos clérigos las sacras constituciones, para litigar, hacerse el examen, y ponerse término al litigio, y de este modo dejar libre el negocio. Procurando los muy esclarecidos jueces con arreglo á nuestras constituciones decidir los litigios con magnanimidad y rapidez, de suerte que por tales causas no se separen de los sagrados servicios, y, siendo menester que sea Dios aplacado y se ejecute lo que corresponde á los sacerdotes, sean ellos retenidos en los tribunales, y en medio de las turbas de ellos, y entre el tumulto inherente á los ánimos de los litigantes.

§ 2.—Si tamen de criminibus conveniantur, si quidem civilibus, hic quidem competentes iudices, in provinciis autem earum praesides sint iudices, non transcendente lite mensium duorum spatium, ex quo litis contestatio fit, quatenus brevis imponatur causae terminus. Illud palam est, si reum esse putaverit eum, qui convenitur, provinciae praeses, et poena iudicaverit dignum, prius hunc spoliari a deo amabili episcopo sacerdotali dignitate, et ita sub legum fieri manu.

§ 2.—Mas si fueran citados por delitos, si verdaderamente fueran civiles, sean, á la verdad, aquí jueces los competentes, y sean en las provincias jueces los presidentes de las mismas, no excediendo el litigio del espacio de dos meses, desde que se haga la contestación de la demanda, á fin de que se ponga breve término á la causa. Es evidente, que si el presidente de la provincia juzgare que es reo el que es demandado y lo considerare digno de pena, ha de ser él antes despojado de la dignidad sacerdotal por el obispo, amante de Dios, y ser de este modo constituído bajo la acción de las leyes.

Cap. I

Si vero ecclesiasticum sit delictum, egens castigatione ecclesiastica et mulcta, deo amabilis episcopus hoc discernat, nihil communicantibus clarissimis provinciae iudicibus. Neque enim volumus talia negotia omnino scire civiles iudices, quum oporteat talia ecclesiasticae examinari, et emendari animas delinquentium per ecclesiasticam mulctam secundum sacras et divinas regulas, quas etiam nostrae sequi non dedignantur leges. Si vero quaedam prius contestatae sunt lites, hae maneant in ipso schemate, velocem accipientes finem; omnibus, quae iam a nobis sancita sunt sive super sanctissimis ecclesiis, sive super deo amabilibus episcopis, sive super clericis, sive super monachis, propriam virtutem habentibus.

Capitulo I

Mas si el delito fuera eclesiástico, y requiriese castigo eclesiástico y multa, conozca de él el obispo, amante de Dios, sin dar participación alguna á los muy esclarecidos jueces de la provincia. Porque no queremos que de tales negocios conozcan en modo alguno los jueces civiles, pues es conveniente que aquellos sean examinados eclesiásticamente, y que las almas de los delincuentes sean corregidas mediante pena eclesiástica conforme á las sacras y divinas reglas, á las que tampoco nuestras leyes desdeñan atenerse. Mas si antes se contestaron algunas demandas, subsistan ellas en su mismo orden, y reciban rápido término; teniendo su propio vigor todo lo que ya ha sido sancionado por nosotros, ora sobre las santísimas iglesias, ora respecto á los obispos, amantes de Dios, ora en cuanto á los clérigos, ora con relación á los monjes.

Epilogus

Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, per programmata propria manifesta faciat universis, et in perpetuum studeat custodiri.

Dat. XV. Kal. Iun. Constantinop., imper. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

Epilogo

Por tanto, haga tu eminencia manifiesto á todos por medio de sus propios edictos lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta sacra ley, y procure que sea guardado perpétuamente.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Junio, en el año décimo tercero del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Apión, varón muy esclarecido. [539.]

---

(1) *El cód. Hamb.;* **nostras constitutiones vel leges,** *las ed.*

(2) *Bk. ed. estereotipada;* **illis,** *el cód. Hamb., y las ed.*

CONST. LXXXV (1)

DE CONSANGUINEIS ET UTERINIS FRATRIBUS

(Coll. VI. tit. 12.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* IOANNI, *gloriosissimo per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Multis undique natura novitatibus utens (dictum est iam in legibus hoc saepe proemium, dicetur (2) autem et iterum, donec illa, quae sua sunt, operatur), ad opus multarum nos pertrahit legum. Legitimas enim et cognativas (3) successiones dicunt quidem nobis et veteres, et qui ex antiquissimo iure haec sumentes descenderunt usque ad nos, qui plurima horum correximus. Pervenit autem ad nos aliquid tale.

§ 1.—Duxit quidam uxorem, et filii ex eadem sunt nati, deinde moriente illa duxit rursus aliam, ex qua nati sunt filii ei, prioribus consanguinei solum, non tamen uterini; deinde etiam tertium introduxit matrimonium, fecitque filios ex eo. Post mortem vero eius ad secundum mulier descendit virum, ex quo alios fecit filios, iis, qui ex priore viro fuerant, uterinos solum, non tamen consanguineos. Moriente igitur matre, postea mori unum fratrum ex tertio matrimonio contigit sine filiis et sine testamento, multos fratres relinquentem, alios quidem consanguineos, alios autem uterinos, alios vero simul et consanguineos et uterinos. Et quae quae quidem adinventa est naturae novitas, talis quodammodo fuit. Licebit autem tali principio dato nobis ab ea (4), et alios quosdam opinari casus tale aliquid proferre valentes (5), sive morte viri, sive morte mulieris, sive alia legitima separatione, nuptiis diversis hoc facientibus. Quaestio igitur illa erat, si ad mortui fratris hereditatem oporteret omnes vocari, et consanguineos, et uterinos, et simul quidem consanguineos, simul autem uterinos fratres.

Cap. I

Quia igitur considerantes leges omnes, quas congregavimus, et veteres omnes, et nostras, huiusmodi non invenimus emersisse quaestionem, congruum est eam sero tandem refrenare lege, et considerare, quia fratribus sunt ad defunctum aliis quidem cognationis iura, quae nos legitimis copulavimus, aliis autem hoc ipso legitima. Communicabant enim aliqui (6) ei circa paternam prolem, sicut alii circa maternam, alii autem illud pure habebant, et lege et natura iuvante se, eo quod ex iisdem erant procedentes matrum sinibus, eratque eis patris semen unum, et undique veluti quoddam signum eis germanitatis resplendebat. Si igitur huiusmodi frater litibus liberare et legem et dubitantes voluisset, ad testamentum venerat, et suam sententiam fecerat manifestam, et per scripturam honorati ad hereditatem vocarentur. Quia vero hoc

(1) *El texto griego (Novela LXXXIV.) se halla en Scrimg., no habiendo en Hal. nada más que la rúbrica y la inscripción.—Iulian. Const. 78.—La versión latina es glosada.*

(2) *Bk. ed. estereotipada;* dicitur, *el cód. Hamb.* (?), *y las ed.*

CONSTITUCIÓN LXXXV

DE LOS HERMANOS CONSANGUÍNEOS Y UTERINOS

(Colección VI. título 12.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los Pretorios de Oriente, Exconsul ordinario y Patricio.*

Prefacio

Presentando en todas partes muchas novedades la naturaleza, (y este proemio ha sido ya dicho muchas veces en las leyes, pero aun se dirá otra vez, mientras aquella haga lo que le es propio), nos obliga al trabajo de muchas leyes. Porque nos exponen ciertamente las sucesiones legítimas y cognativas los antiguos y los que tomando estas cosas del antiquísimo derecho llegaron hasta nosotros, quienes hemos corregido muchas de ellas. Mas ha llegado á nosotros alguna otra de esta naturaleza.

§ 1.—Uno tomó mujer, y de ella le nacieron hijos, y después al morir aquélla se casó de nuevo con otra, de la cual le nacieron hijos, solamente consanguíneos de los anteriores, pero no uterinos; después contrajo también tercer matrimonio, y tuvo hijos de él. Mas después de la muerte de él la mujer se unió á un segundo marido, del cual tuvo otros hijos, hermanos solamente uterinos de los que había habido del primer marido, pero no consanguíneos. Muriendo, pues, la madre, aconteció que falleció después sin hijos y sin testamento uno de los hermanos del tercer matrimonio, dejando muchos hermanos, unos ciertamente consanguíneos, otros uterinos, y otros juntamente consanguíneos y uterinos. Y la novedad que ciertamente produjo la naturaleza fué en cierto modo esta. Mas en virtud de tal principio dado por ella nos será lícito imaginar también algunos otros casos que puedan producir alguna otra cosa semejante, constituyéndola diversas nupcias ya por muerte del marido, ya por muerte de la mujer, ya por otra legítima separación. Pues la cuestión era esta, si á la herencia del hermano fallecido deberían ser llamados todos, así los consanguíneos como los uterinos, y los hermanos que son al mismo tiempo consanguíneos y uterinos.

Capítulo I

Mas como examinando todas las leyes, que reunimos, así todas las antiguas, como las nuestras, no hallamos que hubiese surgido tal cuestión, es consiguiente resolverla aunque tardíamente por una ley, y considerar que de los hermanos unos tienen ciertamente con el difunto derechos de cognación, que nosotros hemos unido con los legítimos, pero otros, los legítimos por esto mismo. Porque unos tenían comunidad con aquél en cuanto á la prole paterna, como otros en cuanto á la materna, pero otros la tenían puramente, favoreciéndoles la ley y la naturaleza, porque eran procedentes del seno de la misma madre, y tenían el gérmen único de un padre, y por todas partes resplandecia para ellos como cierto signo de fraternidad. Si, pues, un hermano de esta clase hubiese querido librar de litigios á la ley y á los que dudaban, pasaba á otor-

(3) cognaticas, *Bk. ed. estereotipada.*

(4) *Trid., y Cont. al márgen;* ab eo, *el cód. Hamb., Port., y Cont.*

(5) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* volentes, *Cont.*

(6) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* aliquid, *Cont.*

agere noluit aut non potuit (multa (1) namque sunt hominum (2) et anxietates innumerae, et repentinae mortes), haec nostra lex causam determinet.

§ 1.—Vult autem haec lex, ex utroque decoratos, et simul quidem consanguineos, simul autem uterinos fratres, ad successionem morientis meliores esse, quam illos, qui solummodo consanguinei aut solummodo uterini sunt. Et nos non faciat haesitare naturae varietas, sed nos huiusmodi adinventiones ostendimus legitimas atque decernimus, perfectioribus distribuentes, quae meliora sunt, et minores exaequare (3) eis non patientes.

§ 2.—Plurima namque ad hoc nos invitaverunt. Primum quidem altera nostra lex, si filius moriatur filios non habens, deinde exsistentibus ita forte maternis rebus, aut ex nuptiali, aut etiam ex alia causa, quae non acquiruntur, prius ex iisdem nuptiis fratres ad hereditatem vocari (4), deinde ex aliis, et post hos patrem, quod probatio erat eo (5), quod dudum talia nostra legislatio concepisset (6). Nam si etiam patre exsistente, suo patri, et iis, qui sunt ex aliis nuptiis, praeponi consanguineos et uterinos fratres contingit, consequens est, licet pater non exsistat, sed fratres solummodo, praeponi iis, qui ex uno parentum solummodo copulantur morienti, eos, qui similiter quidem consanguinei, similiter autem uterini sunt. Et his conveniens erit (7) illud, quod dudum et in maternis, et in iis, quae ex nuptiali causa aut aliter non acquirantur (8), sancitum est, hoc etiam in reliquis morientis rebus valere atque tractari. Haec igitur lex in isto casu data sibi occasione, sicuti dictum est, posita sit. Et quia ex tribus matrimoniis haec processit novitas (9) naturae, nihil prohibet, vel si quis proponat et in duobus solummodo matrimoniis alios quidem esse solum uterinos, alios autem consanguineos simul et uterinos, vel si quis extendi dicat matrimonia, et adhuc amplius tale aliquid fieri. Et sic in huiusmodi casibus, ubi tales quidam introducuntur ordines fratrum, lex habeat suam virtutem, et excludant duplici utentes iure eos, qui uno solo uti possunt.

gar testamento, y hacía manifiesta su voluntad, y eran llamados á la herencia los hermanos por la escritura. Mas como no quiso, ó no pudo, hacer esto, (pues les sobrevienen á los hombres muchas cosas é innumerables angustias y muertes repentinas), resuelve el caso esta ley nuestra.

§ 1.—Mas quiere esta ley que los llamados tales por ambos lados, al mismo tiempo, á la verdad, hermanos consanguíneos y al mismo tiempo uterinos, sean para la sucesión del que fallece preferentes á los que son solamente consanguíneos ó únicamente uterinos. Y no nos haga dudar la variedad de la naturaleza, sino que mostramos y decretamos que son legítimas tales innovaciones, al distribuir entre los más perfectos lo que es mejor, y al no consentir que los que lo son menos se igualen con ellos.

§ 2.—Porque muchas cosas nos invitaron á esto. En primer lugar ciertamente otra ley nuestra que dice, que si muriese un hijo no teniendo hijos, habiendo en este caso quizá bienes maternos, ó por causas de nupcias, ó también por otra causa, que no sean adquiridos, sean llamados á la herencia primeramente los hermanos de unas mismas nupcias, y después los de otras, y después de ellos el padre, lo cual era prueba de que ya antes nuestra legislación había imaginado tales cosas. Porque, si existiendo también el padre acontece que los hermanos consanguíneos y uterinos son antepuestos á su propio padre y á los que son de otras nupcias, es consiguiente que aunque no exista el padre, sino solamente hermanos, sean antepuestos, á los que están unidos al que fallece solamente por uno de los padres, los que son, á la verdad, al mismo tiempo consanguíneos y también uterinos. Y á esto será consiguiente, que lo que antes se sancionó, tanto respecto á los bienes maternos como en cuanto á los que por causa de las nupcias ó por otra cualquiera no se adquieren, sea válido y se aplique también en cuanto á los demás bienes del que fallece. Quede, pues, establecida esta ley en este caso, que ha dado lugar á ella, según se ha dicho. Y como esta novedad de la naturaleza provino por causa de tres matrimonios, para nada sirve de obstáculo ó que alguno suponga, también tratándose solamente de dos matrimonios, que unos hijos son, á la verdad, únicamente uterinos, y otros al mismo tiempo consanguíneos y uterinos, ó que alguno diga que se extendían á más los matrimonios, y que con tanta más razón sucedía alguna cosa semejante. Y así, en estos casos, en los que se producen algunos tales órdenes de hermanos, tenga su eficacia esta ley, y los que utilicen doble derecho excluyan á los que solamente pueden servirse de uno.

Cap. II

Si vero non talis est casus, sed solummodo constituti sunt uterini aut consanguinei, et moriatur aliquis fratrum, haec (10) prioribus subiaceant legibus, quae eorum iam (11) successiones disposuerunt. Locum tamen haec lex habeat non solum in hoc casu, qui quaestionem movit, sed etiam in iis, qui postea futuri sunt. Quocirca priora, si aut iudicis sententia, aut pactionum expedita sunt formis, habeant propriam decisionem, huius legis iudicio non egentia.

Capítulo II

Mas si el caso no fuera tal, sino que solamente hay uterinos ó consanguíneos, y muere alguno de los hermanos, quede esto sujeto á las anteriores leyes, que dispusieron ya las sucesiones de los mismos. Pero tenga lugar esta ley no solamente en este caso, que promovió la cuestión, sino también en los que después hayan de ocurrir. Por lo que los anteriores, si quedaron resueltos ó por sentencia judicial ó en forma de pactos, conserven su propia resolución, no necesitando de la decisión de esta ley.

---

(1) *El cód. Hamb.;* **multae,** *las ed.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.;* **homini,** *Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* **exaequari,** *Cont.*
(4) vocat, *Bk.*
(5) eo, *omítela Bk.*
(6) *El cód. Hamb.;* **concessisset,** *las ed.*

(7) erat, *el cód. Hamb.*
(8) acquiruntur, *el cód. Hamb.*
(9) *Trid.;* **hoc processit, novitas,** *el cód. Hamb., Port., y Cont.*
(10) *El cód. Hamb.;* **hic,** *Trid., y Cont.;* **hi,** *Port.*
(11) *El cód. Hamb.;* **iam,** *omítenla las ed.*

Epilogus

Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis et per hanc sacram manifestata sunt legem, per litteras proprias declarare cunctis et in perpetuum observare festinet.

Dat. XV. Kal. Iun. Constantinop. imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. anno XIII., APIONE V. C. Cons. [539.]

CONST. LXXXVI (1)

DE ARMIS

(Coll. VI. tit. 13.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* BASILIDI, *gloriosissimo Magistro sacrorum officiorum.*

Praefatio

Magnum deum et salvatorem nostrum Iesum Christum et eius auxilium semper invocantes, studemus omnes subiectos nostros, quorum regimen credidit nobis deus, illaesos et sine calumnia custodire, et inhibere bella, quae per suam considerationem (2) suscipientes, adversus alterutros operantur dolores, duplex ex hoc contra se supplicium inferentes, tam quod sibimet inferunt, quam quod ex legibus vesaniam eorum punientibus patiuntur.

Cap. I

Volentes igitur huiusmodi mortibus homines liberare, prospeximus armifacturae opus nullum privatum operari, solos autem illos arma facere, qui in publicis deputati sunt armificatoriis, aut qui dicuntur fabricenses (3), eos autem, qui operantur arma, nulli vendere privato. Sed neque qui in numeris constituti sunt armifactores, quos etiam deputatos appellant, qui de fisco annonas accipiunt, permittimus operari aut alicui vendere arma, sed solum diligentiam habere armorum milites in numero constitutos (4), in quibus militant. Si vero novum aliquid faciunt, hoc auferri ab eis, et in sacro nostro inferri armamento, adiiciendum ibi repositis publicis armis.

Cap. II

Hoc autem observare volumus et eos, qui in ordinibus ballistariorum sunt, quos per diversas statuimus civitates, ordinantes inter eos (5) et arma facere scientes (6), ut et ipsi sola publica arma in armamentis publicis uniuscuiusque civitatis recondita corrigant atque renovent. Si qui vero novum (7) aliquid armorum instruxerint, hoc similiter et ipsi (8) inter publica arma praestent, et nulli alteri penitus vendant.

(1) *El texto griego (Novela LXXXV.) se halla en Hal. y Scrimg.—Iulian. Const. 79.—La versión latina es glosada.*
(2) *Se deberia enmendar escribiendo* inconsiderationem.
(3) *Bk.;* fabricennii, *el cód. Hamb., y Trid ;* fabricensii, *Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb , Trid., y Port ;* militum in numero constitutorum, *Cont.;* militum in numeris constitutorum, *Bk. ed. estereotipada.*

Epilogo

Por tanto, apresúrese tu eminencia á declarar á todos por medio de sus propias cartas, y á observar perpétuamente, lo que nos ha parecido bien y ha sido manifestado por medio de esta sacra ley.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Junio, en el año décimo tercero del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, bajo el consulado de APIÓN, varón muy esclarecido. [539.]

CONSTITUCION LXXXVI

DE LAS ARMAS

(Colección VI. título 13.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* BASILIDES, *gloriosisimo Maestre de los sacros oficios.*

Prefacio

Invocando siempre á Jesucristo, Dios grande y salvador nuestro, y su auxilio, procuramos conservar á todos nuestros súbditos, cuyo régimen nos confió Dios, ilesos y libres de calumnia, é impedir las guerras, que emprendiendo ellos por su propia consideración producen dolores entre unos y otros, causándose por esto en contra suya doble quebranto, tanto el que á sí mismos se infieren, como el que sufren por virtud de las leyes que castigan su vesania.

Capitulo I

Queriendo, pues, librar de tales muertes á los hombres, hemos determinado que ningún particular se dedique al trabajo de fabricación de armas, y que sólo fabriquen armas los que están empleados en las fábricas públicas de armas, ó los que se dicen operarios de armería, y que los que fabrican las armas no las vendan á ningún particular. Pero tampoco permitimos que los que en las filas militares se hallan siendo armeros, á los que también llaman diputados, los cuales reciben del fisco annonas, fabriquen ó vendan armas para alguien, sino que solamente tengan cuidado de las armas de los soldados de aquellos cuerpos en que militan. Pero si hacen alguna nueva, quíteseles y sea llevada á nuestro sacro depósito de armas, debiendo ser agregada á las armas públicas en él depositadas.

Capitulo II

Mas queremos que esto lo observen también los que están en los cuerpos de ballesteros, que hemos establecido en diversas ciudades, señalando entre ellos los que también saben construir armas, para que ellos compongan y renueven solamente las armas públicas guardadas en los depósitos públicos de armas de cada ciudad. Pero si hubieren construído alguna arma nueva, pónganla igualmente también ellos mismos entre las armas públicas, y no la vendan absolutamente á otro alguno.

(5) *Bk.;* ordinantes eos, *en lugar de* ordinantes inter eos, *el cód. Hamb., y las ed.*
(6) *El cód. Hamb., y Trid.;* facere, sancientes, *Port., y Cont.*
(7) *El cód. Hamb. (?), y Bk.;* unum, *en vez de* novum, *se lee en Trid., Port., y Cont.*
(8) *Bk.;* ipsis, *el cód. Hamb., y las ed.*

Cap. III

Hoc quoque custodiant qui in ballistariis deputati sunt periculo patrum civitatum, sub quibus et ipsos ballistarios statuimus, et publicorum armamentorum diligentiam atque custodiam constituimus, quatenus, si qui visi fuerint aut deputati aut fabricenses (1) vendentes arma, provideant per loca iudices eos suppliciis subdere, insuper etiam arma ab iis, qui ea comparant, sine pretio auferre, et publico vindicare. Hanc igitur gubernante nos deo cogitationem per praesentem sancimus legem, in nulla civitate aut provincia nostrae reipublicae habere licentiam privatos aut alium quempiam arma facere, aut vendere, aut quolibet mercari modo, sed solos eos, qui inter fabricenses referuntur, haec instruere et deferre ad sacrum nostrum armamentum. Et hoc a tua celsitudine et qui post te susceperint cingulum custodiri sancimus, deputantibus nobis aliquos chartulariorum, qui sub tua celsitudine in scrinio sunt constituti fabricensium, periculo quinque inter eos priorum, bonam opinionem habentes et opportunos, qui et eos, qui in hac felicissima civitate, et in aliis civitatibus nostrae reipublicae arma faciunt, requirentes, prohibeant privatos, aut etiam alios quosdam, citra eos, qui deputati sunt inter fabricenses, armifacturae agere causam, et in quibuscunque compererint locis aliquos privatos hoc audentes, haec auferre, et fisci applicare armamento. Si autem inter operarios privatos artifices opportunos invenire potuerint, hos, si voluerint, in militiis statuere, et in descriptione nomina eorum facere, et destinare nobis descriptionem artificum, ut per sacrum nostrum rescriptum in illis statuantur locis, in quibus sunt publicae fabricae, quatenus ipsi operantes arma, et de fisco annonas accipiant. Hoc enim facto et subtiliter observato a praedictis personis, licentia penitus nulli dabitur, neque civitates inhabitantibus privatis, neque villas incolentibus rusticis, armis uti adversus alterutros, necesque praesumere, et ex hoc plurimos homines occidi, publicas vero perire functiones, dum terrae cultores vitam amittere metuentes, fuga propter timorem utuntur.

§ 1.—Oportet ergo eos, qui diriguntur a tua celsitudine ex memorato fabricensium scrinio ad prohibendos privatos armorum factores, confessionem accipere etiam per loca iudices, et subiecta eis officia (2), et civitatum defensores, et patres, quia nihil valebunt (3) de cetero horum, quae a nobis prohibita sunt, aliquid agere, sed quae per praesentem sancita sunt legem, custodient, poenam et in pecuniis, et in ipsum formidantes caput. Sancimus enim, magnae quidem Alexandriae iudicem, negligentem quae a nobis sancita sunt, viginti auri librarum exsolvere poenam, et cingulo cadere, et huius officium similiter auri librarum viginti dare

(1) *Bk.:* fabricenuii, *el cód. Hamb., y Trid.;* fabricensii, *Port., y Cont.*

Capítulo III

Guarden también esto los que están destinados á los depósitos de ballestas bajo la responsabilidad de los padres de las ciudades, bajo cuya dependencia constituímos también á los mismos ballesteros, y pusimos el cuidado y guarda de los depósitos públicos de armas, de suerte que si se viere á algunos ó diputados, ó fabricantes de armas, que venden armas, provean los jueces de las localidades que sean ellos sometidos á suplicios, y quítenles además sin precio las armas á los que las compraron, y reivindíquenlas para el fisco. Así, pues, imponiéndonos Dios este pensamiento, mandamos por la presente ley, que en ninguna ciudad ó provincia de nuestra república tengan licencia los particulares ú otro cualquiera para hacer ó vender armas, ó de cualquier modo comerciar con ellas, sino que solamente los que están comprendidos entre los fabricantes de armas las construyan y las lleven á nuestro sacro depósito de armas. Y mandamos que esto se guarde por tu excelsitud y por los que después de tí obtuvieren tu cíngulo, designando nosotros á algunos de los cartularios, que bajo la dependencia de tu excelsitud se hallan constituídos en la secretaría de los fabricantes de armas, á riesgo de los cinco primeros entre ellos, que tengan buena reputación y sean aptos, quienes buscando á los que en esta felicísima ciudad y en las otras ciudades de nuestra república fabrican armas prohiban que los particulares, ó aun otros cualesquiera, fuera de los que están destinados como del número de los fabricantes de armas, hagan el negocio de la fabricación de armas, y en cualesquiera localidades en que descubrieren que algunos particulares se atreven á fabricarlas se las quiten, y las apliquen al depósito de armas del fisco. Mas si entre los operarios particulares hubieren podido encontrar artífices idóneos, inclúyanlos, si ellos quisieren, en las milicias, é inscriban sus nombres en la matrícula, y remítannos la matrícula de los artífices, para que por sacro rescripto nuestro sean constituidos en aquellas localidades en que hay fábricas públicas, á fin de que ellos mismos al fabricar las armas reciban también del fisco annonas. Porque hecho esto y observado escrupulosamente por las susodichas personas, no se le dará absolutamente á nadie, ni á los particulares que habitan en las ciudades, ni á los campesinos que cultivan las granjas, facilidad para servirse de armas unos contra otros, ni para atreverse á muertes, ni para que por virtud de esto sean muertos muchos hombres, pero se arruinen las contribuciones públicas, porque temiendo los cultivadores de los campos perder la vida recurren á la fuga por causa de su terror.

§ 1.—Así, pues, es menester que los que por tu excelsitud son enviados de la mencionada secretaría de fabricantes de armas para prohibir que haya fabricantes particulares de armas, reciban también confesión á los jueces de las localidades, y á los oficios á ellos subordinados, y á los defensores de las ciudades, y á los padres, de que en lo sucesivo no permitirán hacer cosa alguna de estas que han sido prohibidas por nosotros, sino que guardarán lo que por medio de la presente ley ha sido sancionado, temiendo tanto pena pecuniaria, como la misma capital. Porque mandamos, que el juez de la grande Alejandría, que descuide lo que por nosotros ha

(2) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* iudicum et subiectorum eis officiorum, *Cont.*
(3) nulli permittent, *Bk.*

poenam, et capitale subire supplicium, aliarum vero provinciarum iudices damnum quidem decem librarum auri sustinere, similiter autem et ipsos casui cinguli subiacere, et eorum officia, defensores autem et patres civitatum trium librarum auri mulctari poena, et in capite sustinere periculum, si quod tale factum comperientes non punierint, aut hoc agere valentibus non nuncient, sed latere permiserint.

sido sancionado, pague la pena de veinte libras de oro, y pierda el cíngulo; que sus oficiales satisfagan igualmente la pena de veinte libras de oro, y sufran la pena capital; que los jueces de las otras provincias soporten ciertamente el quebranto de diez libras de oro, y queden ellos del mismo modo sujetos á la pérdida del cíngulo; y que sus oficiales, y los defensores y padres de las ciudades sean castigados con la pena de tres libras de oro, y sufran el suplicio capital, si descubriendo que se hizo alguna tal cosa no la hubieren castigado, ó no se la hubieren denunciado á los que pueden hacer esto, sino que hubieren permitido que quede oculto.

Cap. IV

Ut autem palam fiant, quae a nobis prohibita sunt, a privatis et aliis quibusdam, citra eos, qui in sacris nostris fabricensibus referuntur, fieri aut privatis vendi arma, et hoc per praesentem legem significare curavimus. Prohibemus enim privatos operari et emere arcus, et sagittas, et spathas, et enses, quae vocare consueverunt semispathia, et quae vocantur zabae sive loricae, et contos, et quolibet modo vel figura factas lanceas, et quae apud Isauros nominantur monocopia (1), et appellatos sibinnos (2) seu missibilia (3), insuper et aspidas sive scuta, et galeas seu cassides. Non enim ista alii cuidam instruere sinimus, praeter eos, qui deputati sunt in sacris nostris fabricensibus. Solos autem fieri a privatis et privatis vendi (4) permittimus cultellos minores, quibus nullus in praeliis utitur. Praesentem igitur legem generalem tua celsitudo in hac proponat regia civitate, nec non et per alias civitates nostrae reipublicae, ut omnes agnoscentes, quae placuerunt nobis, haec observent.

Capítulo IV

Mas para que se haga manifiesto lo que por nosotros ha sido prohibido, que por particulares y por otros cualesquiera, excepto los que están comprendidos entre nuestros sacros fabricantes de armas, se hagan armas ó se vendan á particulares, hemos cuidado de significar también esto por medio de la presente ley. Pues prohibimos que los particulares fabriquen y compren arcos, saetas, espadas, espadas cortas, que acostumbraron á llamar semiespadas, y las que se llaman zabas ó lorigas, y picas, y lanzas hechas de cualquier modo ó figura, y lo que entre los Isauros se llama monocopias, y los llamados sibinos ó dardos, y además los aspidas ó escudos, y yelmos ó celadas. Porque no le dejamos á otro cualquiera que haga estas cosas, excepto á aquellos que están empleados entre nuestros sacros fabricantes de armas. Mas permitimos que por particulares se hagan y por particulares se vendan solamente cuchillos menores, de los que nadie se vale en las batallas. Así, pues, publique tu excelsitud la presente ley general en esta real ciudad, y también en las demás ciudades de nuestra república, para que, conociendo todos lo que nos ha parecido bien, lo observen.

Cap. V

Denunciamus autem futuris praeesse huiusmodi custodiae chartulariis ex memorato fabricensium scrinio, quia ex negligentia non solum pecuniarias sustinebunt poenas, sed etiam in corpore supplicia patientur, et militia cadent, insuper nec ipsum ulterius permitti a nobis scrinium in huiusmodi adesse sollicitudine, sed aliis committi fabricensium curam.

Capítulo V

Pero advertimos á los cartularios de la mencionada secretaría de los fabricantes de armas que hayan de estar encargados de esta custodia, que por su negligencia no solamente soportarán penas pecuniarias, sino que también sufrirán suplicios corporales, y perderán su cargo, y además tampoco se permitirá por nosotros que en lo sucesivo estén en la misma secretaría al cuidado de lo mismo, sino que se les encomendará á otros el cuidado de los fabricantes de armas.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per hanc legem declarata sunt, tua celsitudo et qui post te in cingulo fuerint operi terminoque contradere festinent, indignationem nostram et ipsi metuentes, nisi rem sic utilem reipublicae custodierint.

Dat. VII. Kal. Iul. Chalcedone, imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

Epílogo

Por tanto, apresúrese tu excelsitud y los que después de tí tuvieren tu cíngulo á llevar á ejecución y á término lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta ley, temiendo también nuestra indignación, si no guardaren cosa tan útil para la república.

Dada en Calcedonia á 7 de las Calendas de Julio, en el año décimo tercero del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Apion, varón muy esclarecido. [539.]

---

(1) monacapia, *el cód. Hamb., y Trid.*

(2) *Bk.;* sithinios, *el cód. Hamb.;* sitimos, *Trid.;* sitinnos, *Port., y Cont.*

(3) *El cód. Hamb., y Trid.;* missilia, *Port., y Cont.*

(4) fieri a privatis et vendi, *el cód. Hamb.;* fieri et vendi a privatis, *Trid.;* fieri et vendi a privatis et privatis vendi, *Port., y Cont.*

CONST. CXXIX (1)

UT DIFFERENTES IUDICES AUDIRE INTERPELLANTIUM ALLEGATIONES COGANTUR EPISCOPIS HOC AGERE; ET UT, QUANDO IN SUSPICIONE (2) HABUERINT IUDICEM, PARITER AUDIAT CAUSAM ET (3) CIVITATIS EPISCOPUS; ET DE CAUTELA ALIA, QUAM OMNINO OPORTET EPISCOPUM AGERE

(Coll. IX. tit. 10.)

Imp. IUSTINIANI *Aug. edictum.*

Praefatio

(11) *El cód. Hamb., Trid., y Cont. al márgen*; in tantum, *Port., y Cont.*
(12) minus *(omitiendo* in), *el cód. Hamb.*; et minus, *Trid., y Cont. al márgen.*
(13) consistente aut irrideri, *Bk.*

scriptae in lucro percipere, proinde illo eveniente lucro, illa quidem nihil aliud lucrabitur, nisi quingentos aureos ex quarta, ille autem quingentos et mille ex eadem quarta, et tanquam in aenigmate multo videbitur quarta alterius quartae (1) minor; ex suspecta namque (2) aequalitate, quanta inaequalitas ex hoc ipso procedit. Quae igitur prius exposita sunt dotalia, secundum quem constituta sunt modum habeantur; quod enim factum est, infectum manere impossibile est. De cetero autem in omni ditione (3) sancimus aequas quidem esse oblationes, ipsos autem mediocria lucra pacisci, ut per omnia iustitiam aequitatemque honoremus. Si enim aliquis ampiius alio dives est, licet ei per alium modum, legitimum tamen et agnitum nostris legibus, clementiam praebere alii, sed (4) non per inaequalitatem redigens ad aequalitatem lucrum maius alteri acquirere. Et haec quidem de hoc lex ita quodammodo habeat, suam iustitiam universis ostendens.

Cap. II

Aliud quoque, quod circa nuptiales oblationes fit, inspeximus atque consideravimus, dicimus autem de augmento. Quia enim et ab ante nos legislatoribus, et a nobis ipsis de augmentis dictum est, plurima autem a nobis et non facile enumeranda etiam in his super antiquitate philosophata sunt, adinventas ab aliquibus circumscriptiones perimentes, et puram iustitiam servari volentes, etiam illud corrigimus. Privilegium enim dedimus dotibus, ut contra antiquiores hypothecas habeant honorabiliora iura, utpote dum contrahentes cum viris eorum credant substantiis, et non mulierum, quae (5) forte tunc neque competebant iis, qui prius contraxerunt. Dedimus autem licentiam (hoc videlicet, quod antiquitus) et augmenta facere, permittentes et viro et mulieri, sive ambo voluerint, sive etiam horum alter celebrare augmentum. Primum quidem illud sancimus, ne aliqua fiat circumscriptio, sive (6) augere voluerit dotem aut propter nuptias donationem, non licere alii quidem facere, alii autem in prioribus manere, sed utrumque celebrare omnino augmentum, et non in electione, sicuti prius, sed in necessitate causam consistere, omnino tamen quantitate aequali, hoc quod etiam nostri patris dicit constitutio. Et ne contingat augmentum non ipsa fieri veritate, sed schematicum, et maxime in parte mulieris, et ne viri creditores circumscribat privilegio utens, si quidem habuerint utrinque (7) immobiles res, melius est in immobilibus fieri oblationem, quatenus sit palam et indubitatum quod quidem ab initio fuit, quod autem postea additum est. Si autem non utrinque immobiles res fuerint, mulierem omnino per immobiles res celebrare augmentum, ut et dos et augmentum similiter habeat adversus antiquiores creditores privilegium, undique indubitato augmento exsistente, vir autem etiam in rebus mobilibus faciat augmentum, nulla enim hinc oritur (8) laesio. Si autem mulier immobilium habens rerum

áureos y la mujer ofreciera en dote acaso seis mil, y estipularan que uno y otro percibieran como lucro la cuarta parte de la cantidad escrita, y por consiguiente, al realizarse el lucro ella no lucrara ciertamente ninguna otra cosa sino quinientos áureos de la cuarta parte, pero él mil quinientos por la misma cuarta parte, y como muy enigmáticamente pareciere que una cuarta parte es menor que otra cuarta; porque de esta sospechosa igualdad proviene naturalmente tan grande desigualdad. Así, pues, permanezcan en la forma en que fueron constituídos los instrumentos dotales que antes se hicieron; porque es imposible que quede como no hecho lo que se hizo. Mas para lo sucesivo mandamos que en todo el imperio sean ciertamente iguales las ofertas, y que ellos pacten moderados lucros, de suerte que en todo honremos la justicia y la equidad. Porque si el uno es más rico que el otro, le es lícito darle prueba de clemencia de otro modo, pero legítimo y reconocido por nuestras leyes, mas no adquirir para el otro un lucro mayor yendo á la igualdad por medio de la desigualdad. Y quede ciertamente de este modo sobre este particular esta ley, mostrando á todos su justicia.

Capítulo II

También hemos inspeccionado y considerado otra cosa que se hace respecto á las oblaciones nupciales, nos referimos á su aumento. Porque como así por los legisladores anteriores á nosotros, como por nosotros mismos se habló de los aumentos, y además de lo antiguo se discurrieron también sobre estas cosas por nosotros otras muchas y no fácil de enumerar, corregimos también aquello estirpando los fraudes inventados por algunos, y queriendo que se conserve pura la justicia. Porque les dimos privilegio á las dotes, para que tengan derechos más respetables contra hipotecas más antiguas, porque los que contratan con los maridos fían en los bienes de éstos, y no en los de las mujeres, que acaso entonces ni les pertenecían á los que contrataron antes. Mas concedimos licencia (cosa que ciertamente es antigua) también para hacer aumentos, permitiéndoselo así al marido como á la mujer, ya si ambos quisieren hacer el aumento, ya también si uno de ellos. Y en primer lugar sancionamos ciertamente, para que no se cometa algún fraude, que si uno quisiere aumentar la dote ó la donación por causa de nupcias, no le sea á él ciertamente lícito hacerlo, y al otro permanecer con las cosas de antes, sino que de todos modos hagan ambos el aumento, y esto no sea á voluntad, como antes, sino de necesidad, pero en todo caso en cantidad igual, cosa que dice también la constitución de nuestro padre. Y para que no acontezca que el aumento no se hace de verdad, sino fingido, y principalmente por parte de la mujer, y valiéndose de su privilegio no engañe á los acreedores de su marido, si ciertamente tuvieren ambas partes bienes inmuebles, es mejor que la oblación se haga en inmuebles, á fin de que sea manifiesto é indudable lo que ciertamente hubo en un principio, y lo que después se añadió. Mas si no hubiere bienes inmuebles por ambas partes, haga de todos modos la mujer el aumento con bienes inmuebles, á fin

(1) *El cód. Hamb., y Trid.* (quartae, *parece que se debe suprimir);* quarta unius alterius quarta, *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.;* vel, *adicionan Port., y Cont.*
(3) *Bk.;* donatione, *el cód. Hamb., y Trid.;* datione, *Port., y Cont.*
(4) *Bk.;* et, *el cód. Hamb., y Trid.*
(5) *Bk.;* et quae, *el cód. Hamb., y las ed.*
(6) si, *Bk.*
(7) *Trid.;* habuerint utrique, *el cód. Hamb.;* habuerit uterque, *Port., y Cont.*
(8) *El cód. Hamb.;* orietur, *las ed.*



substantiam, in rebus mobilibus scribat augmentum, sciat, privilegium non habituram, nisi in antiqua sola dote, non in figurato exsistente augmento. Quod enim ab initio factum est, in toto sine suspicione est, quod autem postea machinatum est contra creditores hoc ipso introducit meditationem, et laedi homines ex dato a nobis dotibus privilegio nullo volumus modo. Si vero non fuerit debitum contra virum ullum, neque suspicio contra creditores circumventionis, tunc et in pecuniis et ut volunt augmentum fiat ab eis, utrinque (1) tamen augmento sic faciendo et aequalitatem habente, ut aequalitatem (2) servemus. Quae enim erit circumventionis suspicio, viro obligato nulli exsistente, et praeterea augmentis sine tergiversatione factis?

de que así la dote como su aumento tengan igualmente privilegio contra los acreedores más antiguos, siendo de todo punto indudable el aumento, pero haga el marido el aumento aun en bienes muebles, porque de aquí no se origina lesión alguna. Pero si la mujer, teniendo bienes inmuebles consignara por escrito el aumento en bienes muebles, sepa que no tendrá privilegio, sino solamente en cuanto á la antigua dote, no en cuanto al aumento que es figurado. Porque lo que se hizo en un principio está por completo exento de sospecha, pero lo que se maquinó después establece por lo mismo un meditado propósito contra los acreedores, y de ningún modo queremos que los hombres sean perjudicados por virtud del privilegio dado por nosotros á las dotes. Pero si no hubiere deuda alguna contra el marido, ni sospecha de defraudación á los acreedores, en este caso hágase por ellos el aumento, así en dinero, como según quieran, pero debiéndose hacer por ambas partes de este modo, y teniendo igualdad, el aumento, á fin de que conservemos la igualdad. Porque ¿qué sospecha de engaño habrá, no estando obligado á nadie el marido, y habiéndose hecho además los aumentos sin tergiversación?

Cap. III

His consequens est et illud decernere, quod in casibus huiusmodi dubitatum est. Novimus et antiquioribus creditoribus aliquas hypothecas praeponi (3) iuniores exsistentes ex privilegiis a legibus datis, quale est, quando aliquis propriis pecuniis procuraverit navem comparare, aut fabricare, aut reparare, aut domum forsan aedificare, aut etiam emi agrum aut aliquid horum; in his enim omnibus priores exsistunt posteriores creditores, quorum pecuniis emta aut renovata res est, iis, qui etiam multo antiquiores sunt. Quaesitum est igitur, si mulier praetendens privilegium super antiquam dotem (4) et augmentum, in quo etiam hoc (5) servatur privilegium (sicuti praedictum est), prioribus voluerit praeponi creditoribus, veniat autem et alter creditor, posterior quidem, praetendens autem pecuniis suis emtam aut reparatam navem, aut domum, aut agrum, et (6) competere, eum in his rebus, quae eius pecuniis emtae aut reparatae sunt, habere praedictum privilegium, utrum oporteat dotem etiam talibus praeponi, an aliis quidem praevalere creditoribus, quicunque non talia praetendunt, his autem cedere, quoniam ex eorum substantia res acquisita est? Plurimum igitur super his cogitantes, non invenimus mulierem iuste exsistentem cedere alicui tali privilegio. Videbamus enim (quae causae absurditas est), quia aliquis quidem fornicantibus mulieribus ex proprio corpore advenit quaestus, et vivunt ex hoc quaestu, adversantibus (7) autem, et semetipsas atque substantiam ad virum introducentibus (8), non solum nullus sit quaestus a viris male degentibus, sed etiam minuantur, et spes eis nulla sit. Volumus igitur secundum hoc (9), ut, etsi quis (10) domum renovasset, aut etiam agrum emisset, non possit talia privilegia mulieribus opponere. Infirmitatem namque muliebris naturae satis novimus,

Capitulo III

A esto es consiguiente que dilucidemos también lo que en casos de esta naturaleza se dudó. Sabemos que algunas hipotecas que son más recientes se anteponen aun á acreedores más antiguos por virtud de privilegios dados por las leyes, como sucede en el caso en que alguno hubiere facilitado que con su propio dinero se compre, construya, ó repare una nave, ó quizá que se edifique una casa, ó también que se compre un campo ó alguna de estas cosas; porque en todos estos casos los acreedores posteriores, con cuyo dinero fué comprada ó reparada la cosa, son preferentes á los que son aun mucho más antiguos. Se preguntó, pues, si alegando la mujer su privilegio sobre su antigua dote y sobre el aumento, en el que se le reserva también este privilegio, (según se ha dicho antes), quisiere ser antepuesta á acreedores anteriores, mas viniera otro acreedor, ciertamente posterior, pero que alegara que con su dinero se compró ó reparó una nave, ó una casa, ó un campo, y era lo competente que sobre estas cosas, que fueron compradas ó reparadas con su dinero, él tuviera el susodicho privilegio, ¿deberá acaso ser antepuesta la dote también á éstos, ó ser preferida ciertamente á los demás acreedores, que no alegan tales cosas, pero ceder á éstos, porque la cosa fué comprada con dinero de ellos? Y pensando mucho sobre esto, no hallamos que sea justo que la mujer ceda á alguien en tal privilegio. Porque veíamos, (lo que hay de absurdo en el caso), que á las mujeres lujuriosas les proviene de su propio cuerpo alguna ganancia, y viven de esta ganancia, y que las que son contrarias á éstas, y se entregan ellas mismas con sus bienes á su marido, no solamente no tienen ganancia alguna por parte de sus maridos, que vivan mal, sino que son perjudicadas, y no tienen ninguna esperanza. Por esto, pues, queremos, que, aunque

(1) *El cód. Hamb., y Trid*; utrique, *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb., y Cont. al margen*; aequitatem, *Trid., Port., y Cont.*
(3) *Cont. al márgen*; praeponere, *el cód. Hamb., y las ed.*
(4) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; antiqua dote, *Cont.*
(5) hic, *el cód. Hamb.*
(6) *Bk.*; aut, *el cód. Hamb., y las ed.*

(7) bene versantibus, *Bk.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.*; et quae semetipsas—introducunt, *Port., y Cont.*
(9) nulla sit secundum hoc. Unde volumus, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(10) *Bk.*; et si quis, *el cód. Hamb.*; ut si quis, *las ed.*

et quia facile circumventiones fiunt adversus eas, minui autem eis dotem nullo sinimus modo. Sufficit enim, quia lucris (1) cadunt, etsi prior antenuptialis donatio inveniatur (2) et sufficiens quoddam exstet eis ex hoc damnum, non etiam eas volumus et circa ipsam dotem periculum sustinere.

alguno hubiese renovado una casa, ó también hubiese comprado un campo, no pueda oponerles á las mujeres tales privilegios. Porque suficientemente conocemos la debilidad de la naturaleza de la mujer, y que con facilidad se las engaña, y de ningún modo dejamos que se les disminuya la dote. Pues basta que pierdan los lucros, aunque se halle que la donación antenupcial es anterior, y que de esto les resulte un perjuicio bastante grande, pero no queremos que también ellas sufran riesgo en cuanto á la misma dote.

Cap. IV

Quia vero et huiusmodi quaedam aditiones nobis factae sunt, eo quod quidam aliorum militant pecuniis, et oportet eos, qui in has crediderunt causas, praeponi, sancimus, si quis vere dederit (3) aurum occassione militiae, sive statutum fieri, vel pro aliis quibusdam talibus causis, et expressim hoc ipsum scribatur in instrumento, et in hoc fiat pactum, ut casu proveniente prior sit solus, qui ad hoc credidit, et (4) huic solo casui cedere mulierem, neque facile credendum (5), neque per testes, sed negotio ex scripto gesto, et testium habente subscriptiones, et ipso opere procedente. Tunc enim, si per omnem huiusmodi viam causa procedat, suspicionem non habeat (6), et competit contrahentes propriis non privari, aliis (7) omnibus praevalere mulierem secundum quod iam a nobis eis datum est privilegium.

Capitulo IV

Pero como también se nos hicieron algunas representaciones de esta naturaleza, porque algunos tienen por dinero de otros alguna milicia, y es conveniente que los que prestaron para este objeto sean preferidos, mandamos, que, si alguno hubiere dado verdaderamente dinero con ocasión de un cargo en la milicia, ó para que uno sea hecho numerario, ó por algunas otras tales causas, y expresamente se escribiera esto en el instrumento, y sobre ello se hiciera pacto, para que, llegando el caso, sea primero sólo el que prestó para esto, solamente en este caso ceda la mujer, sin que fácilmente se haya de dar crédito al mismo, ni aun mediante testigos, sino habiéndose hecho el negocio por escrito, que tenga también las firmas de testigos, y habiéndose realizado efectivamente. Porque entonces, si la cosa hubiera sido hecha con todas estas formalidades, no será sospechosa, y procede que los contratantes no sean privados de sus propios bienes, y que la mujer sea antepuesta á todos los demás conforme al privilegio que ya se les dió por nosotros.

Cap. V

Quia vero iam legem scripsimus, ut patres semel offerentes dotem pro filia sub potestate, aut suae quidem potestatis, reversionem autem in semetipsos facientes (8), ... quaesitum est apud aliquos, si competens est moriente genero, et remeante ad patrem dote, quae ab eo data est, hanc patrem semel offerentem posse ad secundas veniente nuptias filia minuere, aut hoc non facere, cogitantem, quia semel alienata est ab eius substantia, sed ipsa mensura ei nubenti rursus dare, tanquam si nec contigisset viduatam? Hoc enim nobis nunciatum est, quia triginta librarum auri quidam pater exsistens obtulit dotem, deinde filia viduata, et ad secundas veniente nuptias, non iam triginta libras ipse obtulit, sed quinque et decem solas, quoniam contigerat mulierem lucratam mediam antenuptialis donationis partem in quinque et decem auri libris (9) exsistentem, et pater nequaquam de suo obtulit triginta auri libras, sed quinque quidem et decem ipse, quindecim vero ex lucro mulieris. Non iustum igitur existimavimus hoc esse, sed similiter in divisione habere quidem eam praecipuum antenuptialis donationis lucrum, ex paternis autem quinque et decem percipere reliquas, tanquam studuerit pater laedere filiam. Quid enim egerat (10), si non contigisset secundis eam nuptiis copulari,

Capitulo V

Mas como ya escribimos una ley, para que los padres, que una vez ofrecen dote por una hija que está bajo su potestad, ó que ciertamente es de propia potestad, pero estableciendo la reversión á ellos mismos....., se preguntó por algunos, ¿es procedente que muriendo el yerno, y volviendo al padre la dote, que fué dada por él, pueda el padre que una vez la ofreció disminuirla al pasar la hija á segundas nupcias, ó que no pueda hacer esto, considerando que ya una vez fué separada de sus bienes, sino que debe dársela de la misma cuantía á la que se casa segunda vez, como si no hubiese acontecido que hubiera enviudado? Porque se nos dijo, que uno que era padre ofreció dote de treinta libras de oro, y luego, habiendo enviudado su hija, y pasando á segundas nupcias, no ofreció él ya las treinta libras, sino solamente quince, porque había acontecido que la mujer lucró la mitad de la donación antenupcial, que importaba quince libras de oro, y el padre de ningún modo ofreció de lo suyo las treinta libras de oro, sino ciertamente quince por él, y las quince del lucro de la mujer. No estimamos, pues, que esto fuera justo, sino que del mismo modo tenga ella ciertamente en la división como preferente el lucro de la donación antenupcial, y reciba de los bienes paternos las otras quin-

---

(1) *El cód. Vindob., Mon., y Hamb*; quia a lucris, *Trid.*; quod a lucris, *Port., y Cont.*

(2) *El cód. Mon., Hamb., Trid., y Port.*; si prior antenuptialis donatio inveniatur, *el cód. Vindob.*; si priora antenuptiali donatione inveniantur, *Cont.*

(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; si quis crediderit, *Port., y Cont.*

(4) et, *omitela Bk.*

(5) facile ei credendo, *Bk. ed. estereotipada.*

(6) habeat, *Bk.*

(7) vero, *adiciona Bk. en su ed. estereotipada.*

(8) In semetipsum facientem, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*, *lo cual es más correcto; pero también es necesario que se corrijan las primeras palabras de la frase adulterada. Bk. suplió la laguna que hay después de* facientes *de este modo:* ex stipulatu actionem habeat (?).

(9) *El cód. Hamb.*; libras, *las ed.*

(10) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; egisset, *Cont.*

sed manere eundem generum vivum? aut quomodo futurus erat minuere dotem iam a se datam, aut proprium illius lucrum suum facere, et in dotem secundi viri deducere? quum utique oporteret eam in paraphernis haec habere, et forsan propter hanc causam ditiori nubere viro, non solum triginta librarum auri dominam factam, scilicet quindecim antenuptialis donationis, et quindecim a patre oblatis, sed quadraginta et quinque, lucro quidem in paraphernis ei constituto, fortuna ei dato (1), quod autem ex largitate paterna oblatum est, manente integro. Haec autem sancimus, si et patris substantia manserit in ipsa figura, in qua prius fuit. Sin autem fortuita quaedam clades imminuerit eius substantiam, ut neque volenti sit possibile aequae mensurae, qua prius, dare rursus dotem, et probetur aperte (2) fortuita deminutio patris substantiae, tunc non amplius cogi patrem dare secundo filiam iungentem (3), nisi in quantum substantiae virtus est, sed lucrum quidem prioris antenuptialis donationis habere integrum, tantam vero percipere a patre in secundo ordine dotem, quantum substantiae eius mensura susceperit. Palam enim est, quia hoc lucrum (quod ex antenuptiali dicimus donatione, cuius solum ei usum damus) ex omni necessitate moriens restituet filiae, proprietatis antenuptialis donationis dominae omnibus modis factae.

ce libras, como si el padre hubiere querido perjudicar á la hija. Porque ¿qué habría hecho, si no hubiese acontecido que ella se uniera en segundas nupcias, sino que subsistiera vivo el mismo yerno? O ¿cómo habría podido disminuir la dote ya dada por él, ó hacer suyo el lucro propio de ella, y destinarlo á la dote del segundo marido? Porque ciertamente convendría que ella tuviera estos bienes como parafernales, y que quizá por esta causa se casara con un hombre más rico, hecha dueña no solamente de treinta libras de oro, á saber, de las quince de la donación antenupcial, y de las quince ofrecidas por el padre, sino de cuarenta y cinco, teniendo ciertamente entre los parafernales el lucro, que le fué dado por la fortuna, y quedándole íntegro lo que le fué ofrecido por la liberalidad del padre. Mas esto lo mandamos, si también los bienes del padre hubieren permanecido en el mismo estado en que estuvieron antes. Pero si alguna desgracia fortuita hubiere disminuído sus bienes, de suerte que ni queriendo le sea posible dar otra vez la dote de la misma cuantía que antes, y claramente se probara la fortuita disminución de los bienes del padre, en este caso no sea obligado el padre á darle á la hija que se casa segunda vez más que cuanto sea posible para los bienes, pero tenga ella ciertamente íntegro el lucro de la anterior donación antenupcial, mas perciba del padre en segundo orden tanta dote cuanta comportare la cuantía de los bienes de éste. Porque es manifiesto, que este lucro (que decimos proveniente de la donación antenupcial, cuyo solo uso le damos), se lo restituirá de toda necesidad al morir él á la hija, que de todos modos se hizo dueña de la propiedad de la donación antenupcial.

Cap. VI

Illud quoque sancire necessarium existimavimus, in plurimis videlicet et innumeris rebus quaesitum. Obtulit enim pater dotem aut forte mater pro filia sua, hanc autem illa obtulit marito, et defunctus est vir inops; deinde patre aut (4) matre mortuis, exigitur et (5) quae nupsit conferre suam dotem, aut minus tanto accipere. Si quidem vir idoneus est, causa undique absoluta est, si vero nullius alterius domina consistit illa, nisi actionum, quae contra maritum sunt, at illae minus idoneae sunt (6), et obiiciatur mulieri, quod iam data sit dos pro ea, illa vero actionem conferat nullum habentem penitus effectum legis (7) causa nobis digna putata est. Et novimus quidem iam in plurimis iudiciis duritiam postea sic iudicatam (8), et mulierem coactam conferre dotem aut certe reputare pro se datam, ex qua nullum ei omnino contigit effectum in ipsis rebus recipere. Nos autem ex aliis nostris legibus iuvamus causam. Quia enim dedimus mulieribus electionem etiam constante matrimonio, si male res maritus gubernet, et accipere eas, et gubernare (9) secundum decentem modum, et sicuti nostra constitutio dicit, si quidem suae potestatis et perfectae aetatis mulier est, sibimet culpam inferat, cur mox viro inchoante male substantia uti non percepit et non auxiliata

Capitulo VI

También hemos estimado necesario sancionar lo que ciertamente fué objeto de cuestión en muchos é innumerables casos. Porque un padre ó quizá una madre ofreció dote por su hija, pero ésta se la ofreció á su marido, y el marido murió pobre; después, fallecido el padre ó la madre, se le exige á la que se casó que lleve á colación su dote, ó que reciba otro tanto menos. Si el marido es ciertamente solvente, la cuestión queda en todas sus partes resuelta, pero si ella no es dueña de ninguna otra cosa, sino de las acciones que hay contra el marido, mas estas no son productivas, y se le objetara á la mujer que ya se dió por ella la dote, pero ella llevara á colación una acción que no tuviera absolutamente ningún efecto, el caso nos pareció digno de una ley. Y sabemos que ciertamente ya en muchos juicios se juzgó así con dureza, y que la mujer fué obligada á llevar á colación la dote, ó ciertamente á que fuese computada como dada en interés de ella una de la que absolutamente ningún efecto real aconteció que obtuviera. Mas nosotros favorecemos el caso en virtud de otras leyes nuestras. Porque como les dimos á las mujeres la elección aun durante el matrimonio, si el marido administrara malamente los bienes, para recibirlos y administrarlos de modo conveniente, y según dice

(1) *Bk.;* lucrum—constitutum—datum, *el cód. Hamb., y las ed.*
(2) *Bk. ed. estereotipada;* a patre, *en lugar de* aperte, *el cód. Hamb., y las ed.*
(3) filiae nubenti, *en vez de* filiam iungentem, *se lee en el cód. Hamb., y las ed.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.;* et, *Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb.;* et, *omítenla las ed.*

(6) ille minus idoneus est, *por* illae minus idoneae sunt, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(7) effectum, lege, *Bk.*
(8) durius postea sic iudicatum, *Bk. En la palabra* duritiam *quizá estén confundidas dos,* durius eam *(esto es,* causam).
(9) *Port.;* gubernare et, *en lugar de* et gubernare, *el cód. Hamb., Trid., y Cont.*

est sibi. Sic enim habitura erat in collationis ratione proprias res undique (1) sine deminutione, et in ea minus tanto collationem facere.

§ 1.—Sin autem sub potestate est, et sine patris voluntate hoc agere non poterat, si quidem adiens patrem hoc dixit, et contestata est, ut consentiret ei et res percipere etiam constante adhuc matrimonio, et secundis temporibus eas servare, et hoc egit pater, etiam rursus hinc (2) integra habebit sua iura, rebus ei (3) servatis, quum etiam antenuptialis donationis res vindicare etiam constante matrimonio dederimus ei, et posteriore periculo omni liberari. Sin autem illa quidem haec contestata est patrem, ille autem neque movit, neque consensit, et neque dedit licentiam filiae hoc agere, non eam periculum pati, sed et conferri nudam actionem contra inopis mariti res, et fortunam esse communem et ipsi, et eius fratribus, non tamen ex collatione damnificari, sed competentem ei partem dari ex paternis rebus, actionem illa quidem conferente, ab omnibus autem movendam fratribus, et hoc proficiendo universis ipsis, quod fortunae eventus dederit. Sed si quidem pater in talibus casibus obtulerit dotem, et de eius substantia sperari futura est collatio, hoc valere. Si vero maior forte oblatio fuerit, et collatio circa illam vertitur spem ex patris inobedientia neque movere volentis, neque permittentis ei movere, tunc etiam per semetipsam filiam movere, et non habere occasionem, eo quod non potuerit movere, sed (5) sibimet auxiliari, et futurae laesionis ex inopia viri adimere metum. Et novimus Ulpianum sapientissimum talia quaesisse, et inope viro comperto iuvisse mulierem, et in quantum vir idoneus est, collationem ei fieri voluisse.

§ 2.—Sed quoniam in multitudine legum exsistentium, antequam eas constitueremus et ad conspicuum perduceremus ordinem, plurima et necessaria ignorabantur, et decreta, quae contraria vellent, a iudicibus posita sunt, ne ulla seductio circa hoc fiat, propterea necessarium putavimus, proinde etiam in medio nostrae positae constitutionis, quae etiam constantibus matrimoniis mulieri auxiliatur, ad meliorem et magis consequentem viam venientes praesentem ponere legem. Ut autem non per partes enumeremus personas, in quibus valere eam oportet, generali sermone decernimus, quapropter (6), in quibus est collationis ratio, in his et constitutionem valere, sive pater, sive avus, sive mater, sive avia, sive (7) ascendentium aliqua sit persona.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram insinuata sunt legem, tua celsitudo per program-

(1) *El cód. Hamb*; **undique et**, *las ed.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; **hic**, *en lugar de* **hinc**, *se lee en Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb.*; **ei suis**, *las ed.*

nuestra constitución, si verdaderamente la mujer es de propia potestad y de edad cumplida, impútese á sí misma la culpa, porque tan pronto como el marido comenzó á servirse malamente de los bienes no los recobró y no se auxilió ella á sí misma. Pues de este modo habría tenido para la cuenta de la colación sus propios bienes sin disminución alguna, y haría la colación por tanto menos.

§ 1.—Mas si está bajo potestad, y no podía hacer esto sin la voluntad de su padre, y dirigiéndose ciertamente á su padre le dijo esto, y se lo hizo constar para que le consintiera recobrar los bienes aun subsistiendo todavía el matrimonio, y conservarlos para el tiempo subsiguiente, y el padre hizo esto, tendrá también á su vez de este modo íntegros sus derechos, quedándole conservados sus bienes, porque también le concedemos que reivindique los bienes de la donación antenupcial aun durante el matrimonio, y que se libre de todo peligro ulterior. Pero si ella ciertamente le hizo constar esto á su padre, y éste no promovió acción, ni prestó consentimiento, ni le dió licencia á su hija para hacer esto, no sufra ella riesgo, sino sea llevada á colación la nuda acción contra los bienes del marido pobre, y tengan ella y sus hermanos una suerte común, pero no sea perjudicada por la colación, sino désele de los bienes paternos la parte competente, llevando ella ciertamente á colación la acción, que deberá ser ejercitada por todos sus hermanos, y habiendo de aprovecharles á todos ellos lo que diere el resultado de la fortuna. Mas si ciertamente el padre hubiere ofrecido en tales casos la dote, y de sus bienes se hubiera de esperar la colación, sea esto válido. Pero si acaso hubiere sido mayor la oblación, y la colación echa por tierra la esperanza respecto á ella, por contumacia del padre que ni quiere promover la acción, ni permitirle que la promueva, promuévala también en este caso por sí misma la hija, y no tenga el pretexto de que no ha podido promoverla, sino ayúdese á sí misma, y pierda el temor de futura lesión por la inopia de su marido. Y sabemos que el sapientísimo Ulpiano examinó estas cosas, y que habiendo sido hallado pobre el marido auxilió á la mujer, y quiso que por ella se hiciera colación de tanto cuanto el marido es solvente.

§ 2.—Mas como en la multitud de leyes que existían, antes que las estableciéramos y las pusiéramos en orden conveniente, se ignoraban muchas cosas necesarias, y se dieron por los jueces decretos, que querían cosas contrarias, á fin de que en cuanto á esto no se cometa fraude alguno, hemos juzgado necesario, á consecuencia también de nuestra constitución publicada, que auxilia á la mujer aun durante el matrimonio, establecer, entrando en camino mejor y más llano, la presente ley. Mas para no enumerar por partes las personas respecto á las que debe valer, determinamos con una expresión general, que valga ella en cuanto á aquellos para los que hay la cuenta de colación, ya sea padre, ya abuelo, ya madre, ya abuela, ya alguna otra persona de los ascendientes.

Epílogo

Por tanto, procure tu excelsitud hacer manifiesto á todos en la forma acostumbrada por medio de

(5) *El códice Hamb.*; **et**, *en lugar de* **sed**, *se halla en las ed.*
(6) **quia**, *Bk.*
(7) *El cód. Hamb.*; **aut**, *las ed.*

mata propria manifesta facere universis solenniter procuret, et in perpetuum servare festinet.

Dat. XV. Kal. Decemb. Constant., imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XIII., Apione V. C. Cons. [539.]

CONST. XCIX (1)

NEQUE VIRUM QUOD EX DOTE EST, NEQUE MULIEREM EX SPONSALITIA LARGITATE LUCRUM PROPRIUM HABERE, SED SERVARE DOMINIUM SUIS FILIIS, VEL SI AD SECUNDAS NUPTIAS NON VENIANT, USU SOLO IN LUCRO CONSISTENTE, ET UT EX REPUDIO TRANSIGENTES NUPTIAS, LUCRANTES AUT DOTEM, AUT ANTE NUPTIAS DONATIONEM, ET IPSIS SIMILITER DOMINIUM SERVENT FILIIS, USUM HABENTE PERSONA COGENDA FILIOS ALERE; SI VERO BONA GRATIA SOLVANTUR NUPTIAE, ET VIDEANTUR OCCASIONE DAMNI DETINERI QUAEDAM, ET HAC ARTE PERIMENDA, QUAE DETINENTUR, FILIIS (2) SERVENTUR

(Coll. VIII. tit. I.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Ioanni, *gloriosissimo sacrorum Orientalium Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.*

Praefatio

Ea quidem, quae semper idem se habent, legibus non egent variis, simplicitatem, et quod sine ullius diversitatis mixtura est continue possidentia, et utentia legibus sempiternis ac sacris, nulla correctione egentibus, quod autem secundum nos est in redundationis comprehensum tumultu (3), gubernativa indiget sapientia, ex legibus superveniente negotiis. Unde quoniam nos neque ad iudicia segnes, multis interpellantium (4) causis, singulis quidem medemur, comprehendentes autem unamquamque quaestionem dubitatam a nobis et iudicibus nostris, per legislationem quae oporteat agi generaliter in unaquaque quaestione exponimus. Itaque illud ante omnia visum quidem est forsan esse priscis legislatoribus non sine quadam divisione, nobis autem putatum est bene se habere temperata lege ad simplicitatem causam transponere, ex (5) nunc inchoante, et nihil perscrutante horum, quae prius terminata sunt, quoniam et nobis ipsis, pridem non displicentibus de hoc ipso legibus, visa sunt meliora secunda. Nuptialibus namque lucris, si quidem aliquis coniunctorum servaverit pudicitiam, manentibus apud ipsos valide et eorum substantiis infixis, si vero veniat ad alterius personae coniunctionem, ex prioribus nuptiis filiis servandis, simplici quadam et meliore lege duplicem hanc placuit interimere. Si enim secundis mixta nuptiis mulier, aut etiam vir forte ad secundam respiciens coniugem, quae ex morte lucrata sunt aut etiam ex repudio forte servat filiis (quum utique forsan et alii erunt eis filii ex nuptiis sequentibus), quomodo iustum est eos, qui in solis filiis legitimis moriuntur, non servare eis lucra ex mortuis eorum parentibus, sed aliis ea transmitte-

sus propios edictos lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta sacra ley, y apresúrese á guardarlo á perpetuidad.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Diciembre, en el año décimo tercero del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Apión, varón muy esclarecido. [539.]

CONSTITUCION XCIX

DE QUE NI EL MARIDO TENGA COMO PROPIO EL LUCRO QUE PROVIENE DE LA DOTE, NI LA MUJER EL QUE DE LA DONACIÓN ESPONSALICIA, SINO QUE RESERVEN, AUNQUE NO PASEN Á SEGUNDAS NUPCIAS, EL DOMINIO PARA SUS HIJOS, TENIENDO SOLAMENTE EL USO SOBRE EL LUCRO; DE QUE DISOLVIENDO POR REPUDIO LAS NUPCIAS, Y LUCRANDO Ó LA DOTE Ó LA DONACIÓN ANTENUPCIAL, RESERVEN IGUALMENTE PARA LOS MISMOS HIJOS EL DOMINIO, DEBIENDO SER OBLIGADA LA PERSONA QUE TIENE EL USO Á ALIMENTAR Á LOS HIJOS; Y DE QUE SI LAS NUPCIAS FUERAN DISUELTAS DE BUEN GRADO, Y SE VIERA QUE CON OCASIÓN DE DAÑO SE DETENTAN ALGUNAS COSAS, Y QUE CON ESTE ARDID HABÍAN DE PERECER LAS QUE SE DETENTAN, SE LES RESERVEN Á LOS HIJOS

(Colección VIII. título I.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Juan, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los sacros Pretorios de Oriente, Exconsul ordinario y Patricio.*

Prefacio

Las cosas que ciertamente permanecen lo mismo no necesitan leyes variadas, pues poseen siempre su simplicidad y algo que está exento de mezcla de diversidad alguna, y se rigen por leyes sempiternas y sagradas, no requiriendo ninguna corrección; pero lo que entre nosotros se halla comprendido en la perturbación de las reformas necesita de la sabiduría del gobierno, que por medio de las leyes se aplica á los negocios. Por lo cual, como no somos perezosos para juzgar, en los muchos litigios de los que se nos dirigen, damos ciertamente remedio para cada uno, pero al comprender cada cuestión dudosa para nosotros y para nuestros jueces, exponemos por medio de leyes lo que en general se debe hacer en cada cuestión. Y así, á los antiguos legisladores les pareció ciertamente ante todo que una cosa quedase acaso no sin cierta división, pero por nosotros se juzgó que era conveniente reducir á simplicidad la materia por una ley moderada, que comience desde ahora, y no investigue nada de lo que antes quedó terminado, porque también á nosotros mismos, á quienes antes no nos desagradaban las leyes sobre lo mismo, nos parecieron mejores las segundas disposiciones. Porque quedando los lucros nupciales, si verdaderamente alguno de los cónyuges conservare la honestidad, en firme en poder de los mismos, y unidos á los bienes de ellos, pero debiendo ser reservados para los hijos de las anteriores nupcias, si pasara á unirse á otra persona, plugo suprimir esta duplicidad por cierta ley sencilla y mejor. Porque si unida la mujer en segundas nupcias, ó también si perteneciendo acaso el marido á segundo cónyuge, reserva para los hijos lo que se lucró por causa de muerte ó también

(1) *El texto griego (Novela XCVIII.) se halla en Scrimg. y falta en Hal.—Athan. X. 7.—Iulian. Const. 91.—La versión latina es la antigua glosada.*

(2) *Trid.:* si filiis, *en lugar de* filiis, *se lee en el cód. Hamb., Port., y Cont.*

(3) *Bk.:* tumultum, *en vez de* tumultu, *se halla en el cód. Hamb., y las ed.*

(4) interpellamur, *Bk.*

(5) *Bk.:* et, *en lugar de* ex, *se halla escrito en el cód. Hamb., y en las ed.*

re? Scilicet quid erit pretiosius filiis parentibus non ingratis?

quizá por virtud del repudio (cuando ciertamente tuvieren también otros hijos de las segundas nupcias), ¿cómo es justo que los que mueren con solos hijos legítimos no les reserven á éstos los lucros provenientes de sus padres fallecidos, sino que se los transmitan á otros? Porque ¿qué sería de más precio para los hijos que no son ingratos para sus padres?

Cap. I

Propterea igitur sancimus, si mulier moriatur, et eveniat lucrum fieri viro dotem, hanc omnino servari (1) filiis, sive ad secundas veniat nuptias, sive etiam non; et ex diverso, si mortuus fuerit vir, mulierem antenuptialis donationis lucra propriis filiis servare (2), usu quidem lucrorum ex nuptiis apud eos constituto, proprietate vero eorum filiis omnino servanda (3), his, quae super parentibus ad secundas venientibus nuptias sancita sunt, in suo ordine servandis. Et hoc valere, matrimoniis quocunque modo solutis, ab hodierna die, et in omne, quod sequitur, et in his (4) matrimoniis, quae iam soluta sunt quidem, sive morte, sive quolibet alio modo, adhuc autem pendente (5), eo quod unus superstes sit. Nam si ambo defuncti sint, hoc heredibus non damus, sed tanquam semel terminatum veteribus relinquimus legibus; illud certum est, quia, dum semel fuerit filiorum, et proprietatem lex deferens eis praestiterit, tunc in successionibus et aliis accessionibus ita et in his erit, sicut in (6) prioribus sancitum est filiis, qui propter secundas nuptias parentum lucrum aliquod ex legibus sunt potiti.

Capitulo I

Por esto, pues, mandamos, que si muriese la mujer, y aconteciera que la dote se hacía lucro del marido, sea de todos modos reservada para los hijos, ya si pasara, ya también si no, á segundas nupcias; y por el contrario, que si hubiere muerto el marido, reserve para sus propios hijos los lucros de la donación antenupcial, quedando ciertamente en poder de ellos el uso de los lucros proveniente de las nupcias, pero debiéndoseles reservar en todo caso la propiedad á sus hijos, y conservándose en su propio estado lo que respecto á los padres que pasan á segundas nupcias se halla sancionado. Y tenga esto validez, de cualquier modo que se hayan disuelto los matrimonios, desde hoy y en todo el tiempo futuro, también en los matrimonios, que ya ciertamente se disolvieron, ó por la muerte, ó de otra cualquier manera, pero que están todavía pendientes, porque sobrevive uno. Pues si ambos hubieran fallecido, no les damos esto á los herederos, sino que lo dejamos como terminado por las antiguas leyes; y es lo cierto, que una vez que hubiere sido de los hijos, y que la ley que se la defiere les hubiere dado la propiedad, en este caso acontecerá en las sucesiones y en las demás accesiones también respecto á éstos lo mismo que está sancionado en cuanto á los primeros hijos, que por las segundas nupcias de sus padres alcanzaron algún lucro por virtud de las leyes.

Cap. II

Illud quoque ex quadam causa denunciata (7) nobis, ad legislationem deducere existimavimus oportere. Quia enim transegerunt quidem inter alterutros et vir et uxor, filios autem eis (8) erant ex matrimonio, despexerunt eos ambo, et circumibant mendicantes, propterea iudicavimus vehementiore quidem forte, sed convertente ad melius se habens uti lege, ut timore scilicet poenarum quiescant aut lucrorum causa iniustorum matrimonia dilacerare, aut etiam proprios negligere filios.

§ 1.—Si enim omnino aut per transactionem, aut per modum alium separetur matrimonium, si quidem non sunt filii, maneant priora in suo ordine; si vero filiis exsistentibus fiat hoc, et neque filios erubescentes dent tamen occasionem spontaneae (9) transactionis et (10) per consensum factae, aut etiam invitae, forsan peccante viro, aut committente (11) digna amissione antenuptialis donationis, aut muliere digna casu dotis, neque vir dotem lucretur, neque mulier antenuptialem donationem, sed re-

Capitulo II

También hemos estimado que convenía comprender en la ley lo de cierto litigio, de que se nos dió conocimiento. Porque habiéndose ciertamente divorciado por convenio entre ellos el marido y la mujer, y teniendo hijos de su matrimonio, ambos los desatendieron, y andaban mendigando, juzgamos que era conveniente valernos de una ley acaso más severa, pero que tendiera á cosa mejor, para que ciertamente por temor á las penas dejen ó de disolver los matrimonios por causa de injustos lucros, ó también de desatender á sus propios hijos.

§ 1.—Porque si en cualquier caso se separase el matrimonio ó por transacción ó de otro modo, si verdaderamente no hay hijos, subsista lo anterior en su propio estado; pero si se hiciera esto existiendo hijos, y no teniendo en consideración á los hijos dieran, sin embargo, ocasión para una separación espontánea, y hecha por su consentimiento, ó aun contra su voluntad, acaso por haber delinquido el marido, ó haber cometido cosas dignas de la pérdida de la donación antenupcial, ó por ser la mujer

(1) *Bk. ed. estereotipada;* servare, *el cód. Hamb., y las ed.*
(2) vir, mulier autem antenuptiali donatione lucra propriis filiis, *el cód. Hamb., y Trid. Se ve por la repetición de* donatione *que el copista omitió aquí algunas palabras, y que el texto se debería corregir así:* mulier autem antenuptiali donatione fruatur et ipsam omnibus modis servare lucra propriis filiis.
(3) *Bk.;* usum—constitutum—proprietatem—servandam, *el cód. Hamb., y las ed.*
(4) *Trid.;* sequitur in his, *el cód. Hamb.;* sequitur et his, *Port., y Cont.*
(5) pendentibus, *Bk.*
(6) *El cód. Hamb.;* et in, *las ed.*
(7) *El cód. Hamb.;* denuntiatum, *en vez de* denuntiata, *se lee en las ed.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.;* qui eis, *Port., y Cont.*
(9) *Bk.;* spontaneam, *en lugar de* spontaneae, *el cód. Hamb., y las ed.*
(10) et, *omitela el cód. Hamb.*
(11) forsan petente aut viro committente, *el cód. Hamb., y Trid. Quizá se debería enmendar así la frase:* forsan viro committente.

pente casu procedente aut dotis aut antenuptialis donationis, proprietatis lucrum mox ad communes veniat filios, et eorum fiat, usu solo apud transigentes manente, cogendo tamen eo, qui usum lucretur, filios ex matrimonio (1) et alere, et alia omnia ministrare eis secundum lucratae substantiae mensuram.

§ 2.—Novimus autem aliquid etiam tale factum (2), quia bona gratia viso dissolvi matrimonio, et recedere quidem antenuptialem donationem ad eum, qui conscripsit, dotem vero ad eam, quae obtulit, tamen occasione quasi damni et aliarum causarum auri quantitas non mediocris utrique (3) data est parti, ut non videretur hoc nuptiale lucrum, neque servaretur filiis secundum de hoc leges, sed extrinsecus accedens, quasi ex alia causa lucrum fieret eius, qui accipere hoc egit. Ideoque ex hac arte factam curantes laesionem sancimus, ut, vel si quid tale fiat, et adveniat alteri aliquod lucrum, et hoc similiter servari filiis, proprietate quidem mox veniente ad eos, uso vero solo apud lucrantem constituto. Sic abstinebunt omni vitio, sic omni desiderio irrationabili, sic nec inviti nec sponte suis nocebunt filiis, sed erunt temperati, maxime quidem circa suam castitatem, deinde etiam circa matrimonii affectum, quem competens est habere eos, qui semel coniuncti sunt alterutris. Res enim est et (4) castitate plena, et bonis moribus congrua, et paterno maternoque affectu plena, ut quod eis parentes sponte non servant, hoc post deum qui est communis omnibus pater (dicimus autem qui imperium habet) per legem iis, qui a parentibus laesi sunt, servet, et (5) hic quoque ea, quae de lucris et successionibus pridem disposita sunt, teneant; nihil enim eorum innovamus, praeter illa sola, quae expressim in hac lege scripsimus (6).

merecedora de la pérdida de la dote, no lucre el marido la dote, ni la mujer la donación antenupcial, sino que siendo procedente desde luego la pérdida ó de la dote ó de la donación antenupcial, pase inmediatamente á los hijos comunes, y hágase de ellos, el lucro de la propiedad, quedando sólo el uso en poder de los que se separaron, pero debiendo ser obligado el que lucra el uso á alimentar á los hijos del matrimonio, y á suministrarles todo lo demás, con arreglo á la cuantía de los bienes lucrados.

§ 2.—Pero sabemos que también se hizo alguna otra cosa semejante, porque habiendo parecido que el matrimonio se disolvía de buen grado, y que ciertamente la donación antenupcial volvía al que la dió, y la dote á la que la ofreció, se dió, sin embargo, á una y á otra parte no pequeña cantidad de dinero como por ocasión de daño y de otras causas, de suerte que pareciese que esto no era lucro nupcial, y que no estaba reservado para los hijos con arreglo á las leyes, sino que provenía de causa extraña, como si por otra causa el lucro se hiciera del que hizo para recibir esto. Y por lo tanto, poniendo remedio á la lesión causada con este artificio, mandamos, que, aunque se haga alguna tal cosa, y pase algún lucro al otro, se les reserve este del mismo modo á los hijos, yendo ciertamente desde luego á éstos la propiedad, pero quedando sólo el uso en poder del que lucró. Así se abstendrán de todo vicio y todo deseo irracional, y así ni contra su voluntad ni espontáneamente perjudicarán á sus hijos, sino que serán moderados, en primer lugar ciertamente respecto á su castidad, y después también en cuanto al afecto del matrimonio, que corresponde se tengan los que una vez se unieron entre sí. Porque esta cosa está llena de castidad, es congruente á las buenas costumbres, y está plena de afecto paternal y maternal, para que lo que los padres no les reservan espontáneamente, se lo reserve el que después de Dios es padre común de todos, (nos referimos al que tiene el imperio), por medio de la ley á los que fueron perjudicados por sus padres, y tenga validez en este caso también lo que sobre los lucros y las sucesiones se dispuso antes; porque en ello no innovamos nada, excepto sólo lo que expresamente hemos escrito en esta ley.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet.

Dat. XV. Kal. Ian. Constant., imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. anno XIII., APIONE V. C. Cons. [539.]

Epílogo

Por tanto, apresúrese tu excelsitud á llevar á ejecución y efecto lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por medio de esta sacra ley.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Enero, en el año décimo tercero del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, bajo el consulado de APION, varón muy esclarecido. [539.]

(1) *El cód. Hamb., y Trid.;* ex eo matrimonio, *Port., y Cont.*
(2) *Port.:* factum, et, *el cód. Hamb., Trid., y Cont.*
(3) alteri, *Bk.*
(4) res est et, *el cód. Hamb., Trid., y Port. Mejor estaría:* alterutris, res et.
(5) *El cód. Hamb., y Trid.:* ut, *Port., y Cont*
(6) *El cód. Hamb.;* conscripsimus, *las ed.*

CONST. XCVII (1)

DE REIS (2) PROMITTENDI

(Coll. VII. tit. 9.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* IOANNI, *gloriosissimo Orientalium Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.*

Praefatio

Novimus pridem ponentes legem de electione mandatorum, et fideiussorum, et sponsorum, multas habentem et in commune utiles nostris subiectis legislationes. In praesenti vero et aliud nobis visum est egere quadam explanatione et incremento, non ex genere, neque usui (3) imperfecto et inutili consistente.

Cap. I

Si quis enim alterna fideiussione obligatos sumat aliquos, si quidem non adiecerit oportere et unum horum in solidum teneri, omnes ex aequo conventionem sustinere. Si vero aliquid etiam tale adiiciatur, servari quidem pactum, non tamen mox ab initio unumquemque in solidum exigi, sed interim secundum partem, qua unusquisque (4) obligatus est, cedere autem eum et contra reliquos (5), si et (6) idonei sunt, et in eo loco; et si hoc ita se habere videatur, si quidem idonei sunt (7), et praesentes inveniantur, illos periclitari complere, singulos in propria parte, quod sub alterna promissione creditum est, aut ex quo omnino obligati sunt, et non commune debitum proprium cuiuspiam fieri onus. Si vero minus idonei se habere reliqui videantur, sive omnes, sive quidam, sive in partem, sive in solidum, sive absentes forte, in illud teneri (8), quod accipere ab aliis non potuit. Sic enim et illis servabitur pactionis modus, et nullum sustinebit damnum actor, licet aliquid inter se illi pepigerint ignorante isto, qui habet eos obligatos, et unusquisque tenebitur in id, quod ab initio scripsit (9), artibus, aut dolis, aut transactionibus praevaricari quae constituta sunt non sinendus.

§ 1.—Sin autem iisdem commorentur utrique aut omnes locis, sancimus, negotii iudicem deducere illos mox, et communiter examinare negotium, communiter autem inferre sententiam. Sic enim et rei omnes obligabuntur, et substantiae eorum qualitas examinabitur, et debitum similiter quidem secundum iustitiae, similiter autem secundum legis (10) ordinem procedet.

§ 4.—Si los padres les hubieren prohibido á sus hijos hacer testamento de bienes sobre los que tienen facultad de testar; debiéndose guardar, por supuesto, en cuanto á la prohibición de tales testamentos todo lo que hemos distinguido respecto á la persona de los padres.

§ 5.—Si hubiere acontecido ó que el marido le dio á su mujer un veneno para su muerte ó para la enajenación de su juicio, ó la mujer al marido, ó que de otro modo el uno atenta á la vida del otro, mandamos que tal hecho, como que ciertamente es crimen público, sea examinado con arreglo á las leyes y reciba el legítimo castigo, pero que tengan licencia los hijos para no dejarle en sus testamentos nada de sus bienes á la persona que se conozca que cometió tal delito.

§ 6.—Si hallándose presa de furor los hijos ó uno

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; vero. *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; a rebus, *Port., y Cont.*
(3) *La ed. Schoeff.*; enumeravimus, *el cód. Hamb., y las ed.*

(4) *El cód. Hamb*; immiscuerit, *en lugar de* miscuerit, *se le lee en las ed.*
(5) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; autem, *las ed.*

to, parentes eos curare neglexerint, omnia et hic observari praecipimus, quae de parentibus furiosis superius disposuimus.

§ 7.—His casibus etiam cladem captivitatis adiungimus, in qua si liberos detineri, et per parentum contemtum vel negligentiam non redemtos ab hac luce transire contigerit, nullatenus eorum parentes ad facultates perveniant liberorum, de quibus filii testari potuerant, sed omnia in hoc quoque capitulo serventur, quae et de parentibus, vel cognatis atque agnatis, qui ab intestato ad talium personarum iura vocantur, aut de extraneis scriptis heredibus supra censuimus.

§ 8.—Si quis de praedictis liberis orthodoxus constitutus senserit suum parentem vel parentes non esse catholicae fidei, haec et in eorum persona tenere, quae supra de parentibus iussimus.

§ 9.—Si tales igitur causas, vel certas, vel (1) unam ex his liberi suis testamentis inscripserint, et scripti ab eis (2) heredes aut omnes, aut certas, aut unam ex his probaverint (3), testamentum in sua firmitate manere praecipimus. Si autem haec (4) non fuerint observata, nullam vim huiusmodi testamentum, quantum ad institutionem heredum, habere sancimus, sed rescisso testamento eis, qui ab intestato ad hereditatem defuncti vocantur, res eius dari disponimus, legatis videlicet, vel fideicommissis, et libertatibus, et tutorum dationibus, seu (5) aliis capitulis, sicut superius dictum est, suam obtinentibus firmitatem. Si quid autem pro legatis, sive fideicommissis, aut (6) libertatibus, aut quibuslibet (7) aliis capitulis in aliis legibus inventum fuerit huic constitutioni contrarium, hoc nullo modo volumus obtinere. Et hae quidem exheredationis aut praeteritionis poenae quantum ad ingratitudinis causas contra praedictas personas statuendae sunt; si quae autem ex his inter crimina reputantur, earum actores (8) etiam alias poenas sentiant legibus definitas.

de ellos, los padres dejaren de cuidarlos, mandamos que también en este caso se observe todo lo que antes hemos dispuesto respecto á los padres que padecen furor.

§ 7.—Añadimos también á estos casos la desgracia del cautiverio, y si aconteciere que en él están retenidos los hijos y que no redimidos por menosprecio o negligencia de los padres fallecen, no lleguen de ningún modo sus padres á tener los bienes de los hijos, sobre los que los hijos habian podido testar, sino guárdese también en este caso todo lo que respecto á los padres, o á los cognados y agnados, que abintestato son llamados á los derechos de tales personas, ó en cuanto á los extraños instituídos herederos, hemos dispuesto más arriba.

§ 8.—Si algunos de los susodichos descendientes, que sea ortodoxo, hubiere observado que su ascendiente ó sus ascendientes no son de la fe católica, rija también en cuanto á la persona de ellos lo que mas arriba hemos dispuesto respecto á los padres.

§ 9.—Si, pues, los hijos hubieren consignado en sus testamentos tales causas, ó algunas, ó una sola de ellas, y los herederos instituídos por ellos las hubieren probado todas, ó algunas, ó una sola de ellas, mandamos que el testamento subsista en su vigor. Mas si no se hubiere observado esto, mandamos que tal testamento no tenga validez alguna en cuanto á la institución de herederos, sino que disponemos que, rescindido el testamento, se les den los bienes del difunto á los que abintestato son llamados á la herencia de él, teniendo, por supuesto, su vigor los legados, ó los fideicomisos, y las libertades, y los nombramientos de tutores, ó los demás capítulos, según se ha dicho más arriba. Pero si respecto á los legados, ó fideicomisos, ó libertades, ú otros cualesquiera capítulos se hallare en otras leyes alguna cosa contraria á esta constitución, queremos que de ningún modo tenga ella validez. Y estas son ciertamente las penas de desheredación ó de preterición que han de estar establecidas contra susodichas personas en cuanto á las causas de ingratitud; mas si algunas de ellas son contadas entre los delitos, sufran sus autores las otras penas establecidas en las leyes.

Cap. V

Haec autem disposuimus, ut et parentes et filios a testamentorum iniuria liberos reddamus. Ceterum si qui heredes fuerint nominati, etiam si certis rebus iussi fuerint esse contenti, in hoc (9) testamentum quidem nullatenus solvi praecipimus, quidquid autem minus eis legitima portione relictum est, hoc secundum nostras alias leges ab heredibus impleri. Sola enim est nostrae serenitatis intentio, a parentibus et liberis iniuriam praeteritionis et exheredationis auferre. Considerare namque debent parentes, quia et ipsi filii fuerunt, et eadem a suis parentibus speraverunt, et similiter qui nunc filii sunt, debent studere parentum animos sanare, quia et ipsi parentes fieri desiderant, et a suis filiis optant honorari. Unde et constat ad utriusque partis utilitatem atque cautelam praesentem legem fuisse prolatam, quam ex hac occasione promulgandam esse perspeximus. In aliquo autem negotio disceptantes invenimus, Pulche-

Capítulo V

Mas hemos dispuesto esto para librar de injuria en los testamentos así á los padres como á los hijos. Pero si algunos hubieren sido nombrados herederos, aunque se les hubiere ordenado que se contentaran con ciertos bienes, mandamos ciertamente que de ningún modo se invalide el testamento en este punto, pero que todo lo que se les haya dejado de menos que su porción legítima se les complete por los herederos con arreglo á nuestras otras leyes. Porque es la sola intención de nuestra serenidad estirpar por parte de los padres y de los hijos la injuria de la preterición y de la desheredación. Pues deben considerar los padres que también ellos fueron hijos, y esperaron lo mismo de sus padres, é igualmente los que ahora son hijos deben procurar respetar las intenciones de sus padres, porque también ellos desean llegar á ser padres, y quieren ser honrados por sus hijos. Por lo cual, es también evidente que fué promulgada para utilidad y segu-

(1) *El cód. Hamb., y Trid.;* aut, *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb.;* eisdem, *las ed.*
(3) aut certas ex his vel unam approbaverint, *el códice Hamb.: mejor estaría:* aut omnes certas aut unam ex his probaverint.
(4) *El cód. Hamb., y la ed. Schoeff.;* haec omnia, *las ed.*
(5) et, *Bk.*
(6) *El cód. Hamb., y Trid.;* et, *Port., y Cont.*
(7) *El cód. Hamb., y Trid.;* et tutorum dationibus *insertan antes de* aut quibuslibet, *Port., y Cont.*
(8) *El cód. Hamb.;* auctores, *las ed.*
(9) *El cód. Hamb.;* contenti, hoc casu, *las ed.*

riam (1) filiam gratam quidem a sua genitrice fuisse dictam, exheredatam autem testamento nominatam tam in paternis, quam in maternis facultatibus. Et talem quidem scripturam, quia dolo eam et machinatione quorundam compositam fuisse comperimus, nullo modo permisimus obtinere, filiam autem heredem patris ac matris iussimus fieri, sicut et in scriptis prolatum super hac causa nostrum manifestat arbitrium.

ridad de ambas partes la presente ley, que con esta ocasión hemos considerado haber de promulgar. Mas conociendo de otro negocio hemos visto que Pulqueria, que ciertamente había sido llamada por su madre hija agradecida, fué, no obstante, expresamente desheredada en testamento, así de los bienes paternos, como de los maternos. Y como ciertamente hallamos que tal escritura fué hecha por dolo y maquinación de algunos, no permitimos de ningún modo que tuviera validez, sino que mandamos que la hija fuese heredera del padre y de la madre, según lo manifiesta también nuestra sentencia proferida por escrito sobre este particular.

§ 1.—Meminimus insuper legem a nobis fuisse prolatam, per quam iussimus, nulli penitus esse licentiam corpora defunctorum debiti gratia detinere, aut impedimentum eorum facere sepulturae. Sed in praesenti quendam cognovimus cuiusdam mortui genitorem a sepultura sui filii redeuntem nomine debiti tenuisse, ideoque pium et humanum esse perspeximus, talem crudelitatem hac lege piissima coercere. Sancimus itaque, nulli penitus esse licentiam aut heredes, aut parentes, aut liberos, aut coniugem, aut agnatos, aut cognatos, aut alios affines eius, aut fideiussores ante novem dierum spatium, in quibus videntur lugere, conveniendi, aut quocunque modo inquietandi, aut aliquam admonitionem eis offerendi, aut in iudicium eos vocandi sive debiti gratia, quod a defuncto descendit, sive alterius cuiuscunque causae nomine ad memoratas personas specialiter pertinentis. Si vero intra novem dierum spatium aliquis ausus fuerit quamlibet de praedictis personis aut convenire, aut aliquam cautionem seu promissionem vel fideiussionem ab ea exigere (2), haec omnia invalida esse decernimus. Post novem autem dierum excursum, si quis contra tales personas aliquas habere putaverit actiones, eas secundum leges exerceat, nullo videlicet praeiudicio actoribus ex hoc intervallo circa temporalem praescriptionem aut in alia quacunque legitima allegatione penitus generando.

§ 1.—Recordamos además que por nosotros fué promulgada una ley, por la cual mandamos que nadie absolutamente tuviera licencia para detener por causa de deuda los cuerpos de los difuntos, ó para poner impedimento al sepelio de los mismos. Pero al presente hemos sabido, que el padre de uno que había fallecido había sido detenido á título de una deuda al regresar del enterramiento de su hijo, y por ello hemos considerado que era piadoso y humano reprimir con esta piadosísima ley tal crueldad. Mandamos, pues, que nadie absolutamente tenga licencia para demandar, ó de algún modo molestar, á los herederos, ó padres, ó hijos, ó cónyuge, ó agnados, ó cognados, ú otros afines de él, ó fiadores, antes del espacio de nueve días, en que se considera que están de luto, ó para presentarles alguna citación, ó para llamarlos á juicio, ya por causa de una deuda, que provenga del difunto, ya á título de otra causa cualquiera que especialmente se refiera á las mencionadas personas. Mas si dentro del espacio de los nueve días se hubiere atrevido cualquiera ó á demandar á una de las susodichas personas, ó á exigirle alguna caución ó promesa ó fianza, mandamos que todo esto sea nulo. Pero después del transcurso de los nueve días, si alguien creyere que tiene algunas acciones contra tales personas, ejercítelas con arreglo á las leyes, sin que, por supuesto, se les haya de originar á los actores con este intervalo absolutamente ningún perjuicio respecto á la prescripción temporal ó en cuanto á otra cualquier alegación legítima.

Cap VI

Ad haec (3) aliud capitulum ad pecuniae constitutionem seu promissionem respiciens hac lege praevidimus definire. Sancimus igitur, si quando aliquis aut pro se, aut pro alia persona pecuniam constituerit vel spoponderit, dicens forte cuicunque: *Satis tibi facio*, eum in quantitatem, quam dixerit (4), modis omnibus obligari, atque promissionem seu sponsionem suam adimplere, et debitum compelli persolvere. Si quis autem dixerit: *Fiet tibi satis, a me, et ab illo et illo*, illis quidem, quos nominaverit, non consentientibus, nullum ex tali voce fieri praeiudicium, sed nec ipsum, qui hoc dixerit, pro illis personis, quas nominaverit (5), aliquam exactionem sustinere, pro se autem, quod secundum leges debere monstratus fuerit, pro rata tantum portione persolvere. Si autem dixerit: *Fiet tibi satis aut a me, aut ab illo et* (6) *illo*, tunc nominatis quidem simili modo non consentientibus nullum fieri praeiudicium, ipsum autem, qui hoc promiserit, integrum quidem debitum cogi persolvere. Si quis autem dixerit: *Fiet tibi satis*, eum tali ver-

Capítulo VI

Además de esto, nos ha parecido conveniente definir en esta ley otro capítulo que se refiere á la constitución ó á la promesa de dinero. Mandamos, pues, que si alguna vez alguien hubiere constituído ó prometido ya por sí, ya por otra persona, una cantidad de dinero, diciéndole acaso á cualquiera: *Yo te satisfaré*, quede él de todos modos obligado á la cantidad que hubiere dicho, y cumpla su oferta ó promesa, y sea compelido á pagar la deuda. Mas si hubiere dicho: *Se te satisfará por mí, y por éste y por aquél*, no prestando su consentimiento los que hubiere nombrado, no se siga perjuicio alguno por tal manifestación verbal, y ni el mismo que hubiere dicho esto soporte exacción alguna por aquellas personas que hubiere nombrado, pero pague por sí solamente á prorata lo que se hubiere demostrado que debe con arreglo á las leyes. Pero si hubiere dicho: *Se te satisfará ó por mí, ó por aquél y aquél*, en este caso no prestando ciertamente del mismo modo su consentimiento los nombrados, no se origine ningún perjuicio, pero el mismo que hubiere

(1) Pulcherrimam, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(2) *El cód. Hamb.;* exigere ab ea, *las ed.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.:* hoc, *Port., y Cont.*

(4) *El cód. Hamb.:* dixit, *las ed.*
(5) *El cód. Hamb.:* nominavit, *las ed.*
(6) aut, *Bk.*

bo, ut impersonaliter dicto, tanquam si nihil promiserit, ita ab omni exactione liberum servari, si quam autem contra nominatas personas putaverit sibi actionem competere, eam secundum leges adversus eos proponere, et legum (1) auxilio perpotiri.

prometido esto sea verdaderamente obligado á pagar íntegra la deuda. Mas si alguien hubiere dicho: *Se te satisfará*, él, con tal expresión, como dicha impersonalmente, quede libre de toda exaccion, como si nada hubiere prometido, pero si juzgare que contra las nombradas personas le compete alguna acción, ejercítela contra ellas con arreglo á leyes, y disfrute del auxilio de las leyes.

Epilogus

Haec autem obtinere sancimus in causis omnibus, quae nondum iudiciali sententia vel amicabili conventione sopitae sunt, parens (2) carissime atque amantissime. Celsitudo itaque tua praesentem nostri numinis (3) generalem constitutionem edictis quidem in hac regia civitate more solito proponendis, praeceptionibus autem ad provinciarum rectores dirigendis ad omnium notitiam faciat pervenire.

Dat. Kal. Febr. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XV., post Basilii V. C. Cons. [542.]

Epilogo

Pero mandamos, carísimo y amantísimo padre, que estas disposiciones sean aplicadas en todos los casos que no fueron terminados por sentencia judicial ó amigable convenio. Por tanto, haga llegar tu excelsitud á conocimiento de todos la presente constitución general de nuestro númen, exponiendo ciertamente en la forma acostumbrada edictos en esta real ciudad, y dirigiendo órdenes á los gobernadores de las provincias.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Febrero, en el año décimo quinto del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, después del consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [542.]

CONST. CIX (4)

UT NEQUE MILES, NEQUE FOEDERATUS OBSERVET (5) DOMUI PRIVATAE AUT POSSESSIONI ALICUIUS

(Coll. VIII. tit. 9.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Theodoto (6), *Orientalium Praetoriorum Praefecto.*

CONSTITUCION CIX

DE QUE NINGÚN MILITAR NI FEDERADO SIRVA EN CASA PRIVADA Ó EN LA POSESIÓN DE ALGUIEN

(Colección VIII. título 9.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Teodoto, *Prefecto de los Pretorios de Oriente.*

Praefatio

Cum domini dei benevolentia ad custodiam nostrorum subiectorum militarium rerum incipit ordinatio. His enim providentia dei dispositis, barbarorum quidem incontinentia refrenatur, reipublicae vero res augentur (7). Et quoniam aliqui propriae salutis pro nihilo facientes rationem milites et foederatos, qui debent pro libertate reipublicae contra inimicos certare, praesumunt subtrahere et in privatas suas occupare utilitates, praevidimus per praesentem legem nostram omnibus interdicere, ut nullum (8) de cetero praesumant militem in quocunque relatum numero aut foederatum subtrahere, et in sua domo aut in propriis habere possessionibus (9). Pro quibus nos multos sustinemus labores; exercentur enim et militant, ut communibus utiles sint rebus.

Prefacio

Con la benevolencia del señor Dios comienza para seguridad de nuestros súbditos la ordenación de los asuntos militares. Porque arreglados estos por providencia de Dios, se refrena ciertamente la incontinencia de los bárbaros, y se fomentan los bienes de la república. Y como algunos no teniendo para nada en cuenta su propia salvación se atreven á substraer á militares y federados, que deben combatir contra los enemigos por la libertad de la república, y ocuparlos en sus conveniencias particulares, hemos determinado prohibir por medio de nuestra presente ley á todos, que en lo sucesivo se atrevan á substraer á militar alguno comprendido en cualquier cuerpo, ó á federado, y á tenerlo en su casa ó en sus propias posesiones. Por ellos soportamos nosotros muchos trabajos; pues se ejercitan y están en la milicia, para que sean útiles á los negocios del común.

Cap. I

Sint igitur omnes scientes, qui milites aut foederatos aliquos in suis habent domibus aut possessionibus aut (10) qualitercunque observantes, et quasdam eius proprias implentes utilitates, quod, nisi intra triginta dierum dilationem, computandorum (11) ab insinuatione per loca praesentis nostrae dispositionis, eos expulerint, substantiae quidem

Capitulo I

Sepan, pues, todos, los que tienen algunos militares ó federados en sus casas ó posesiones, ó morando de otro cualquier modo, y empleados en algunas conveniencias propias de ellos, que si no los hubieren expulsado dentro del término de treinta días, que se habrán de computar desde la publicación de nuestra presente disposición en las locali-

(1) *El cód. Hamb.:* legis, *las ed.*
(2) pater, *el cód. Hamb., y Trid.*
(3) nominis, *el cód. Hamb., y Trid.*
(4) *El texto griego (Novela CXVI) se halla en Hal. y Scrimg.—Athan. XX. 3.—En los Bas. LVII. 8. hay solamente la rúbrica.—La versión latina es glosada.*
(5) *El cód. Hamb.;* observetur, *las ed.*

(6) Theodosio, *en Athan.*
(7) *Trid., y Port.;* augetur, *el cód. Hamb., y Cont.*
(8) nulli *el cód. Hamb.*
(9) in proprias habere possessiones, *el cód. Hamb., y Trid.*
(10) aut, *omítela Bk.*
(11) computatos, *el cód. Hamb.;* computatam, *Trid.*

habentium eos aut retinentium publicationi subiectae, fisco applicabuntur, ipsi vero et dignitatibus et militiis, quas habent, expellentur, milites vero et foederati, qui eis post dilationem observaverint, non solum militia spoliabuntur, sed etiam ultima sustinebunt supplicia. Scientibus etiam uniuscuiusque provinciae iudicibus, quia, si aliqui inveniantur in locis, quae sub his sunt exactoribus aut convictoribus aut personis aliquibus (1) aut dominiis, aut possessionibus, aut quibuslibet propriis utilitatibus permanentes, et non celeriter istos (2) comprehenderint et suppliciis subdiderint, et milites quidem ad numeros suos transmittant, in quibus militant, foederatos vero ad proprias optiones, ipsi decem librarum auri poenam exigentur, et insuper exsilio tradentur, utpote nostras iussiones praesumentes negligere. Nemo igitur neque divino quodam typo de hoc forsan facto, neque praeceptis iudicum utatur, neque aliquis nostrorum iudicum huiusmodi aliquos typos aut praeceptiones iudicum suscipiat, sed cum omni celeritate militantes quidem ad proprios numeros, foederati vero ad suas optiones revertantur, et pro communibus certent rebus; nullo enim modo de cetero concedimus nostros milites aut foederatos in quibusdam omnino privatis utilitatibus occupari.

dades, serán ciertamente aplicados al fisco, sujetos á confiscación, los bienes de los que los tengan ó los retengan, y ellos mismos serán expulsados así de las dignidades como de las milicias, que tienen, y que los militares y los federados, que después del plazo les hubieren servido, no solamente serán despojados de su milicia, sino que sufrirán también los últimos suplicios. Teniendo también entendido los jueces de cada provincia, que, si en los lugares, que dependen de ellos, se hallaran algunos que permanecen al servicio de los recaudadores ó de los que están con ellos, ó de algunas personas, ó de dominios, ó de posesiones, ó de algunas conveniencias particulares, y no los prendieren inmediatamente y los sujetaren á los suplicios, y no enviasen ciertamente á los militares á los propios cuerpos en que militan, y á los federados á sus propios puestos, se les exigirá á ellos mismos la pena de diez libras de oro, y serán además enviados al destierro, como por atreverse á desatender nuestras órdenes. Así, pues, nadie se valga ni de alguna divina disposición dada acaso sobre esto, ni de mandatos de los jueces, ni ninguno de nuestros jueces acepte disposición alguna de esta naturaleza ó tales mandatos de jueces, sino vuelvan ciertamente con toda celeridad los que militan á sus propios cuerpos, y los federados á sus puestos, y combatan por el bien común; porque de ningún modo queremos que en lo sucesivo se ocupen nuestros militares ó federados absolutamente en ninguna conveniencia particular.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per praesentem manifestata sunt legem tua eminentia praecognoscens, in hac quidem felicissima civitate edictis secundum morem propositis, in provinciis vero praeceptionibus destinatis omnibus manifesta constituere festinet.

Dat. Id. Apr. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XVI., Basilio V. C. Cons. [542.]

Epílogo

Por tanto, conociendo antes tu eminencia lo que nos ha parecido bien y ha sido manifestado por medio de la presente ley, apresúrese á hacerlo manifiesto á todos, en esta felicísima ciudad, ciertamente por edictos expuestos según costumbre, y en las provincias por órdenes enviadas á ellas.

Dada en Constantinopla el día de los Idus de Abril, en el año décimo sexto del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [542.]

CONST. CXIII (3)

UT LICEAT MATRI, ET AVIAE, ET ALIIS PARENTIBUS POST LEGITIMAM PARTEM LIBERIS DERELICTAM QUO MODO VOLUERINT RESIDUAM FACULTATEM (4) SUAM DISPONERE, ET ALIA CAPITULA PLURA

(Coll. VIII. tit. 13.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Theodoto, *Orientalium Praetoriorum Praefecto.*

Praefatio

Diversis capitulis ad nos relatis, necessarium esse perspeximus generali haec (5) lege disponere.

Cap. I

Sancimus igitur, licentiam esse et matri, et aviae,

CONSTITUCION CXIII

DE QUE LES SEA LÍCITO Á LA MADRE, Y Á LA ABUELA, Y Á OTROS ASCENDIENTES, DESPUÉS DE HABERLES DEJADO LA PORCION LEGÍTIMA Á SUS DESCENDIENTES, DISPONER DE SUS RESTANTES BIENES DEL MODO QUE QUISIEREN, Y DE OTROS MUCHOS CAPÍTULOS

(Colección VIII. título 13.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Teodoto, *Prefecto de los Pretorios de Oriente.*

Prefacio

Habiéndosenos dado cuenta de diversas materias, hemos considerado que era necesario disponer esto sobre ellas por una ley general.

Capitulo I

Mandamos, pues, que tengan licencia así la ma-

(1) quae ab his exactionibus aut convictionibus aut personis aliquibus, *el cód. Hamb.*; quae ab his exactoribus aut coniunctoribus aut personis aliquibus, *Trid.*

(2) ipsos, *en lugar de* istos, *se lee en el cód. Hamb.*, *y Trid.*

(3) *El texto griego (Novela CXVII.) se halla en Hal. y Scrimg. — Athan. X. 9. — En las Bas. se hallan dispersas muchas partes de esta Novela. — Iulian. Const.* 10[illegible] *— La versión latina es glosada.*

(4) quantitatem, *el cód. Hamb.*

(5) *Port.*: haec, *omitela el cód. Hamb.*; hac *en vez de* haec, *Trid. y Cont.*

aliisque parentibus, postquam reliquerint filiis partem, quae lege debetur, quod reliquum est suae substantiae, sive in solidum voluerint, sive in partem, filio vel filiae, nepoti vel nepti, vel (1) deinceps descendentibus donare aut etiam per ultimam relinquere voluntatem, sub hac definitione atque conditione, si voluerint, ut pater, aut qui omnino eos habent in potestate, in his rebus neque usumfructum, neque quodlibet penitus habeant participium. Haec enim et extraneis relinquere poterant, unde nulla parentibus utilitas nasceretur. Hoc itaque non solum parentibus, sed etiam omni personae licere praecipimus.

dre como la abuela y otros ascendientes, después que les hubieren dejado á los hijos la parte que por ley se les debe, para donar ó también dejar por última voluntad lo restante de sus propios bienes, ya si quisieren en totalidad, ya si en parte, á su hijo ó á su hija, á su nieto ó nieta, ó á sus demás descendientes, con la limitación y condición, si quisieren, de que el padre, ó los que en todo caso los tienen bajo su potestad, no tengan en estos bienes ni el usufructo, ni absolutamente participación alguna. Porque estos bienes se los podían dejar también á extraños, con lo que no nacería ninguna utilidad para los ascendientes. Y así, mandamos, que esto sea lícito no solamente á los ascendientes, sino también á toda persona.

§ 1.—Res autem ita relictas sive donatas positis sub potestate personis, si quidem perfectae sint aetatis, licet sub potestate sint, licentiam habeant quo volunt modo disponere. Si vero aetate minores sint, per quem perspexerit testator aut donator haec gubernentur, donec illi, quibus donata sunt aut relicta, ad perfectam aetatem veniant; licentiam habente testatore vel donatore et matri et aviae horum, quibus res collatae sunt, ipsarum rerum si voluerit (2) gubernationem committere, licet maritis iunctae sint memoratae mulieres, ita tamen, si et ipsae huiusmodi gubernationem suscipere voluerint. Si vero forsan is, qui relinquit aut donat, nullum his dispensatorem ordinaverit, aut ab eo datus huiusmodi gubernationem subire noluerit (3), aut moriatur ante, quam illi perfectae fiant aetatis, iubemus (4), iudicem competentem curatorem fide dignum cum legitima fideiussione rebus talibus ordinare, qui debeat relictam talibus personis substantiam gubernare atque custodire, donec illi ad perfectam, sicut dictum est, aetatem perveniant. In illis enim casibus legem, quae usum parentibus praebet, volumus custodiri, quibus non inest specialiter huiusmodi conditio.

§ 1.—Mas de las cosas así dejadas ó donadas á personas constituídas bajo potestad, si estas fueran ciertamente de edad cumplida, tengan, aunque estén bajo potestad, licencia para disponer del modo que quieran. Pero si fueran menores de edad, sean administradas por quien hubiere querido el testador ó el donante, hasta que lleguen á la edad cumplida aquellos á quienes les fueron donadas ó dejadas; teniendo licencia el testador ó el donante para encomendar, si quisiere, la administración de las mismas cosas así á la madre como á la abuela de aquellos á quienes fueron conferidas las cosas, aunque las mencionadas mujeres estén unidas á sus maridos, pero con tal que también ellas mismas quisieren aceptar esta administración. Mas si acaso el que las deja ó dona no hubiere nombrado administrador para ellas, ó el nombrado por él no quisiere desempeñar tal administración, ó muriese antes que aquellos llegaran á la edad cumplida, mandamos que el juez competente nombre para tales bienes con legítima fianza un curador fidedigno, que deba administrar y custodiar para tales personas los bienes dejados, hasta que aquellas lleguen, según se ha dicho, á la edad cumplida. Porque en los casos en que no se impone especialmente tal condición queremos que se observe la ley, que les da á los padres el usufructo.

Cap. II

Ad hoc autem et illud sancire perspeximus, ut, si quis filium aut filiam habens de libera muliere, cum qua nuptiae consistere possunt, dicat in instrumento sive publica (5) sive propria manu conscripto, et habente subscriptionem trium testium fide dignorum, sive in testamento, sive in gestis monumentorum, hunc aut hanc filium suum esse aut filiam, et non adiecerit naturalem, huiusmodi filios esse legitimos, et nullam aliam probationem ab iis quaeri, sed omni frui eos iure, quod legitimis filiis nostrae conferunt leges, utpote ipso patre, sicut dictum est, filios proprios eos vocante. Ex hoc enim et cum eorum matre monstratur legitimum habuisse matrimonium, ut neque ab ea pro nuptiarum fide alia probatio requiratur. Si autem pater ex ipsa muliere multos filios habens uni ex eis testimonium quolibet ex praedictis praebuerit modis, sufficere ex eadem (6) muliere natis ad legitimorum iura patris testimonium uni datum.

Capitulo II

Pero además de esto nos ha parecido bien sancionar también, que si alguno teniendo de una mujer, con la cual se pueden celebrar nupcias, un hijo ó una hija, dijera en un instrumento escrito de mano ó pública ó propia, y que tenga la firma de tres testigos fidedignos, ó en testamento, ó en actuaciones hechas, que éste ó ésta era su hijo ó su hija, y no hubiere agregado natural, sean legítimos tales hijos, y no se requiera de ellos ninguna otra prueba, sino que disfruten ellos de todos los derechos que á los hijos legítimos confieren nuestras leyes, puesto que su mismo padre los llama, según se ha dicho, hijos propios. Porque con esto se prueba también que tuvo matrimonio legítimo con la madre de ellos, de suerte que tampoco se requiera de ella otra prueba para testimonio de las nupcias. Mas si el padre que tiene muchos hijos de la misma mujer le hubiere dado testimonio á uno solo de ellos de cualquiera de los susodichos modos, les basta á los nacidos de la misma mujer para los derechos de los legítimos el testimonio del padre dado á uno solo.

(1) *El cód. Hamb.:* et, *las ed.*
(2) *El cód. Hamb.;* voluerint, *en lugar de* voluerit, *se lee en las ed.*
(3) aut non potuerit, *adiciona Sp.*
(4) tunc iubemus, *Sp.*
(5) publice, *el cód. Hamb.*
(6) sufficere et aliis ex eadem, *Bk.*

Cap. III

Hoc quoque praesenti constitutioni perspeximus adiiciendum, ut, si quis ex non scripto per affectum nuptialem uxorem acceperit, et ex ea filios procreaverit, soluto autem matrimonio contingat eum etiam aliam ducere coniugem cum dotalibus instrumentis, et ex ea similiter filios procreare, nullum circa paternam hereditatem aliis filiis ex indotata coniuge natis praeiudicium fieri, sed cum aliis filiis ex secunda natis uxore, quae cum dotalibus instrumentis copulata est, ad patris etiam illos hereditatem vocari, quum etiam ex solo affectu possit consistere matrimonium. Quod similiter valere volumus, etiam si prius quidem cum dotalibus instrumentis iungatur aliquis uxori, post illam vero alteram ducat solo nuptiali affectu.

Capitulo III

Asimismo nos ha parecido bien que se debe añadir á la presente constitución, que si con afecto nupcial hubiere alguien tomado sin escritura mujer, y de ella hubiere procreado hijos, pero disuelto el matrimonio aconteciera que él tomaba también otra cónyuge mediando instrumentos dotales, y que igualmente procreaba de ella hijos, no se les origine respecto á la herencia paterna ningún perjuicio á los otros hijos nacidos de la cónyuge indotada, sino sean llamados también ellos á la herencia del padre con los otros hijos nacidos de la segunda mujer, que se unió con instrumentos dotales, puesto que el matrimonio puede existir también por el solo afecto. Lo que queremos que tenga igualmente validez, también si antes ciertamente se uniera alguno á una mujer con instrumentos dotales, y después tomara otra con solo el afecto nupcial.

Cap. IV

Quia vero legem dudum protulimus, iubentem aut dotalia fieri documenta, aut alias probationes procedere factas apud ecclesiae defensores, per quas nuptias competat confirmari, aut certe sacramenta praeberi, in praesenti perspeximus melius disponere ea, quae de his pridem sancita sunt. Et propterea iubemus, eos, qui maximis dignitatibus decorati sunt, usque ad illustres, non aliter nuptias celebrare, nisi dotalia scribantur instrumenta, nisi tamen aliquis ante, quam mereretur huiusmodi dignitates, ex affectu solo duxit uxorem. Tales enim nuptias ante dignitates factas et post dignitates legitimas manere praecipimus, et ex his natos legitimos esse filios; postquam vero honorati fuerint aliqui huiusmodi dignitatibus, non aliter ducere uxores, nisi cum dotalibus instrumentis. Hanc autem legis subtilitatem concedimus subiectis nostrae reipublicae barbaris, licet dignitatibus huiusmodi decorati sint, ut etiam sub (1) affectu possint ipsi volentes contrahere nuptias. Reliquos autem omnes, praeter eos, qui maximis, sicut dictum est, dignitatibus decorati sunt, cuiuslibet sint dignitatis, aut militiae, aut studii, si quidem voluerint aut potuerint, non prohibemus (2) cum dotalibus instrumentis ducere uxores. Si autem etiam hoc non custodierint, et ex solo affectu celebratas nuptias firmas esse sancimus, et ex eis natos legitimos esse filios iubemus.

Capitulo IV

Mas como hace poco promulgamos una ley que dispone que ó se hagan documentos dotales, ó se ejecuten otras pruebas hechas ante los defensores de la iglesia, por medio de las que competa que se confirmen las nupcias, ó se presten ciertamente juramentos, al presente hemos determinado disponer mejor lo que sobre esto se había sancionado antes. Y por ello mandamos, que los que están decorados con las mayores dignidades, hasta la categoría de ilustres, no celebren nupcias de otro modo, sino si escribieran instrumentos dotales, á no ser, sin embargo, que alguno haya tomado mujer solamente con el afecto, antes de obtener tales dignidades. Porque mandamos que tales nupcias realizadas antes de las dignidades subsistan también como legítimas después de las dignidades, y que sean legítimos los hijos nacidos de ellas; mas después que algunos hubieren sido honrados con tales dignidades, no tomen mujer de otro modo, sino con instrumentos dotales. Mas esta escrupulosidad de la ley se la dispensamos á los bárbaros, súbditos de nuestra república, aunque estén revestidos de tales dignidades, á fin de que queriendo ellos puedan contraer nupcias también con el afecto. Pero á todos los demás, excepto los que según se ha dicho, están decorados con las más grandes dignidades, de cualquier dignidad, ó milicia, ó cargo que sean, no les prohibimos, si verdaderamente quisieren ó pudieren, que tomen mujer con instrumentos dotales. Mas si tampoco hubieren observado esto, mandamos que sean válidas también las nupcias celebradas por el solo afecto, y disponemos que sean legítimos los hijos nacidos de ellas.

Cap. V

Quia vero legem dudum posuimus praecipientem, ut, si quis uxorem aliquando sine dotalibus acceperit, cum affectu (3) nuptiali et hanc sine causa legibus agnita proiecerit (4), accipere eam quartam partem substantiae eius, et aliam post hanc fecimus legem, decernentem, si quis indotatam uxorem per affectum solum acceperit, et usque ad mortem cum ea vivens praemoriatur, accipere similiter et eam quartam illius substantiae portionem, ita tamen, ut non transcendat hoc centum

Capitulo V

Pero como establecimos hace poco una ley que dispone que si alguien hubiere tomado alguna vez mujer sin instrumentos dotales, con afecto nupcial, y la hubiere repudiado sin causa reconocida por las leyes, reciba ella la cuarta parte de los bienes de él, y después de esta hicimos otra ley, que ordena que si alguno hubiere tomado, indotada, mujer por el solo afecto, y premuriese habiendo vivido con ella hasta la muerte, recibiera igualmente también ella la cuarta parte de los bienes de él, pero de

(1) sub, *omitela el cód. Hamb. Acaso se debería escribir* ut etiam solo affectu.
(2) *El cód. Hamb.:* eos, *adicionan las ed.*

(3) *El cód. Hamb.;* solum, *adicionan las ed.*
(4) eiecerit, *Bk.*

librarum auri quantitatem, in praesenti melius utramque legem disponentes sancimus, in utroque casu ex talibus matrimoniis natos filios legitimos esse et ad paternam vocari hereditatem, uxorem autem ex utroque horum casuum, si quidem usque ad (1) tres habuerit filios eius vir sive ex ea, sive ex alio matrimonio, quartam partem (2) ex substantia viri accipere. Si autem amplius fuerint filii, tantum in utroque similiter casu accipere iubemus mulierem, quantum uni competit filiorum, ita quippe, ut usum solum in talibus rebus mulier habeat, dominium autem illis filiis servetur, quos ex ipsis nuptiis habuerit. Si vero talis mulier filios ex eo non habuerit, iubemus, etiam dominii iure habere eam res, quas ex viri facultatibus ad eam venire per praesentem iussimus legem. Quae tamen irrationabiliter exclusa est, in ipso tempore expulsionis partem iubemus accipere, quae continetur hac lege. Virum enim in talibus casibus quartam secundum priorem nostram legem ex substantia mulieris accipere, modis omnibus prohibemus.

suerte que esta no exceda de la cantidad de cien libras de oro, mandamos al presente, disponiendo mejor una y otra ley, que en ambos casos sean legítimos los hijos nacidos de tales matrimonios, y sean llamados á la herencia paterna, pero que en uno y otro caso la mujer, si verdaderamente su marido tuviere hasta tres hijos ó de ella, ó de otro matrimonio, recibiera la cuarta parte de los bienes del marido. Pero si fueren más los hijos, mandamos que en ambos casos reciba igualmente la mujer tanto cuanto le compete á uno solo de los hijos, de suerte ciertamente que en tales bienes tenga la mujer solo el usufructo, pero el dominio se les reserve á los hijos, que hubiere tenido de las mismas nupcias. Pero si tal mujer no hubiere tenido hijos de él, mandamos que ella tenga también con derecho de dominio las cosas, que de los bienes del marido hemos dispuesto por medio de la presente ley que vayan á poder de ella. Pero la que sin razón fué repudiada, mandamos que reciba al mismo tiempo del repudio la parte que se contiene en esta ley. Porque de todos modos prohibimos que en tales casos reciba el marido la cuarta parte de los bienes de la mujer con arreglo á nuestra ley anterior.

Cap. VI

Illo indubitanter observando, ut Leonis piae memoriae constitutio in omnibus aliis casibus, qui non continentur praesenti lege, propriam habeat fortitudinem. Constantini vero piae memoriae legem ad Gregorium scriptam, et super ea factam interpretationem a Martiano piae memoriae, per quam mulierum coniunctiones, quas Constantini lex abiectas vocavit, ad quosdam dignitatibus decoratos prohibentur, nullo penitus modo valere permittimus, sed licentiam volentibus praebemus, etsi quibuslibet magnis dignitatibus decorentur, huiusmodi mulieres cum dotalibus instrumentis sibimet copulare. Reliqui vero, citra eos, qui maioribus dignitatibus decorati sunt, licentiam habebunt huiusmodi mulieres accipere, sive scripto voluerint, sive solo affectu nuptiali, si tamen liberae sint, et cum quibus licet (3) nuptias celebrare.

Capítulo VI

Debiéndose observar sin duda que la constitución de León, de piadosa memoria, tenga su propio vigor en todos los demás casos, que no se contienen en la presente ley. Mas absolutamente de ningún modo permitimos que tenga validez la ley de Constantino, de piadosa memoria, dirigida á Gregorio, y la interpretación de ella hecha por Marciano, de pía recordación, por las que se prohiben las uniones de mujeres, que la ley de Constantino llamó abyectas, con algunos honrados con dignidades, sino que les damos á los que quieran licencia, aunque estén revestidos de algunas grandes dignidades, para unirse con tales mujeres mediando instrumentos dotales. Pero los demás, excepto los que están decorados con mayores dignidades, tendrán licencia para tomar tales mujeres, si quisieren, por escrito, ó por sólo afecto nupcial, si no obstante fueran libres y tales que con ellas sea lícito contraer nupcias.

Cap. VII

Illud quoque disponendum esse perspeximus, ut, si quando inter maritum et uxorem nuptias solvi contigerit, ex huiusmodi (4) nati filii nullo modo laedantur ex separatione nuptiarum, sed ad parentum hereditatem vocentur, ex patris substantia indubitanter alendi. Et si quidem pater occasionem separationis praebeat, et mater ad secundas non venerit nuptias, apud matrem nutriantur, expensas patre praebente. Si vero per causam matris ostendatur solutum matrimonium, tunc apud patrem maneant filii et alantur. Si autem contigerit patrem quidem minus idoneum esse, matrem vero locupletem, apud eam pauperes filios manere et ab ea nutriri iubemus. Quemadmodum enim filii locupletes coguntur matrem egentem alere, ita iustum (5) decernimus, et a matre locuplete filios pasci. Quod autem de alenda matre et filiis indigentibus definivimus, hoc quoque in omnibus ascen-

Capítulo VII

También hemos creído que se debía disponer, que, si alguna vez hubiere acontecido que se disuelven las nupcias entre marido y mujer, de ningún modo sean perjudicados los hijos nacidos de tales nupcias por virtud de la separación de las nupcias, sino que sean llamados á la herencia de los padres, debiendo ser sin duda alimentados con los bienes del padre. Y si verdaderamente el padre diera ocasión á la separación, y la madre hubiere pasado á segundas nupcias, sean alimentados en poder de la madre sufragando el padre los gastos. Mas si se demostrara que por causa de la madre se disolvió el matrimonio, en este caso permanezcan y sean alimentados los hijos en poder del padre. Pero si aconteciere que el padre ciertamente no es abonado, pero que la madre es rica, mandamos que los hijos pobres queden en poder de ella y sean por ella alimentados. Porque así como los hijos ricos son

(1) ad, *omítela el cód. Hamb.*
(2) partem, *omítela el cód. Hamb.*
(3) *El cód. Hamb.*; licent, *en lugar de* licet, *se encuentra en las ed.*

(4) nuptiis, *adiciona Bk. en su ed. estereotipada, siendo de creer que después de* huiusmodi *ha desaparecido la palabra* matrimonio.
(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; esse, *adicionan Port., y Cont.*

dentibus descendentibusque personis utriusque naturae valere praecipimus.

Cap. VIII

Quia vero plurimas in veteribus et nostris legibus invenimus causas, ex quibus facile nuptiarum solutiones fiunt, ea causa perspeximus ex his abscindere aliquas, quae nobis indignae ad solvendas nuptias visae sunt, et eas solum (1) nominatim praesenti inserere legi, pro quibus rationabiliter potest sive vir sive mulier repudium mittere. Nunc autem causas, ex quibus maritus repudium mittere sine periculo potest, et dotem uxoris lucrari, servato in ea dominio ex eodem matrimonio filiis aut filiabus, quibus non exstantibus frui etiam proprietate (2), has esse disponimus (3):

§ 1.—Si contra imperium cogitantibus aliquibus conscia est mulier, aut etiam viro suo non indicet. Si autem vir hoc a muliere denunciatum tacuerit, liceat mulieri per quamcunque personam hoc declarare imperio, ut vir nullam ex hac causa repudii inveniat occasionem.

§ 2.—Si de adulterio maritus putaverit posse suam uxorem convinci, oportet virum prius inscribere mulierem aut etiam adulterum, et si huiusmodi accusatio verax (4) ostenditur, tunc repudio misso habere virum super ante nuptias donationem etiam dotem, et ad hoc, si filios non habeat, tantum accipere ex alia uxoris substantia, quantum dotis tertia pars esse cognoscitur, ut eius proprietati et dos, et a nobis definita poena applicetur. Si enim filios habuerit ex eodem matrimonio, iubemus, etiam dotem, secundum de hoc leges (5), aliamque mulieris substantiam filiis conservari, et ita adulterum legitime convictum una cum uxore puniri. Et si quidem habeat uxorem adulter, accipere eam et dotem propriam, et propter nuptias donationem, et (6), si filios habeant (7), solo usu mulier fruatur donationis, proprietate secundum leges filiis servanda; aliam vero mariti substantiam eius filiis ex nostra largitate donamus. Filiis autem non exsistentibus, antenuptialis quidem donationis proprietatem mulieri competere sancimus, aliam vero mariti substantiam omnem fisco secundum antiquas applicamus leges.

§ 3.—Si quolibet modo mulier vitae viri fuerit insidiata, aut aliis hoc facientibus conscia (8), viro non indicaverit.

§ 4.—Si cum viris extraneis nolente marito convivatur, aut cum eis lavatur.

§ 5.—Si nolente viro foris domum manserit, nisi forsan apud proprios parentes.

obligados á alimentar á la madre pobre, así también decretamos que es justo que los hijos sean alimentados por la madre rica. Mas lo que hemos determinado respecto á la madre, que ha de ser alimentada, y á los hijos indigentes, mandamos que tenga validez también en cuanto á todas las personas ascendientes y descendientes de ambos sexos.

Capítulo VIII

Mas como en las leyes antiguas y en las nuestras hallamos muchas causas, por las que con facilidad se hacen las disoluciones de las nupcias, hemos determinado por tal motivo separar de ellas algunas, que nos han parecido indignas para disolver las nupcias, é insertar determinadamente en la presente ley solamente aquellas por las que con razón puede el marido ó la mujer enviar el repudio. Mas disponemos en la actualidad que las causas por las que el marido puede enviar sin peligro el repudio, y lucrar la dote de la mujer, reservándoseles sobre ella el dominio á los hijos ó á las hijas del mismo matrimonio, y, no existiendo éstos, disfrutar también de la propiedad, sean estas:

§ 1.—Si maquinando algunos contra el imperio la mujer fuera sabedora, ó también si no se lo indicara á su marido. Mas si el marido hubiere callado esto que le fué denunciado por su mujer, séale lícito á la mujer declarárselo por medio de cualquier persona al imperio, de suerte que el marido no halle por esta causa ninguna ocasión de repudio.

§ 2.—Si el marido creyere que su mujer podía ser convicta de adulterio, es conveniente que el marido acuse antes á la mujer ó también al adúltero, y si se prueba que tal acusación es veraz, en este caso tenga el marido, habiendo enviado el repudio, además de la donación antenupcial, también la dote, y además de esto, si no tuviera hijos, reciba de los otros bienes de la mujer tanto cuanto se conoce que es la tercera parte de la dote, de suerte que se apliquen á propiedad suya así la dote como la pena definida por nosotros. Pero si hubiere tenido hijos del mismo matrimonio, mandamos que se conserven para los hijos también la dote, con arreglo á las leyes dadas sobre esto, y los demás bienes de la mujer, y que de este modo se castigue juntamente con la mujer al adúltero legalmente convicto. Y si ciertamente el adúltero tuviera mujer, reciba ésta su propia dote y la donación por causa de las nupcias, y si tuvieran hijos, disfrute la mujer del solo usufructo de la donación, debiéndoseles conservar la propiedad á los hijos con arreglo á las leyes; pero los otros bienes del marido se los donamos por liberalidad nuestra á los hijos. Mas no existiendo hijos, mandamos que la propiedad de la donación antenupcial le competa ciertamente á la mujer, pero todos los demás bienes del marido los aplicamos al fisco con arreglo á las antiguas leyes.

§ 3.—Si la mujer hubiere atentado de cualquier modo á la vida del marido, ó sabiendo que otros hacían esto no se lo hubiere indicado al marido.

§ 4.—Si, no queriendo el marido, comiera con hombres extraños ó con ellos se bañara.

§ 5.—Si, no queriendo el marido, se quedare fuera de su casa, á no ser quizá en casa de sus propios padres.

(1) *El cód. Hamb.;* solummodo, *las ed.*

(2) filiis aut filiabus non extantibus frui etiam proprietatem, *el cód. Hamb., por lo que se puede hacer fácilmente esta corrección:* filiis aut filiis non exstantibus frui (eum) et proprietate.

(3) *El cód. Hamb.;* decernimus, *las ed.*

(4) *El cód. Hamb.;* esse, *adicionan las ed.*

(5) secundum ex hoc leges, *el cód. Hamb.;* secundum quod de hoc leges, *Trid.;* secundum quod de hoc censent leges, *Port., y Cont.*

(6) ut, *Bk.*

(7) *El cód. Hamb.;* habeat, *las ed.*

(8) *El cód. Hamb., y Trid.;* consentiens, *Port., y Cont.*

§ 6.—Si circensibus, aut theatris, aut amphitheatris interfuerit ad spectandum, ignorante aut prohibente viro.

§ 7.—Si vero contigerit aliquem citra unam praedictarum causarum uxorem suam a domo propria expellere, ut (1) illa non habens parentes, apud quos possit manere, ex necessitate foris habitet nocte, iubemus, nullam esse marito licentiam propter causam hanc repudium mittere uxori, eo quod ipse huius rei auctor exsistat.

§ 6.—Si asistiere á los juegos del circo, ó á los teatros, ó á los anfiteatros como espectadora, ignorándolo ó prohibiéndoselo su marido.

§ 7.—Mas si aconteciere que alguien echa de su propia casa á su mujer sin una de las susodichas causas, de suerte que, no teniendo ella padres en cuya casa pueda quedarse, pase por necesidad fuera la noche, mandamos que no tenga el marido licencia alguna para enviar por esta causa el repudio á su mujer, porque él mismo es el causante de esto.

Cap. IX

Causas autem, pro quibus rationabiliter potest viro a muliere mitti repudium, ex (2) quibus potest et dotem recipere, et propter nuptias donationem exigere, similiter filiis servanda donationis proprietate, aut filiis non exstantibus habere etiam huius (3) dominium, has esse solas disponimus:

§ 1.—Si contra imperium aut ipse cogitaverit aliquid, aut cogitantibus conscius non indicaverit imperio aut per se, aut per quamcunque personam.

§ 2.—Si quolibet modo vir insidiatus fuerit vitae mulieris, aut aliis hoc volentibus sciens non manifestaverit uxori, et studuerit secundum leges ulcisci.

§ 3.—Si maritus uxoris castitati insidiatus, aliis etiam eam adulterandam tentaverit tradere.

§ 2.—Mas si alguien tuviere por causa pecuniaria alguna acción contra una de todas las mencionadas personas, y el obispo difiriese juzgar entre ellas, tenga licencia el actor para dirigirse al juez civil, pero de suerte que la persona acusada no sea obligada de ningún modo á dar fiador, sino á prestar sola caución sin juramento, con hipoteca de todos sus bienes. Mas si por causa criminal se dedujera acusación contra alguna de las mencionadas personas, sea constituída la persona acusada en legítima caución. Pero si la causa es eclesiástica, no tengan ninguna intervención los jueces civiles en tal examen, sino ponga término á la causa el santísimo obispo en conformidad á las sagradas reglas.

Capítulo XXII

Mas si algunos de los santísimos obispos del mismo sínodo tuvieran entre sí alguna duda, ya sobre el derecho eclesiástico, ya sobre otras cualesquiera cosas, examine y juzgue primeramente la causa el metropolitano de ellos con los demás obispos de su sínodo, y si ambas partes no hubieren tenido por firme lo que se juzgó, en este caso conozca entre ellos el beatísimo patriarca de aquella diócesis, y determine lo que sea conforme á los cánones eclesiásticos y á las leyes, sin que ninguna parte pueda contradecir su sentencia. Mas si por el clero ó por otro cualquiera se hubiera recurrido contra un obispo por cualquiera causa, sea juzgada la causa con sujeción á las sagradas reglas y á nuestras leyes

(4) *Bk.;* Si quis—habeat, *el cód. Hamb., y las ed.*
(5) duobus, *adiciona Bk.*
(6) Si autem a clerico, *Bk.*

tur, et si quis iudicatis contradixerit, ad beatissimum archiepiscopum et patriarcham dioeceseos illius referatur causa, et ille secundum canones et leges huic praebeat finem. Si vero contra metropolitam talis aditio fiat ab episcopo, aut clero (1), aut alia quacunque persona, dioeceseos illius beatissimus patriarcha simili modo causam iudicet. Pro omnibus autem causis, pro quibus apud proprium metropolitam, sive apud (2) patriarcham, sive apud alios quoscunque iudices episcopi conveniantur, nullam fideiussionem aut cautionem pro lite exigantur, sic tamen, ut isti studeant illatis sibi causis semetipsos absolvere.

ante su santísimo metropolitano, y si alguno se opusiere á lo juzgado, sea remitida la causa al beatisimo arzobispo y patriarca de aquella diócesis, y póngale él término con arreglo á los cánones y á las leyes. Mas si el recurso se hubiere hecho contra el metropolitano por un obispo, ó por el clero, ó por otra cualquiera persona, juzgue de igual modo la causa el beatísimo patriarca de aquella diócesis. Pero en ninguna de las causas en que los obispos son demandados ante el propio metropolitano, ó ante el patriarca, ó ante otros cualesquiera jueces, se les exija fianza ó caución alguna por el litigio, pero de suerte que ellos procuren absolverse á si mismos de las causas que se les atribuyeron.

Cap. XXIII

Oeconomos autem, et xenodochos, et nosocomos, et ptochotrophos (3), et aliorum venerabilium locorum gubernatores, et alios omnes clericos iubemus pro creditis sibi gubernationibus apud proprium episcopum, cui subiacent, conveniri, et rationem suae gubernationis facere, et exigi, quod ex ipsis debentes ostenduntur, illi venerabili reddendum domui, ex cuius ordinatione debitum apparuerit. Si vero putaverint se gravari, post repetitionem metropolita causam examinet. Si vero metropolita fuerit contra quampiam praedictarum personarum huiusmodi causas examinans, et debitum exegerit, et exactus putaverit se gravatum, dioeceseos illius beatissimus patriarcha causam determinet; non enim concedimus praedictis personis pro memoratis causis ante examinationem et exactionem debiti proprios episcopos declinare, et ad alia venire iudicia. Si quis autem ex ecclesiasticis, cui aliqua talis dispensatio credita est, ante rationum expositionem et debitorum solutionem moriatur, iubemus, eius heredes simili modo et rationibus et exactionibus subiacere.

Capítulo XXIII

Pero mandamos que los ecónomos, los encargados de hospitales de peregrinos, enfermerías de pobres y hospicios de pobres, y los administradores de otros venerables lugares, y todos los demás clérigos sean citados por las administraciones á ellos encomendadas ante el propio obispo á quien están subordinados, y rindan cuenta de su administración, y que se les exija lo que se pruebe que por ellas deben, lo cual debe ser entregado á la venerable casa, por virtud de cuyo nombramiento apareciere la deuda. Mas si creyeren que quedaron ellos gravados, examine el metropolitano la causa después de la reclamación hecha á ellos. Pero si fuere metropolitano el que examina tales causas contra alguna de las susodichas personas, y exigiere lo debido, y aquel á quien se le exigió se considerare gravado, decida la causa el beatísimo patriarca de aquella diócesis; porque no les concedemos á las susodichas personas que en las mencionadas causas huyan de sus propios obispos antes del examen y de la exacción de la deuda, y acudan á otros tribunales. Mas si algunos de los eclesiásticos, á quien se le encomendó alguna tal administración, muriese antes de la rendición de cuentas y del pago de las deudas, mandamos que de igual modo queden sujetos los herederos á la rendición de cuentas y al pago.

Cap. XXIV

Si quis episcopus aut clericus ex quacunque provincia in Constantinopoli reperiatur, et voluerit aliquis adversus eum actionem proponere, si quidem litis contestatio in provincia pro ipso negotio facta (4) est, ibi litem compleri, si vero nondum inchoata est, apud gloriosissimum praefectum Orientis praetoriorum, aut apud eos, qui a nobis fuerint deputati iudices, convenientibus eum respondere.

Capítulo XXIV

Si en Constantinopla se hallara algún obispo ó clérigo de cualquiera provincia, y alguien quisiere entablar una acción contra él, si verdaderamente la contestación á la demanda fué dada sobre el mismo negocio en una provincia, sea terminado allí el litigio, pero si aun no fué incoado, responda, á los que lo demanden, ante el gloriosísimo prefecto de los pretorios de Oriente, ó ante los jueces que hubieren sido designados por nosotros.

Cap. XXV

Reverendissimi vero apocrisiarii cuiuscunque sanctissimae ecclesiae, qui in regia civitate degunt, aut ad beatissimos patriarchas, aut ad metropolitas a suis episcopis destinati (5), neque pro suis episcopis, neque pro causa ecclesiae (6), aut pro debito publico aut privato aliquam conventionem sustineant, nisi mandatum habuerint a suis episcopis aut oeconomis, ut aliquos conveniant. Tunc enim solis illis, qui ab eis conveniuntur, da-

Capítulo XXV

Mas los reverendísimos apocrisiarios de cualquiera santísima iglesia, que viven en esta real ciudad, ó que fueron enviados por sus obispos á los beatísimos patriarcas, ó á los metropolitanos, no se encarguen de citación alguna ni por sus obispos, ni por causa de la iglesia, ó por una deuda pública ó privada, si no tuvieren mandato de sus obispos ó ecónomos, para que demanden á otros. Porque en este caso les damos licencia solamente á los que por

(1) clerico, *Bk.*
(2) *El cód. Hamb.*; metropolitam aut patriarcham, *las ed.*
(3) *El cód. Hamb.*; xenodochos nosocomos et ptochotrophos, *Trid.*; xenodochos nosocomos ptochotrophos, *se lee en Port.*, *y Cont.*

(4) facto, *en lugar de* facta, *decía el texto, sin duda por errata.* — *N. del Tr.*
(5) *El cód. Hamb.*, *y Trid.*: episcopis ordinati et destinati. *Port.*, *y Cont.*
(6) causa suae ecclesiae, *Bk. ed. estereotipada*

mus licentiam, si quam obligationem habent contra ecclesiam aut contra episcopos eorum, proponere. Si vero et in quibusdam causis vel actionibus semetipsos obligatos fecerint, in tempore, in quo responsa faciunt, pro his conventiones suscipiant.

ellos son demandados, si tienen alguna obligación contra la iglesia ó los obispos de ellos, para ejercitarla. Mas si también en algunas causas ó acciones se hubieren obligado ellos mismos, háganse cargo de las demandas por tales cosas al tiempo en que se hacen las contestaciones.

Cap. XXVI

Si vero episcopi vel clerici pro civitate aut pro suis ecclesiis propter suam legationem aut ordinationem episcopi ad regiam civitatem vel ad alium quemlibet locum proficiscantur, iubemus, eos nullam molestiam aut importunitatem a qualibet persona sustinere, licentia existente iis, qui obligatos eos putant se habere, postquam ad provinciam revertuntur, convenire eos, nullo [in] iis, qui se putant habere eos [obligatos] (1), faciendo praeiudicio de temporalibus praescriptionibus propter tempus, quod in tali causa protraxerint.

Capitulo XXVI

Mas si los obispos ó los clérigos fueran á la ciudad real ó á otro cualquier lugar en representación de una ciudad ó de sus iglesias á causa de propia legación ó de ordenación del obispo, mandamos que no sufran ellos por parte de una persona cualquiera ninguna molestia ó importunidad, teniendo licencia los que creen tenerlos obligados para demandarlos después que vuelvan a la provincia, sin que á los que creen tenerlos obligados se les haya de causar perjuicio alguno en las prescripciones temporales por razón del tiempo que por tal causa hubieren tardado.

Cap. XXVII

Si quando autem causa emerserit, ut admonitio aut exsecutio inferatur pro qualibet pecuniaria causa, sive publica sive privata, clerico, aut monacho, aut [monastriae, aut cuicunque] monasterio, [et] maxime (2) feminarum, iubemus, sine iniuria, et cum competente honore admonitionem fieri, non tamen monastriam aut ascetriam monasterio abstrahi, sed procuratorem ab eis ordinari, qui pro causa respondeat. Monachis autem liceat sive per se, sive per procuratorem monasterii (3) causas agere, sciente qui hoc praevaricatur iudice vel exsecutore, quia et cingulo spoliabitur, et poenam quinque librarum auri exigetur per magnificentissimum comitem privatarum rerum, exsecutore videlicet super hoc verberando et in exsilium dirigendo; locorum sanctissimis episcopis provisuris, ut nihil his contrarium fiat, aut, si aliquid committatur, memorata ultio procedat, iudice vero vindictam differente (4) imponere, ad scientiam nostram episcopus referat.

Capitulo XXVII

Mas si alguna vez surgiere alguna causa para que por cualquier negocio pecuniario, ya público, ya privado, se haga citación ó ejecución á un clérigo, ó monje, ó monja, ó á cualquier monasterio, y principalmente de mujeres, mandamos que la citación se haga sin injuria, y con el honor correspondiente, pero que no se saque del monasterio la monja ó la asceta, sino que por ellas se nombre procurador que responda en la causa. Mas séales lícito á los monjes defender ó por sí, ó por medio de procurador las causas del monasterio, teniendo entendido el juez ó el ejecutor, que en esto prevarique, que será despojado del cíngulo, y se le exigirá la pena de cinco libras de oro por el muy magnífico conde de los bienes privados, debiendo ser ciertamente además de esto azotado y enviado al destierro el ejecutor; debiendo proveer los santísimos obispos de las localidades, para que no se haga nada contra esto, ó para que si se hiciera alguna cosa tenga lugar el mencionado castigo, y si el juez difiriese imponer el castigo el obispo lo pondrá en nuestro conocimiento.

Cap. XXVIII

Sportularum vero nomine omnem personam in quocunque ecclesiastico officio constitutam, et ad hoc diaconissam, et monachum (5), aut ascetriam, aut monastriam pro omni criminali et pecuniaria causa, cuiuscunque quantitatis sit (sive a clerico, sive a quolibet in militia constituto admonitionem suscipiant aut in regia civitate, aut in provinciis, [in] (6) quibus degunt), nec (7) amplius quatuor siliquis dare permittimus. Si vero ex nostra iussione aut ad iudicem, aut ad beatissimum patriarcham missus exsecutor in alias provincias admonitionem offerat alicui memoratarum personarum, non ultra unum solidum accipiat. Si vero pro una eademque causa multas ex memoratis personis admoneri contingat, unam et solam personam pro omnibus spor-

Capitulo XXVIII

Mas no permitimos que ninguna persona constituída en un oficio eclesiástico cualquiera, y además ninguna diaconisa, ó monje, ó asceta, ó monja, dé á título de espórtulas en toda causa criminal y pecuniaria, de cualquiera cantidad que sea, (ya reciba de un clérigo, ya de otro cualquiera constituído en milicia, citación ó en esta real ciudad, ó en las provincias en que viven), nada más que cuatro silicuas. Mas si por orden nuestra el ejecutor enviado ó á un juez, ó al beatísimo patriarca presentase en otras provincias citación á alguna de las mencionadas personas, no reciba más de un solo sueldo. Pero si aconteciera que por una y la misma causa son citadas muchas de las mencionadas personas, mandamos que una sola persona pague las espór-

(1) nullo in illis qui se putant habere eis, *el cód. Homb.:* nullo in his qui se putant habere ab eis. *Trid.;* nullo in iis, quae se putant habere. eis. *Port., y Cont.*

(2) monacho aut monasterio maxime, *el cód. Hamb., y Trid., por lo que se han puesto entre paréntesis las palabras que hay añadidas en las ed. Port. y Cont. Mas con arreglo al texto griego se debería escribir así:* monacho aut monastriae aut ascetriae cuiuscunque monasterii et maxime *etc.*

(3) procuratorem suas aut monasterii, *Bk. en su edición estereotipada.*

(4) *El cód. Hamb., y Trid.:* iudicem—differentem. *Port., y Cont.*

(5) *El cód. Hamb.;* monacham, *las ed.*

(6) in, *la añade Bk., pero no se halla en el cód. Hamb., ni en las ed.*

(7) non, *Bk.*

tulas dare (1) sancimus. Episcopus vero pro rebus suae ecclesiae (2) nullam exactionem molestiamque sustineat sportularum, si pro talibus causis admoneat exactor (3), actiones videlicet contra ecclesiam propositas oeconomis suscipientibus, aut illis, qui in ea causa (4) ordinati sunt. Qui vero contra haec exigere sportulas praesumserit, in duplum quod accepit exactae personae reddere compellatur, et si quidem militat, cingulum perdat, si vero clericus fuerit, a clero removeatur.

tulas por todas. Pero por las cosas de su iglesia no sufra el obispo ninguna exacción y molestia de espórtulas, si por tales causas lo requiriese el exactor, debiendo, por supuesto, encargarse de las acciones entabladas contra la iglesia los ecónomos, ó los que para tal objeto están destinados. Mas el que contra esto se hubiere atrevido á exigir las espórtulas, sea compelido á devolverle á la persona á quien se las exigió el duplo de lo que recibió, y si ciertamente tiene milicia, pierda el cíngulo, y si fuere clérigo, sea excluído del clero.

Cap. XXIX

Presbyteris autem, et diaconis, et subdiaconis (5), et omnibus in clero conscriptis non habentibus uxores secundum sacros canones interdicimus etiam nos secundum sanctarum regularum virtutem mulierem aliquam in propria domo superinductam habere, tamen citra matrem, aut sororem, aut filiam, et alias personas, quae omnem suspicionem effugiunt. Si quis autem absque hac observatione mulierem in sua domo habet, quae potest ei suspicionem inferre, et semel et secundo a suo episcopo aut a suis clericis admonitus, ne cum tali muliere habitaret, eiicere eam de sua domo noluerit, aut accusatore apparente probetur (6) inhoneste cum muliere conversari, tunc episcopus eius secundum ecclesiasticos canones de clero eum amoveat, curiae civitatis, cuius clericus erat, tradendo. Episcopum vero nullam penitus mulierem habere aut cum ea habitare permittimus. Si autem probetur nequaquam hoc custodiens, episcopatu proiiciatur; ipse enim se ostendit indignum sacerdotio.

Capítulo XXIX

Pero también nosotros les prohibimos á tenor de las santas reglas á los presbíteros, y diáconos, y subdiáconos, y á todos los comprendidos en el clero que no tienen mujeres según los sagrados cánones, que tengan establecida en su propia casa mujer alguna, excepto, sin embargo, su madre ó hermana, ó hija, y otras personas, que excluyen toda sospecha. Mas si alguno tiene contra esta observancia en su propia casa mujer, que puede hacerle sospechoso, y amonestado una y dos veces por su obispo ó por sus clérigos, para que no habite con tal mujer, no quisiere echarla de su propia casa, ó presentándose acusador se probara que vive deshonestamente con una mujer, en este caso sepárelo del clero su obispo con arreglo á los cánones eclesiásticos, debiendo ser agregado á la curia de la ciudad, de que era clérigo. Mas no permitimos que el obispo tenga absolutamente ninguna mujer ó habite con ella. Pero si se probara que de ninguna manera observa esto, sea echado del episcopado; porque él mismo se muestra indigno del sacerdocio.

Cap. XXX

Diaconissam vero nullo modo cum vivo, ex quo potest inhonestae vitae emergere suspicio, habitare permittimus. Si vero haec non observet, sacerdos, sub quo subiacet, admoneat eam, ut omnibus modis talem virum eiiciat e sua domo. Si vero hoc distulerit agere, ecclesiastico ministerio et propriis emolumentis alienata, monasterio tradatur, et ibi omni suae vitae tempore degat. Rebus eius, si quidem filios habeat, inter se et illos secundum numerum personarum dividendis, ut competentem ipsi mulieri partem monasterium accipiens, eam alat [et regat] (7). Si autem non habuerit filios, omnis eius substantia inter monasterium, ubi mittitur, et ecclesiam, in qua prius erat constituta, ex (8) aequa portione dividatur.

Capítulo XXX

Mas de ningún modo permitimos que una diaconisa habite con varón, por causa del que pueda nacer sospecha de vida deshonesta. Pero si no observara esto amonéstela el sacerdote á que esté subordinada, para que de todos modos eche á tal hombre de su casa. Mas si retardare hacer esto, sea, despojada del ministerio eclesiástico y de los propios emolumentos, llevada á un monasterio, y pase allí todo el tiempo de su vida. Debiendo ser divididos sus bienes, si ciertamente tuviera hijos, entre ella y éstos, según el número de personas, de suerte que, recibiendo el monasterio la parte correspondiente á la misma mujer, mantenga á ésta y la gobierne. Mas si no tuviere hijos, divídanse por partes iguales todos sus bienes entre el monasterio, á que es enviada, y la iglesia en que antes se hallaba constituída.

Cap. XXXI

Si quis, quum sacra ministeria (9) celebrantur, in sanctam ecclesiam ingrediens episcopo, aut clericis, aut ministris aliis ecclesiae iniuriam aliquam inferat, iubemus, hunc verbera sustinere et in exsilium mitti. Si vero et haec sacra ministeria (10)

Capítulo XXXI

Si penetrando alguno en la iglesia, mientras se celebran sagrados ministerios, infiriese alguna injuria al obispo, ó á los clérigos, ó á los otros ministros de la iglesia, mandamos que él sufra azotes y sea enviado al destierro. Pero si hubiere perturba-

(1) unius solius personae—dari, *Bk.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.:* ecclesiae suae, *Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb., en el que, se añadió* aut curator: admoneatur exactio, *Trid.;* admoveatur exactio, *Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.:* in eam causam, *Port., y Cont.*
(5) diaconibus et subdiaconibus, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(6) *El cód. Hamb., y Trid.;* approbetur, *Port., y Cont.*
(7) agat et regat, *el cód. Hamb., pero el paréntesis indica que las palabras* et regat *le parecieron sospechosas á alguien que se sirvió de este códice. Y como en la ed. Port., se lee en sus glosas marginales,* alat i. e. regat, *es de creer que las palabras* et regat *fueron añadidas por algún comentarista. No es admisible lo que propuso Bk., esto es, que se leyera* alat et tegat.
(8) *El cód. Hamb., y Trid.;* ex, *omítenla Port., y Cont.*
(9) quum sacra mysteria vel alia sacra ministeria, *Bk.*
(10) Si vero et hic sacra ministeria, *el cód. Hamb., y Trid.;* Si vero haec et hic sacra ministeria, *Port., y Cont.;* Si vero et ipsa sacra mysteria et sacra ministeria, *Bk.*

conturbaverit aut celebrari prohibuerit, capitaliter puniatur. Hoc ipso et in litaniis, in quibus episcopi aut clerici reperiantur (1), custodiendo. Et si quidem iniuriam solum fecerit is, verberibus exsilioque tradatur, si vero etiam litaniam concusserit, capitale periculum sustinebit. Et vindicare (2) iubemus non solum civiles, sed etiam militares iudices.

Cap. XXXII

Omnibus autem laicis interdicimus litanias facere sine sanctis episcopis (3) et qui sub eis sunt reverendissimis clericis (qualis (4) enim est litania, in qua sacerdotes non inveniuntur, et solennes orationes faciunt?), sed et [ipsas] honorandas cruces (5), cum quibus [et] in litaniis (6) ingrediuntur, non alibi, nisi in venerabilibus locis reponi, et si quando opus vocaverit ad litanias celebrandas, tunc solum ipsas sanctas cruces accipere eos, qui consuete eas portare solent, et cum episcopo et clericis litanias celebrari (7); haec (8) custodientibus sanctissimis locorum episcopis, aut etiam eorum clericis, et per loca iudicibus. Si quis autem in hoc capitulo praesentis nostrae legis virtutem aut transcenderit, aut non vindicaverit, praedictas poenas patietur. [monasteriorum et reverendissimorum monachorum dispositione.] (9)

Cap. XXXIII

[Reliquum nobis est et de venerabilibus monasteriis et reverendissimis monachis formam dare.]

Cap. XXXIV

Iubemus igitur, abbatem aut archimandritam in unoquoque monasterio ordinari non omnino secundum gradum monachorum, sed omnes monachi melioris opinionis exsistentes eum eligant (10) propositis sacrosantis evangeliis, dicentes, quia neque propter amicitiam aut aliam quamlibet gratiam (11), sed scientes, eum et fide rectum, et vita castum, et gubernatione dignum, et qui possit monachorum disciplinam et omnem monasterii statum utiliter custodire, eum elegerunt, et sanctissimum episcopum, sub quo monasterium constitutum est, eum, qui ita electus est, modis omnibus abbatem ordinare. Haec autem omnia, quae a nobis disposita sunt propter ordinationem (12) abbatum, valere praecipimus et in venerabilibus feminarum monasteriis et asceteriis (13).

Cap. XXXV

Si quis autem ad monasticam vitam venire vo-

do también estos sagrados ministerios ó hubiere impedido que se celebren, sea condenado á pena capital. Debiéndose observar esto mismo también en las letanías, en que se hallaren obispos ó clérigos. Y si éste hubiere ciertamente inferido solamente injuria, sea condenado á azotes y á destierro, pero si también hubiere perturbado la letanía, sufrirá la pena capital. Y mandamos que estas cosas las castiguen no solamente los jueces civiles, sino también los militares.

Capitulo XXXII

Mas les prohibimos á todos los láicos que hagan letanías sin los santos obispos y los reverendísimos clérigos que están bajo su dependencia, porque ¿qué letanía es aquella en la que no se encuentran sacerdotes, y no hacen éstos las oraciones acostumbradas? Mas tampoco se depositen en otra parte, sino en venerables lugares las mismas venerandas cruces con que van también á las letanías, y si alguna vez requiriere la necesidad que se celebren letanías, lleven entonces las mismas santas cruces solamente los que por costumbre suelen llevarlas, y celébrense las letanías con el obispo y los clérigos; debiendo observar esto los santísimos obispos de las localidades, ó también sus clérigos, y los jueces locales. Mas si alguno infringiere en este particular el tenor de nuestra presente ley, ó no castigare esto, sufrirá las susodichas penas. [De la disposición de los monasterios y de los reverendísimos monjes.]

Capitulo XXXIII

[Réstanos que dispongamos también respecto á los venerables monasterios y á los reverendísimos monjes.]

Capitulo XXXIV

Mandamos, pues, que en cada monasterio se nombre un abad ó arquimandrita, no en absoluto con arreglo al grado de los monjes, sino de suerte que todos los monjes que sean de mejor fama lo elijan teniendo á la vista los sacrosantos evangelios, diciendo que lo eligieron no por amistad ó por otro cualquier favor, sino sabiendo que él es de recta fe, de vida casta, y digno del gobierno, y que puede guardar convenientemente la disciplina de los monjes y todo el estado del monasterio, y al que así haya sido elegido ordénelo de todos modos abad el santísimo obispo, bajo cuya dependencia se halla constituído el monasterio. Pero mandamos que todo esto, que ha sido dispuesto por nosotros en cuanto á la ordenación de los abades, tenga validez también respecto á los venerables monasterios y asceterios de mujeres.

Capitulo XXXV

Pero si alguien quisiere entrar en la vida monás-

(1) reperiuntur, *Bk.*
(2) Et haec vindicare, *Bk.*
(3) sanctis locorum episcopis, *Bk.*
(4) qualiter, *el cód. Hamb., y Trid.*
(5) Sed et quas sacerdotes honorandas cruces, *el códice Hamb., y Trid.*
(6) cum quibus et litaniis, *el cód. Hamb., y Trid.*
(7) *El cód. Hamb., y Trid.*; celebrare, *Port., y Cont.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.*; hoc, *Port., y Cont.*
(9) dispositionem, *el cód. Hamb. Estas últimas palabras, que van entre paréntesis, sirven de transición para lo siguiente, y acaso quiso indicar con ellas el antiguo traductor latino esta inscripción de la restante parte de la Novela:* De monasteriorum et reverendissimorum monachorum dispositione. *El capitulo (?) que sigue, XXXIII., fué sin duda arreglado por Concio conforme al texto griego.* Reliquum—formam dare, *no se hallan en el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(10) existentes eligantur, *el cód. Hamb., y Trid.*
(11) *El cód. Hamb., y Trid.*; causam, *en lugar de* gratiam, *Port., y Cont.*
(12) *El cód. Hamb.*; in ordinatione abbatum, *Trid.*; pro ordinatione abbatum, *Port., y Cont.*
(13) monasteriis et archimandritis et assisteriis et archiatris, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*

luerit, iubemus, si quidem notus est, quia nulli fortunae subiacet, abbas monasterii, si perspexerit, schema ei praebeat. Si vero non cognoscitur, aut cuilibet fortunae subiaceat, intra tres annos non accipere eum schema monasticum, et (1) intra memoratum tempus experiatur huius hominis conversationem monasterii praesul. Et si intra triennium aliquis emerserit, dicens aut servum, aut colonum, aut adscriptitium suum hunc esse, aut etiam tanquam fugientem agriculturam, aut quasi aliquid rapientem, aut propter aliquam culpam in monasterium eum ingressum, proprio domino hunc restitui cum rebus, quas probatur in monasterium introduxisse, iusiurandum (2) primum, quia nihil patietur a suo domino percipiente. Si autem intra triennium nullus convenerit, aut inquietaverit, aut contra aliquam memoratarum personarum quaestionem fecerit, abbas monasterii post transcursionem triennalis temporis, si talem virum dignum iudicaverit, tunc det ei schema, et nullus sit ei postea molestus propter fortunam, donec tamen deget in monasterio, res autem, quas in monasterium introduxisse videtur, illaesae domino reddantur. Si quis autem memoratarum personarum reliquerit monasterium, et ad saecularem venerit vitam, aut in civitatibus, aut in agris circumiens, propriae fortunae reddatur.

Cap. XXXVI

In omnibus autem monasteriis, quae coenobia dicuntur, iubemus, secundum monachicos canones (3) in uno habitaculo omnes separatim dormire, ut mutuum alterutris testimonium castae conversationis praebeant ipsi (4), nisi quidam tamen ex eis aut propter longaevam in monasterio conversationem quiete volentes vivere, aut senectutis atque corporis infirmitatis causa in remotis cellulis intra monasterium constitutis degant; et hoc autem (5) cum conscientia et voluntate abbatis fieri. Haec omnia in monasteriis et asceteriis feminarum servantibus in nullo loco nostrae reipublicae esse monasteria permittimus aliter. Ubi autem monasterium invenitur, omnibus modis iubemus viros a feminis separari, et feminas quidem in quo sunt monasterio remanere, viros autem aliud monasterium sibimet facere. Si vero plura sunt monasteria, ut necesse non sit (6) nova monasteria aedificare, locorum sanctissimus episcopus monachos cum monachis, et feminas cum feminis separare in aliis monasteriis congregare procuret, quaecunque vero habent (7) communia, inter eos secundum competens eis ius dividere. Feminis autem quemcunque ipsae elegerint sive presbyterum sive diaconum ad faciendum eis responsum, aut sanctam eis communionem portandam sanctissimus episcopus, sub quo sunt, deputet, quem rectae fidei et vitae bonae esse cognoverit. Si vero qui ab eis electus est non sit presbyter aut diaconus, dignum tamen eum huiusmodi ministerio episcopus iudicaverit, ordinationem ei imponat, qui (8) dignus esse videbitur, ut is (9) responsa, sicut dictum est, monasteriis distribuat, ita tamen, ut neque

tica, mandamos, que si verdaderamente es sabido que no está sujeto á ninguna condición, déle el hábito el abad del monasterio, si bien le pareciere. Pero si no fuese conocido, ó estuviera sujeto á cualquiera condición, no reciba el hábito monacal por espacio de tres años, y durante el mencionado tiempo explore la manera de ser de este hombre el superior del monasterio. Y si durante los tres años se presentare alguien diciendo que aquél es ó esclavo, ó colono, ó adscripticio suyo, ó también así como agricultor fugitivo, ó como raptor de alguna cosa, ó que por razón de alguna culpa entró en el monasterio, sea restituído á su propio dueño con los bienes que se pruebe que llevó al monasterio, recibiendo antes de su señor juramento de que no sufrirá cosa alguna. Mas si dentro de los tres años nadie demandare, ó molestare, ó le promoviere cuestión, á alguna de las mencionadas personas, déle entonces el hábito después del transcurso del término de tres años el abad del monasterio, si juzgare digno á tal individuo, y nadie le moleste después por su condición, mientras, no obstante, viviere en el monasterio, pero devuélvansele ilesas á su señor las cosas, que se viere que llevó al monasterio. Mas si alguna de las mencionadas personas hubiere abandonado el monasterio, y pasado á la vida seglar, andando errante por las ciudades ó por los campos, sea devuelto á su propia condición.

Capitulo XXXVI

Pero mandamos que en todos los monasterios, que se dicen conventos, duerman todos por separado en una sola habitación con arreglo á los cánones monásticos, para que ellos mismos se den unos á otros mútuo testimonio de manera de ser casta, á no ser, sin embargo, que algunos de ellos, queriendo vivir sosegadamente ó por su larga estancia en el monasterio, ó por causa de senectud ó de enfermedad del cuerpo, vivan en celdas apartadas establecidas dentro del monasterio; y esto, sin embargo, hágase con conocimiento y voluntad del abad. Observándose todo esto en los monasterios y asceterios de mujeres, no permitimos que de otro modo haya monasterios en ningún lugar de nuestra república. Mas, donde haya monasterio, mandamos que de todos modos sean separados los varones de las hembras, y que las hembras permanezcan ciertamente en el monasterio en que están, pero que los varones se hagan para sí otro monasterio. Pero si hay muchos monasterios, de suerte que no haya necesidad de edificar nuevos monasterios, procure el santísimo obispo de las localidades separar monjes con monjes, y mujeres con mujeres, y reunirlos en otros monasterios, y dividir entre ellos según el derecho que les competa las cosas que tienen comunes. Mas el santísimo obispo, bajo cuya dependencia se hallan, desígneles á las mujeres el presbítero ó el diácono que ellas mismas hubieren elegido para evacuarles sus consultas ó llevarles la santa comunión, si conociere que es de recta fe y de buena vida. Mas si el que por ellas fué elegido no fuera presbítero, ó diácono, pero el obispo lo juzgare digno de este ministerio, déle la ordenación al

(1) *El cód. Hamb., y Trid.;* ut, *en lugar de* et, *se lee en Port., y Cont.*

(2) *El cód. Hamb., y Trid.;* introduxisse iurando, *Port., y Cont.*

(3) *El cód. Hamb., y Trid.;* secundum canones monachos, *Port., y Cont.*

(4) *El cód. Hamb., y Trid.; sin embargo,* ipsi, *omítenla Port., y Cont.*

(5) *El cód. Hamb., y Trid.; pero* autem, *se halla omitida en Port., y Cont.*

(6) monasteria, non sit necesse, *en lugar de* monasteria, ut necesse non sit, *el cód. Hamb.*

(7) *El cód. Hamb., y Trid.;* habentur, *por* habent, *se lee en Port., y Cont.*

(8) qua, *Bk.*

(9) *El cód. Hamb., y Trid.;* is, *omítenla Port., y Cont.*

sic electus ad responsa feminarum in monasterio maneat.

Cap. XXXVII

Sed et hoc praesenti addimus sanctioni, si forte quia (1) sub conditione nuptiarum, sive liberorum, sive dotis causa, sive antenuptialis donationis, donaverit sive reliquerit (2) suis liberis sive alii cuicunque personae hereditatem sive legatum, ab initio (3) pure reliquerit (4) vel donaverit, substitutiones vero vel restitutiones eis fecerit adiectis conditionibus quibuscunque ex iis, quae superius enumeratae sunt, sancimus, si personae talibus conditionibus subiectae, sive masculi sive feminae, monasteria ingrediantur, aut clerici, aut diaconissae, aut ascetriae fiant, tales conditiones invalidas et pro non scriptis esse. Hoc autem solatio et clerici et diaconissae ecclesiarum fruantur, si usque ad suam vitam in his perseveraverint, et (5) res sub tali conditione donatas aut relictas ad pia opera expendant aut relinquant. In personis enim, quae in monasterium vel asceterium ingrediuntur, et relinquunt huiusmodi conversationem castam, monasterio aut asceterio, ubi a principio ingrediuntur, res sub tali conditione donatas aut relictas cum alia eorum substantia competere volumus. Si tamen in redemtionem captivorum aut egentium alimenta sub praedictis conditionibus substitutio aut restitutio fiat, ex nullo memoratorum modo eam excludi permittimus.

Cap. XXXVIII

Si qua mulier aut vir monasticam elegerit vitam, et intraverit monasterium filiis non exstantibus, monasterio, in quo (6) ingreditur, res eius competere iubemus. Si vero talis persona filios habeat, et non ante, quam intret in (7) monasterium, de suis rebus fecerit dispositionem, et legitimam partem filiis deputaverit, etiam sic liceat ei, postquam in (8) monasterium ingreditur, suam facultatem in proprios dividere filios, ita tamen, ut nulli filiorum suorum minuat legitimam partem; quam vero non dederit filiis partem, monasterio competat. Si vero omnem substantiam inter filios dividere voluerit, propria sua persona filiis connumerata, unam sibi partem omnibus modis retineat, quae debeat iuri monasterii competere. Si vero in monasterio degens moriatur, antequam inter filios suos proprias distribuat res, legitimam partem filii percipiant, reliqua vero substantiae pars monasterio competat.

Cap. XXXIX

Sponsalibus quoque secundum leges factis inter aliquos, sive sponsus in (9) monasterium ingredia-

que pareciere que es digno, para que éste distribuya, según se ha dicho, sus contestaciones en los monasterios, pero de suerte que tampoco el así elegido para las consultas de las mujeres permanezca en el monasterio.

Capítulo XXXVII

Mas también añadimos esto á la presente ley, que si acaso alguno hubiere donado ó dejado á sus hijos ó á otra cualquiera persona bajo condición de nupcias, ó de tener hijos, ó por causa de dote, ó de donación antenupcial, una herencia ó un legado, ó al principio se los hubiere dejado ó donado puramente, pero les hubiere impuesto substituciones ó restituciones habiendo agregado algunas condiciones de las que antes hemos enumerado, mandamos, que si las personas sujetas á tales condiciones, ya varones ya hembras, ingresaran en un monasterio, ó se hicieran clérigos, ó diaconisas, ó ascetas, tales condiciones queden invalidadas y como no escritas. Mas disfruten de este beneficio así los clérigos como las diaconisas de las iglesias, si en esto perseveraren hasta el fin de su vida, y gastaran ó dejaran para obras piadosas los bienes donados ó dejados bajo tal condición. Porque respecto á las personas que ingresan en un monasterio ó asceterio, y dejan este casto género de vida, queremos que los bienes donados ó dejados bajo tal condición le competan con los demás bienes de ellas al monasterio ó al asceterio, en que al principio ingresan. Pero si la substitución ó la restitución se hiciera bajo las susodichas condiciones para la redención de cautivos ó para alimentos de necesitados, no permitimos que sea ella excluída de ningún modo de los mencionados.

Capítulo XXXVIII

Si alguna mujer ó un varón hubiere elegido la vida monástica, é ingresado en un monasterio, no existiendo hijos, mandamos que sus bienes le competan al monasterio en que ingresa. Mas si tal persona tuviera hijos, y no hubiere hecho disposición de sus bienes antes de entrar en el monasterio, y les hubiere señalado á los hijos la porción legítima, séale también así lícito, después que ingresa en el monasterio, dividir sus bienes entre sus propios hijos, pero de suerte que á ninguno de sus hijos le disminuya su parte legítima; mas compétale al monasterio la parte que no les hubiere dado á los hijos. Pero si hubiere querido dividir entre sus hijos todos sus bienes, contando su propia persona con los hijos, retenga de todos modos para sí una sola parte, la cual deberá competer al derecho del monasterio. Mas si viviendo en el monasterio muriera, antes de distribuir sus propios bienes entre sus hijos, perciban los hijos la porción legítima, pero compétale al monasterio la restante parte de los bienes.

Capítulo XXXIX

Habiéndose también contraído con arreglo á las leyes esponsales entre algunos, si el esposo ingre-

(1) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* Si quis, *omitiendo lo demás, Cont.*
(2) sive reliquerit, *omitelas el cód. Hamb.*
(3) *El cód. Hamb.;* aut ab initio, *en vez de simplemente* ab initio, *las ed.*
(4) *El cód. Hamb.;* pure in ultima voluntate reliquerit, *Trid.;* pure relinquens eis, oneret eos substitutione aut restitutione, aut sub una praedictarum conditionum reliquerit, *Port., y Cont.*

(5) *El cód. Hamb., y Trid.;* ut, *en lugar de* et, *se lee en Port., y Cont.*
(6) *El cód. Hamb., y Trid.;* monasterio quod ingreditur, *Port., y Cont.*
(7) *El cód. Hamb., y Trid.; pero* in, *se halla suprimida en Port., y Cont.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.;* in, *también se halla aquí suprimida en Port., y Cont.*
(9) *El cód. Hamb.;* in, *omítenla las ed.*

tur, recipiat, quae pro sponsalibus arrharum nomine sunt data, sive sponsa monachicam vitam elegerit, illa solummodo reddat, quae similiter arrharum nomine accepit, poena utrique parti concedenda.

sara en un monasterio, recobre lo que para los esponsales se dió á título de arras, y si la esposa hubiere elegido la vida monástica, restituya solamente lo que asimismo recibió á nombre de arras, debiéndoseles perdonar á ambas partes la pena.

Cap. XL

Si vero constante adhuc matrimonio aut vir solus, aut uxor sola intraverit monasterium, solvatur matrimonium et citra repudium, postquam tamen persona pergens ad monasterium schema perceperit. Et si quidem vir elegerit monachicam vitam, restituat prius mulieri dotem, et si quid aliud ab ea perceperit (1), et super hoc ex nuptiali donatione tantam partem, quanta ex morte viri competebat mulieri secundum pactum dotalibus instrumentis insertum. Si vero mulier fuerit monasterium ingressa, simili modo retineat vir nuptialem donationem, et casum dotis ex morte mulieris placitum, reliquum vero dotis mulieri restitui praecipimus, et si quid aliud ex rebus mulieris apud eum inveniatur. Ambobus autem monachicam vitam eligentibus, iubemus, vacantibus dotalibus placitis, virum retinere donationem antenuptialem, et mulierem propriam accipere dotem et quidquid aliud viro dedisse probetur, ut unusquisque citra damnum suis fruatur rebus, nisi forte sponsus sponsae, aut sponsa sponso, aut maritus uxori, aut uxor marito aliquid donare aut cedere voluerit, quoniam neque ex pactis nuptialibus viro aut mulieri lucrari aliquid conceditur.

Capitulo XL

Mas si, subsistiendo todavía el matrimonio, ó solo el varón, ó sola la mujer, ingresare en un monasterio, disuélvase el matrimonio aun sin repudio, pero después que la persona que ingresa en el monasterio hubiere recibido el hábito. Y si ciertamente el varón hubiere elegido la vida monástica, restitúyale antes la dote á la mujer, y alguna otra cosa que hubiere recibido de ella, y ademas de esto tanta parte de la donación nupcial cuanta por la muerte del marido le competía á la mujer conforme al pacto incluído en los instrumentos dotales. Mas si en el monasterio hubiere ingresado la mujer, retenga de igual modo el marido la donación nupcial, y lo que de la dote se convino para el caso de muerte de la mujer, pero mandamos que se le restituya á la mujer lo demás de la dote, y alguna otra cosa que de los bienes de la mujer se hallara en poder de él. Pero eligiendo ambos la vida monástica, mandamos que, quedando sin efecto los pactos dotales, el varón retenga la donación antenupcial, y que la mujer reciba su propia dote y cualquiera otra cosa que se pruebe que le dió á su marido, de suerte que sin quebranto disfrute cada cual de sus propios bienes, á no ser acaso que el esposo á la esposa, ó la esposa al esposo, ó el marido á la mujer, ó la mujer al marido, le hubiere querido donar ó ceder alguna cosa, porque no se le permite al marido ó á la mujer que por virtud de los pactos nupciales lucre alguna cosa.

Cap. XLI

Nullam vero licentiam damus aut parentibus filios, aut filiis parentes saecularem vitam sectantes et relinquentes velut ingratos a sua excludere hereditate in monasterium aut monachicam vitam subsecutos (2). Interdicimus autem parentibus filios suos monachicam vitam eligentes ex venerabilibus monasteriis abstrahere.

Capitulo XLI

Mas no les damos licencia alguna ó á los padres para que á sus hijos, ó á los hijos para que á sus padres, que sigan y abandonen la vida seglar, los excluyan de su herencia como á ingratos, por haber ingresado en un monasterio ó abrazado la vida monástica. Pero les prohibimos á los padres que saquen de los venerables monasterios á sus hijos, que hayan elegido la vida monacal.

Cap. XLII

Si monachus reliquerit suum monasterium, et in aliud ingrediatur, quascunque res tempore, quo monasterium dereliquerit, habere videbitur, proprio (3) monasterio, in quo (4) ab initio ingressus est, eas competere iubemus. Providere autem sanctissimos locorum episcopos, ut neque monachi, neque monachae circumeant civitates, sed si quod necessarium responsum habuerint, per proprios responsarios hoc agant, in suis manentes monasteriis. Si monachus reliquerit monasterium, et ad saecularem vitam migraverit, hunc militia et honore, si quem habet, prius spoliatum, ab episcopo locorum et provinciae iudice in monasterium mitti, et res, quas postea habuisse probatus fuerit, monasterio, in quo (5) mittitur, competere. Si vero rursus reliquerit monasterium, tunc eum iudex

Capitulo XLII

Si un monje abandonara su monasterio, é ingresara en otro, mandamos que cualesquiera bienes, que se viere que tiene al tiempo en que dejare el monasterio, le competan al propio monasterio, en que al principio ingresó. Mas provean los santísimos obispos de las localidades, para que ni los monjes, ni las monjas anden recorriendo las ciudades, sino que si tuvieren necesidad de dar una respuesta, dénla por medio de sus propios representantes, permaneciendo en sus monasterios. Si el monje hubiere dejado el monasterio, y pasado á la vida seglar, despojado él antes de su milicia y honor, si alguno tiene, sea enviado al monasterio por el obispo de la localidad y por el juez de la provincia, y compétanle al monasterio, á que es enviado, los bienes que se hubiere probado que tuvo después.

(1) *El cód. Hamb., y Trid.;* receperit, *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.;* hereditate aut monasticam in vitam subsecutos, *Port.;* hereditate, monasterium aut monasticam vitam subsecutos, *Cont.*
(3) primo, *Bk.*
(4) *Trid.;* in quod, *en lugar de* in quo, *el cód. Hamb., Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.;* quod, *Port., y Cont.*

provinciae, in qua inventus fuerit, teneat, et subdito sibi officio commoveat (1).

Mas si otra vez hubiere abandonado el monasterio, reténgalo entonces el juez de la provincia, en que hubiere sido hallado, é inclúyalo en el oficio, á él subordinado.

Cap. XLIII

Si quis rapuerit, aut sollicitaverit (2), aut corruperit ascetriam, aut diaconissam, aut monastriam, aut quamlibet aliam feminam venerabilem habitum habentem, huius res ex talis sceleris eius (3) participio iubemus venerabili loco, in quo talis femina habitat, per locorum sanctissimos episcopos et oeconomos eorum, nec non etiam cuiuslibet provinciae iudices et eorum officia vindicari; eos autem, qui talia deliquerunt (4), et participes eorum sceleris (5), capitale periculum sustinere, talem vero mulierem, ubicunque est, cum propriis rebus in monasterio recondi, in quo cautius custodiri possit, ut non rursus in eodem crimine reperiatur; si vero diaconissa fuerit, et filios habuerit legitimos, legitimam partem dari filiis. Si autem intra unum annum postquam cognoscitur tale facinus commisisse, tales res iuri venerabilium domorum non vindicentur, iubemus, omnibus modis comitem privatarum fisco nostro has assignare, locorum iudice, qui neglexerit easdem res vindicare, cingulo privando, et mulctam quinque librarum auri a comite privatarum exigendo (6).

Capitulo XLIII

Si alguno hubiere raptado, ó seducido, ó corrompido á una asceta, ó diaconisa, ó monja, ú otra cualquiera venerable mujer que tenga hábito, mandamos que los bienes de él y de los partícipes en tal delito sean reivindicados para el venerable lugar, en que habita tal mujer, por los santísimos obispos de la localidad y por sus ecónomos, y también por los jueces de cualquiera provincia y por los oficiales de éstos; mas los que en tal cosa delinquieron, y los partícipes en el delito de ellos, sufran la pena capital, y tal mujer, donde quiera que esté, sea recluída con sus propios bienes en monasterio en que con más seguridad pueda ser guardada, para que no sea descubierta otra vez en el mismo crimen; mas si fuere diaconisa, y tuviere hijos legítimos, déles á los hijos su porción legítima. Mas si dentro de un año, después que se sabe que cometió tal crimen, no fueran reivindicados tales bienes para el derecho de las venerables casas, mandamos que de todos modos los asigne á nuestro fisco el conde de los bienes privados, debiendo ser despojado del cíngulo el juez de la localidad, que descuidó reivindicar los mismos bienes, y debiéndosele exigir por el conde de los bienes privados la multa de cinco libras de oro.

Cap. XLIV

Omnibus itaque generaliter in saeculari vita conversantibus, et maxime theatralia exercentibus viris ac mulieribus, nec non et prostantibus interdicimus uti schemate monachi, aut monastriae, aut ascetriae, aut cuiuscunque personae huiusmodi imitari schema (7), scientibus universis praesumentibus aut uti tali schemate, aut imitari, aut illudere in quacunque ecclesiastica disciplina, quia et corporalia supplicia sustinebunt, et exsilio contradentur (8); providentibus huic rei non solum locorum episcopis et qui sub eis sunt clericis, sed etiam militaribus civilibusque iudicibus (9), et quae sub eis sunt officiis, et locorum defensoribus. Poenas autem praesenti legi insertas, quae etiam ex prioribus legibus sunt notae, non solum in futuris, sed etiam in praecedentibus casibus seu delictis valere et omnibus modis vindicari sancimus. Per praesentem enim legem nuper dispositas videlicet poenas in solis futuris temporibus servari iubemus.

Capitulo XLIV

Y prohibimos en general á todos los que hacen vida seglar, y principalmente á los hombres y mujeres que se dedican al teatro, y también á las prostitutas, que usen el hábito de monje, ó de monja, ó de asceta, ó que imite el hábito de cualquiera de estas personas, teniendo entendido todos los que se atrevan ó á usar tal hábito, ó á imitarlo, ó á burlarse de cualquiera disciplina eclesiástica, que soportarán castigos corporales, y serán enviados al destierro; proveyendo á esto no solamente los obispos de las localidades y los clérigos que están bajo su dependencia, sino también los jueces militares y civiles, y los oficiales que están bajo ellos, y los defensores de las localidades. Pero mandamos que las penas incluídas en la presente ley, que también eran conocidas por las anteriores leyes, tengan validez y de todos modos sean aplicadas no solamente en los casos ó delitos futuros, sino también en los anteriores. Porque mandamos que las penas dispuestas ciertamente ahora por la presente ley se observen solamente en el tiempo futuro.

Epilogus

Tua igitur gloria, quae per praesentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, per omnia custodiri provideat.

Dat. Kal. Maii Constant. imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. anno XX., post BASILII V. C. cons. ann. V. Indict. IX. [546.]

Epilogo

Por tanto, provea tu gloria á que íntegramente se guarde lo que por medio de la presente ley, perpétuamente valedera, ha sancionado nuestra tranquilidad.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Mayo, en el año vigésimo del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, año quinto después del consulado de BASILIO, varón muy esclarecido, Indicción novena. [546.]

(1) *Trid.*: commovere (?), *el códice Hamb.*; commoneat, *Port., y Cont.*; connumeret, *Bk.*
(2) aut sollicitaverit, *omítelas el cód. Hamb.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; eius, *omítenla Port., y Cont. Más correcto sería* et talis sceleris eius participum.
(4) *El cód. Hamb.*; deliquerint, *las ed.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; fuerint, *adicionan Port., y Cont.*
(6) exigendam, *el cód. Hamb., y Trid.*
(7) huiusmodi aut imitari eum, *el cód. Hamb.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.*; tradentur, *Port., y Cont.*
(9) sed etiam quibuslibet militaribus iudicibus, *el códice Hamb., y Trid. Mejor estaría* sed etiam civilibus et militaribus iudicibus.

CONST. CXVIII (1)

UT LITIGANTES IURENT IN EXORDIO LITIS, QUIA NEQUE PROMISERUNT DARE IUDICIBUS, NEQUE DABUNT; ET DE SPORTULIS, ET UT QUAE IUBENTUR, REFERENDARII COMPLEANT ET NON MISCEANT SEMETIPSOS CAUSAE, ET PER SE EXSEQUANTUR

(Coll. IX. tit. 5.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* PETRO, *gloriosissimo sacrorum Praetoriorum Praefecto.*

Praefatio

Praesentem legem proferimus, ut et iudicum puritas appareat, et non valeat litigantium suffragium circumvenire leges.

Cap. I

(7) *El cód. Hamb., y Trid.:* ut, *omitenla Port., y Cont.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.;* quantitate, *Port., y Cont.:* aut de fiscalium quantitate, *Bk. ed estereotipada.*
(9) et secundum vitium, *el cód. Hamb.;* et virtutem *(omitiendo* secundum), *Trid.;* et servitutem, *Port., y Cont.*
(10) possessoribus susceptores, *Bk.*
(11) *El cód. Hamb., Trid., y Port.:* vindices, *Cont.*
(12) *El cód. Hamb.;* seu vindices, *omitenlas las ed.*

in provinciam destinari, qui possit periculo ordinantium eum exigere fiscalia tributa, ut (1) per nullam occasionem impulsorem post eum mitti, et damnum subiectis inferre (2); impulsionis et ipsum vocabulum (3) de cetero perimimus. Si vero non opportunus inveniatur canonicarius, non impulsor mittatur, sed illo remoto alter dirigatur canonicarius. Ipsum quoque canonicarium contentum esse iubemus deputatis consuetudinibus, et nullam subiectis inferre laesionem.

las provincias un canonicario tal, que pueda exigir los tributos fiscales bajo la responsabilidad de los que lo nombran, para que en ninguna ocasión se envíe después de él un impulsor, y se les cause perjuicio á los súbditos; y aun suprimimos para lo sucesivo la misma palabra impulsión. Mas si se hallara que el canonicario no es conveniente, no se envíe impulsor, sino, separado aquél, enviese otro canonicario. Y mandamos que el mismo canonicario se contente con las asignaciones de costumbre, y que no se les cause lesión alguna á los súbditos.

Cap. VII

Sin autem aliquando contigerit superindictionem cuiuslibet possessionis conservae aut contributariae fieri (4), ex illo tempore iubemus superindictum suscipientem exigi pro eo fiscalia, ex quo tradita est ei superindicta possessio, non aliter autem superindictum fieri, nisi ex rescripto (5) de hoc examinatio fiat apud provinciae iudicem, et sententia eius procedat, definiens eum, qui debet superindictum suscipere. Si quis autem putaverit se laedi, liceat ei provocare, ut in foro gloriosissimorum praefectorum appellatio examinetur, et secundum leges terminum suscipiat.

Capítulo VII

Pero si alguna vez aconteciere que se impone el recargo de contribución de cualquiera posesión coobligada ó cotributaria, mandamos que al que recibe la posesión recargada se le exijan por ella los tributos fiscales desde el tiempo en que se le entregó la posesión sobrecargada, pero que no se haga recargo de otra suerte, sino si por virtud de rescripto se hiciera examen de esto ante el juez de la provincia, y emanara sentencia de éste, que determine quién debe encargarse del recargo. Mas si alguno creyere que él era lesionado, séale lícito apelar, para que la apelación sea examinada en el foro de los gloriosísimos prefectos, y reciba término con arreglo á las leyes.

Cap. VIII

Si vero aliquando contigerit dominum cuiuscunque possessionis aut non apparere, aut ad fiscalium solutionem non sufficere, ut ex hoc superindictionis necessitas suscipiatur, iubemus, hanc repente tradi iis, qui conserva (6) aut contributaria praedia possident, cum omnibus, qui in ea inveniuntur, agricolis, et peculiis eorum, et enthecis, et fructibus, et animalibus, et omni alio instrumento et instructo (7) ibi invento. Si vero aut persona, quae debeat eam secundum legem suscipere, non inveniatur, aut alio quocunque modo differri superindictum contigerit, iubemus, gesta confici apud provinciae iudicem, significantia et qualitatem, et statum eius possessionis, et omnia in ea inventa, ut sic eam curiales, aut exactores, aut officiales (8) suscipiant, et si postea inveniatur, qui debeat eam secundum leges suscipere, non aliter fieri, nisi quod (9) per occasionem (10) exactorum, aut curialium, aut iudicum (11), aut officialium eius peius aut minus factum est, ei, qui suscipit, restituatur.

Capítulo VIII

Mas si alguna vez aconteciere ó que no parecía el dueño de una posesión cualquiera, ó que no era abonado para el pago de los tributos fiscales, de suerte que de esto se origine la necesidad de recargo, mandamos que inmediatamente sea entregada aquella á los que poseen predios coobligados ó contributarios, juntamente con todos los agricultores que en la misma se hallan, y con sus peculios, utensilios, frutos y animales, y con todos los demás útiles y aperos que en ella se encuentren. Mas si ó no se hallara la persona que con arreglo á la ley deba encargarse de ella, ó aconteciere que de otro cualquier modo se difiere el recargo, mandamos que se hagan ante el juez de la provincia actas en las que se signifique la calidad y el estado de aquella posesión, y todo lo encontrado en ella, para que de este modo se encarguen de ella los curiales, ó los cobradores, ó los oficiales, y si después se hallara quien deba encargarse de ella con arreglo á las leyes, no se haga de otra suerte, sino si al que se encarga de ella se le restituyera lo que se deterioró ó no se hizo con ocasión de los cobradores, ó de los curiales, ó de los jueces, ó de los oficiales de éste.

Cap. IX

Hoc quoque iubemus, ut pro pecuniis aut speciebus in provinciis expensis non exigantur collatores ea, quae dicuntur transmissoria, et (12) pro iis autem, quae transmittuntur, non amplius prae-

Capítulo IX

También mandamos, que por las cantidades de dinero ó especies gastadas en las provincias no se les exijan á los contribuyentes las que se dicen transmisorias, y que por las que se transmiten no

(1) *El cód. Hamb., y Trid.:* et, *Port., y Cont.*

(2) *El cód. Hamb.;* inferri, *las ed.*

(3) damnum subiectis inferre impulsionis, et ipsum vocabulum. *el cód. Hamb., Port., y Cont. No hay coma después de* impulsionis *en la ed. Trid. Al márgen dice Cont.:* impulsoris, *los antiguos. Este pasaje estaría mejor así:* inferre; impulsoris enim et ipsum vocabulum.

(4) possessionis conservare aut contributarie fieri, *el códice Hamb., y Trid.*

(5) ex scripto, *Bk. ed. estereotipada.*

(6) qui conservant, *Trid.*

(7) et omni alio instructo ibique invento, *el cód. Hamb.;* et omni alio instructo instrumento ibique invento, *Trid.;* et omni alio instrumento ibi invento, *Port., y Cont.*

(8) curiales sive exactores aut iudiciales, *el cód. Hamb., pero se añadió por segunda mano al márgen:* aut officiales; curiales aut exactores aut vindices aut officiales, *Bk. en su ed. estereotipada.*

(9) *El cód. Hamb., y Trid.:* nisi ut quod, *Port., y Cont.*

(10) fiat, *adicionan el cód. Hamb., y Trid.*

(11) iudicialium, *el cód. Hamb.;* vindicum, *acertadamente Cont. al márgen.*

(12) *El cód. Hamb., y Trid.;* et, *omítenla Port., y Cont.*

beri horum, quae ex initio in unaquaque provincia deputata sunt.

Cap. X

Eos autem, qui in provinciis (1) pro quibuscunque publicis exactionibus diriguntur, non aliter inchoare exactionem, nisi prius in (2) provinciali iudicio insinuaverint impositas sibi de hoc iussiones, ut exsolventes fiscalia tributa nulli pro his periculo aut damno subiiciantur; hoc ipso et super privatis negotiis observando.

Cap. XI

Hoc quoque iubemus, eis, quibus fiscalium exactio iniungitur, nullam privatarum causarum exsecutionem committi, sed et si quid eis tale iniungatur, nullo modo praesumere eos hoc agere, ne occasione publicarum functionum nostri subiecti laedantur.

Cap. XII

Si autem aliquis pro veritate publica debens tributa dicat exsecutori, esse sibi alium debitorem, non licere exsecutori molestiam aliquam denominato inferre, nisi prius (3) debitor probetur nullo omnino modo posse publica tributa persolvere. Hoc tamen prius requiri apud iudicem provinciae, si pro veritate debitor est is, qui denominatus est, et ita fiat exactio in utroque casu. Si quis autem exsequi aut exigere (4) citra ea, quae a nobis disposita sunt, praesumserit, et cingulo nudabitur, et confiscabitur, et exsilio tradetur; qui autem iniunxerit aut praeceperit (5) iudex, decem librarum auri exigatur poenam, et officium eius quinque librarum auri subiaceat poenae.

Cap. XIII

Nulli vero penitus liceat publica tributa exigentium, neque censualibus, aut rationum scriptoribus, aut aliis quibusdam publice ministrantibus, excusatione uti, quod in sacro loco resideant, contra (6) eos, qui dicunt se laesos ab eis in fiscalium exactione.

Cap. XIV

Nullus autem penitus molestetur pro tributis terrarum, quas non possidet, sed etiam si contingat agricultores alicui competentes aut adscriptitios propriam habere possessionem, illos molestiam sustinere (7), nisi forte propria voluntate tali functione se fecit obnoxium.

Cap. XV

Eos autem, qui publica tributa exigunt, iustis

se dé más de lo que desde un principio ha sido señalado en cada provincia.

Capitulo X

Mas los que para cualesquiera exacciones públicas son enviados á las provincias, no comiencen la exacción de otro modo, sino si antes hubieren mostrado en el tribunal provincial las órdenes dadas á él para esto, á fin de que los que paguen los tributos fiscales no queden sujetos por ellos á ningún peligro ó perjuicio; debiéndose observar esto mismo también en los negocios privados.

Capitulo XI

Y mandamos también, que á los que se les confiere la exacción de los tributos fiscales, no se les encomiende ninguna ejecución de causas privadas, sino que aun si se les encomendara alguna tal cosa, no se atrevan ellos de ningún modo á hacerla, á fin de que no sean lesionados nuestros súbditos con ocasión de las contribuciones públicas.

Capitulo XII

Mas si alguno debiendo verdaderamente tributos públicos le dijera al ejecutor que otro era deudor de él, no le sea lícito al ejecutor causarle molestia alguna al designado, sino si antes se probara que el deudor no podía absolutamente de ningún modo pagar los tributos públicos. Mas investíguese primeramente ante el juez de la provincia si verdaderamente es deudor el que fué designado, y hágase así la exacción en uno y otro caso. Pero si alguno se hubiere atrevido á perseguir ó á exigir más de lo que por nosotros ha sido dispuesto, será despojado del cíngulo, se le confiscarán los bienes, y será enviado á destierro; mas al juez que se lo hubiere impuesto ó mandado, exíjasele la pena de diez libras de oro, y queden sujetos sus oficiales á la pena de cinco libras de oro.

Capitulo XIII

Mas á ninguno absolutamente de los que exigen los tributos públicos, ni á los encargados del censo, ni á los que escriben las cuentas, ó á otros cualesquiera de los que prestan público servicio, les sea lícito valerse de la excusa de que residen en lugar sagrado, contra los que dicen que fueron lesionados por ellos en la exacción de los tributos fiscales.

Capitulo XIV

Mas ninguno absolutamente sea molestado por tributos de tierras, que no posee; pero también si aconteciera que agricultores que le pertenecen á alguien ó adscripticios tienen una posesión propia, sufran ellos su carga, á no ser acaso que aquel se haya constituído obligado por propia voluntad á tal contribución.

Capitulo XV

Pero mandamos que los qué exigen los tributos

(1) *El cód. Hamb., y Trid.;* provincias, *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.:* in, *omitenla Port., y Cont.*
(3) primus, *Bk. ed. estereotipada.*
(4) *Bk.;* fiat exactio. In utroque casu si quis exsequenti aut exigere *el cód. Hamb.;* fiat exactio. In utroque vero casu si quis aut exequi aut exigere *las ed.*
(5) permiserit, *Bk.*
(6) excusationem quod in sacro loco resideant contra, *el cód. Hamb.;* excusationem quod — resideant aut contra, *Trid. Parece que el antiguo traductor latino escribió:* excusatione (excusationem) quod in sacro loco resideant uti contra *etc.*
(7) illos molestiam sustinentes, *el cód. Hamb., y Trid. Este pasaje adulterado lo rectificó así Bk.:* illos pro ea publica inferre tributa dominum eorum nullam molestiam sustinere, *cuyas últimas palabras estarían mejor de este modo:* domino eorum nullam molestiam pro iis sustinente.

ponderibus et mensuris uti praecipimus, ut neque in hoc nostros tributarios laedant. Si autem collatores putant gravari se sive in mensuris, sive in ponderibus, habeant licentiam specierum quidem mensuras et pondera a gloriosissimis praefectis, auri vero, et argenti, et reliquorum metallorum pondera a gloriosissimo per tempora comite sacrarum largitionum accipere; et has mensuras et pondera in sanctissima uniuscuiusque civitatis ecclesia servari, ut secundum ea et gravamen collatorum, et fiscalium illatio, et militares et aliae expensae fiant.

públicos se sirvan de pesos y medidas justos, para que ni en esto perjudiquen á nuestros tributarios. Mas si los contribuyentes juzgan que ellos son perjudicados ó en las medidas, ó en los pesos, tengan licencia para recibir de los gloriosísimos prefectos las medidas y los pesos para las especies, y del que á la sazón sea gloriosísimo conde de las sacras liberalidades los pesos para el oro y la plata y para los demás metales; y consérvense estas medidas y pesos en la santísima iglesia de cada ciudad, para que con arreglo á ellos se imponga á los contribuyentes el gravamen, y se hagan el pago de los tributos fiscales, y los gastos militares y los demás.

Cap. XVI

Civitatum vero nostrae reipublicae et habitantium eas perfecte prospicientes iubemus, nullam omnino esse licentiam fiscalium exactoribus communicare pecuniis, quae operibus et frumentis civitatum, et (1) aquaeductibus, aut aliis quibuslibet solennitatibus aut salariis deputatae sunt, aut retinere aliquid ex iis, aut ad proprium lucrum redigere, sed sine aliqua dilatione aut imminutione has praebere, ut proficiant ab initio in quibus deputatae sunt operibus; sed neque possessores aut habitatores civitatum praesumere quolibet modo auferre aliquid ex ipsis pecuniis aut nomine descriptionum, aut pro sportulis dare aliquid ex his aut expendere. Si quis autem dare aut accipere ex his praesumserit, iubemus, eum de suo in duplici quantitate hoc civitati reddere. Sed neque provinciarum iudices, aut eorum officia, aut alium quemlibet omnino participium habere aliquod ad praedictas pecunias, aut eorum dispensationi semetipsum miscere, sed civitatis (2) sanctissimum episcopum, et primates, nec non et eius possessores constituere quidem patrem civitatis, et frumentarium (3), et alios huiusmodi dispensatores, singulis autem annis impletis, sanctissimum episcopum cum quinque primatibus civitatis rationes exigere eos, qui ab ipsis ordinati sunt, et si quid ex talibus ratiociniis apparuerit debitum, aut remansisse, exigi huiusmodi dispensatores periculo eos constituentium, et utilitatibus, quibus deputata sunt, reservari. Si quis autem ex praedictis dispensatoribus inefficax inveniatur, repente hunc removeri iubemus, aliumque pro eo et (4) a sanctissimo civitatis episcopo et reliquis possessoribus, sicut praedictum est, ordinari, scientibus iis, qui denominant eos, quia, si quod damnum civitati contigerit, ex propriis substantiis hoc medebuntur.

Capitulo XVI

Pero mirando cumplidamente por las ciudades de nuestra república y por sus habitantes, mandamos que no tengan los cobradores de tributos fiscales absolutamente ninguna licencia para hacerse partícipes de las cantidades que han sido destinadas á obras y á aprovisionamientos de las ciudades, y á acueductos, ó á otras cualesquiera atenciones acostumbradas, ó á salarios, ó para retener cosa alguna de ellas, ó aplicarla á propio lucro, sino dénlas sin alguna dilación ó disminución, para que aprovechen á las obras á que desde un principio fueron destinadas; pero tampoco se atrevan los habitantes de las ciudades á quitar de cualquier modo cosa alguna de las mismas cantidades á título de repartos, ó á dar por espórtulas ó á gastar cosa alguna de ellas. Mas si alguno se hubiere atrevido á dar ó recibir algo de ellas, mandamos que de lo suyo lo restituya él en doble cantidad á la ciudad. Pero no tengan los jueces de las provincias, ó sus oficiales, ú otro cualquiera, absolutamente ninguna participación en las susodichas cantidades de dinero, ó no se inmiscuyan ellos mismos en su inversión, sino que nombren ciertamente el santísimo obispo y los principales de la ciudad, y también los poseedores de ésta, un padre de la ciudad, y un encargado del aprovisionamiento de granos, y otros tales administradores, pero al cumplirse cada año exíjales cuentas el santísimo obispo junto con cinco principales de la ciudad á los que por ellos mismos fueron nombrados, y si de tales cuentas apareciere alguna deuda, ó que quedó sobrante, exíjaseles á tales administradores bajo la responsabilidad de los que los nombraron, y resérvese para las conveniencias á que tales sumas fueron destinadas. Mas si se hallara que alguno de los susodichos administradores no es idóneo, mandamos que inmediatamente sea él separado, y que en su lugar se nombre otro por el santísimo obispo de la ciudad y por los demás poseedores, según se ha dicho antes, teniendo entendido los que los nombran, que, si á la ciudad le sobreviniere algún quebranto, se lo resarcirán con sus propios bienes.

Cap. XVII

Nulli vero liceat eorum, qui in officio sunt gloriosissimorum praefectorum, aut in alio officio aut in schola constitutorum, talia ratiocinia committi, neque ex praecepto cuiusdam (5) administrationis (6) aut alterius iudicis scriptis (7), nec si pragmaticam aut aliam sanctionem, aut sacrum commonitorium accipiat, praecipiens ei aliquid tale.

Capitulo XVII

Mas no sea lícito que á ninguno de los que se hallan en el oficio de los gloriosísimos prefectos, ó están constituídos en otro oficio ó escuela, se les encomienden tales cuentas, ni por precepto de una administración cualquiera, ó por escrito de otro juez, ni si recibiera una sanción pragmática ú otra cualquiera, ó una sacra prevención, que le ordene

(1) aut, *Bk.*
(2) cuiusque, *adiciona Bk.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; frumentarios, *Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb.*; et, *omítenla las ed.*

(5) eiusdem, *Bk.*
(6) *El cód. Hamb., y Trid.*; administratoris, *Port., y Cont.*
(7) scriptis, *omítela Bk.*

Sed si quid fiat huiusmodi, licentiam habere uniuscuiusque civitatis sanctissimum episcopum et eius primates non respondere pro memoratis capitulis talibus personis, referre autem ad nos, ut hoc agnoscentes et illatum civitatibus damnum ex eorum substantia restitui iubeamus, et competentem vindictam talibus inferamus.

Cap. XVIII

Super hoc iubemus, scriniarios operum sub praefecto sacrorum praetoriorum constitutos nullum participium ad talia ratiocinia omnino habere, vacantibus omnibus, per quae eis sive generaliter sive specialiter aliquid tale pridem concessum est, aut postea impetretur (1). Pro praedictis enim causis rationes nulli committi volumus, nisi nos, prodesse civitatibus existimantes, virum opinionis bonae et dignitate ornatum elegerimus, qui debeat a nobis in scriptura divinam iussionem percipere, continentem per (2) nostram piam subscriptionem et illius nomen et dignitatem, et causas, et tempora, quorum ei ratiocinia committimus. Eos autem, qui a talibus personis rationes exiguntur, omnem habere tutelam (3) iubemus, aliam (4) quaestionem nullatenus sustinentes.

Cap. XIX

Ad haec sancimus, in nullo nostrae reipublicae loco eundem [episcopum] (5) et iudicem esse, et (6) loci servatorem gloriosissimorum praefectorum aut magistrorum militaris cinguli, sed nec aliquam exactionem fiscalium tributorum agentem loci servatorem esse gloriosissimorum praefectorum aut magistrorum militum. Et simpliciter dicendum est, nullum in provinciis fieri loci servatorem praefectorum, nisi per nostram iussionem in expeditis (7), ubi utilitas exigit et (8) loci servatorem mitti eiusdem praefecturae, qui debeat providere militaribus expensis. Si quid autem extra hoc delinquatur et committatur, qui quidem loci servatorem suum (9) fecit, triginta librarum auri poenam exigetur, restituturus omne damnum, quod per eum, qui ab eo directus est, aliquis pertulerit, qui vero fieri praesumserit, et (10) proprio cingulo et dignitate et militia privabitur, et decem librarum auri poena mulctabitur.

Cap. XX

Ad haec prohibemus et in provinciis exsistentes iudices, civiles et militares, in civitatibus aut castris loci servatores in commissis sibi provinciis facere, ex quo videlicet in provinciam accesserint, et in quantum in ea administrant, quinque auri librarum poena imminente tam facienti loci servatorem iudici, quam fieri praesumenti. Antequam vero in provinciis veniant iudices, damus eis licentiam vices agentes suos instituere, qui debeant omnia usque ad sui praesentiam agere, quae pos-

(1) imperetur, *Bk.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.;* per, *omitenla Port., y Cont.*
(3) cautelam, *Trid.*
(4) *Bk.;* aliquam, *el cód. Hamb., y las ed.*
(5) episcopum, *que ha sido puesta entre paréntesis, omitela Bk.*

alguna tal cosa. Mas si se hiciera alguna tal cosa, tengan licencia el santísimo obispo de cada ciudad y los principales de ésta para no responderles por los mencionados capítulos á tales personas, y para darnos cuenta, á fin de que sabiéndolo nosotros mandemos que de los bienes de ellos sea resarcido el daño inferido á las ciudades, y les impongamos á los tales el castigo correspondiente.

Capítulo XVIII

Además de esto mandamos, que los empleados en las secretarías de obras, constituídos bajo la dependencia del prefecto de los sacros pretorios, no tengan absolutamente ninguna participación en tales cuentas, quedando sin efecto todas las disposiciones por las que ya en general, ya especialmente, se les concedió antes alguna tal cosa, ó se impretara después. Porque no queremos que las cuentas por las susodichas causas sean encomendadas á ninguno, á no ser que nosotros, estimando que les es conveniente á las ciudades, hubiéremos elegido varón de buena fama y revestido de dignidad, el cual deba recibir de nosotros divino mandato por escrito, que con nuestra piadosa firma comprenda el nombre y la dignidad de él, y las causas y el tiempo, cuyas cuentas le encomendamos. Pero mandamos que aquellos á quienes por tales personas se les exigen las cuentas tengan completa seguridad, no sufriendo de ningún modo ninguna otra cuestión.

Capítulo XIX

Mandamos, además, que en ningún lugar de nuestra república sea uno mismo obispo y juez, y vicario de los gloriosísimos prefectos ó de los maestres de cíngulo militar, y que tampoco el que desempeña alguna exacción de tributos fiscales sea vicario de los gloriosísimos prefectos ó de los maestres militares. Y sencillamente se ha de decir, que nadie sea nombrado en las provincias vicario de los prefectos, á no ser por mandato nuestro en caso de expediciones, cuando la necesidad exige que se envíe un vicario de la misma prefectura, que deba proveer á los gastos militares. Mas si contra esto se delinquiera y se incurriera en algo, exíjasele al que ciertamente nombró vicario suyo la pena de treinta libras de oro, el cual deberá resarcir todo el daño que alguien hubiere sufrido por causa del que por él fué enviado, y el que se hubiere atrevido á ser nombrado será privado de su propio cíngulo, dignidad y milicia, y será castigado con la pena de diez libras de oro.

Capítulo XX

Además de esto prohibimos, que los jueces que hay en las provincias, civiles y militares, nombren en las provincias á ellos encomendadas vicarios para las ciudades ó campamentos, por supuesto, desde que hubieren llegado á la provincia y mientras en ella desempeñan la administración, amenazando la pena de cinco libras de oro, tanto al juez que nombra vicario, como al que se atreve á ser nombrado. Pero les damos licencia á los jueces para que antes que vayan á las provincias nombren quie-

(6) et, *omitenla el cód. Hamb., y Trid.*
(7) *El cód. Hamb., y Trid.;* expeditionibus, *en vez de* expeditis, *Port., y Cont.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.;* et, *omitenla Port., y Cont.*
(9) suum, *omitela el cód. Hamb.*
(10) *El cód. Hamb.;* et, *omitenla las ed.*

sunt ipsi iudices facere, citra tamen novissimum supplicium aut membri incisionem. Sed si quis ex iudicibus secundum iussionem nostram in aliam regionem mittatur, liceat ei per similem modum loci servatorem suum facere.

nes hagan sus veces, los que deberán hacer hasta la presentación de ellos todo lo que pueden hacer los mismos jueces, excepto, sin embargo, la ejecución del último suplicio ó la amputación de un miembro. Mas si alguno de los jueces fuera enviado por orden nuestra á otra región, séale de igual modo lícito nombrar un lugarteniente suyo.

Cap. XXI

Iubemus autem, omnes iudices, tam militares quam civiles, per se requirere eos, qui latrocinia, aut violentias, aut rapinas rerum aut feminarum, aut alia quaelibet in provinciis illicita committunt, et supplicia eis legitima inferre, neque pro his causis accipere aliquid consuetudinis nomine, ut omnes undique nostri collatores illaesi serventur. Non enim permittimus cuilibet maiori aut minori militari iudici aut latronum insecutores, aut violentiarum inhibitores, aut tribunos pro talibus causis in provinciis ordinare, aut qui debeant aliquos exarmare (1), ut non per tales occasiones ampliores violentiae inferantur provincialibus. Si quis autem iudicum hoc non custodierit, cognoscat, non solum se commisso sibi cingulo spoliandum, sed decem librarum auri poenam exsolvere eo, quod (2) praesumserit talem causam assumere, post tormenta vero (3) et confiscationem substantiae in exsilium redigendum (4).

Capítulo XXI

Pero mandamos, que todos los jueces, tanto militares como civiles, busquen por sí á los que en las provincias cometen latrocinios, ó violencias, ó rapiñas de cosas ó raptos de mujeres, ú otras cualesquiera cosas ilícitas, y les impongan los legítimos suplicios, y que por estas causas no reciban cosa alguna á título de costumbre, de suerte que en todas partes sean mantenidos ilesos todos nuestros contribuyentes. Porque no le permitimos á ningún juez militar superior ó inferior nombrar por tales causas en las provincias perseguidores de ladrones, ó encargados de impedir violencias, ó tribunos, ó quienes deban desarmar á otros, á fin de que con tales ocasiones no se les causen á los provincianos mayores violencias. Mas si algún juez no observare esto, tenga entendido que no solamente será despojado del cíngulo á él conferido, sino que pagará la pena de diez libras de oro, por haberse atrevido á echar sobre sí tal cosa, y que después de los tormentos y de la confiscación de sus bienes será enviado al destierro.

Cap. XXII

Ad hoc iubemus, provinciarum iudices et officia eorum, si quando de civitate ad civitatem veniunt, neque angariis, neque descriptionibus aut aliis expensis collatores gravare, sed ex deputatis sibi fisco annonis expensas facere.

Capitulo XXII

Además de esto mandamos, que los jueces de las provincias y sus oficiales, si alguna vez van de una ciudad á otra, no graven á los contribuyentes con la prestación de bagajes, ni con derramas ú otros gastos, sino que sufraguen los gastos con las annonas que del fisco les están asignadas.

Cap. XXIII

Super hoc sancimus, provinciarum iudices omnibus modis post depositionem cinguli quinquaginta dies in provinciis commorari, et conventiones aliquas contra se moventibus respondere. Si vero contigerit aliquem ex eis ante completos quinquaginta dies deserere provinciam, iubemus, omnes ab eo damnum aliquod passos simul ingredi apud sanctissimum metropoleos episcopum eiusdem provinciae, et sub gestis monumentorum unumquemque tangentem sancta evangelia palam facere illata dispendia, et ex illius substantia, contra quem talia facta sunt monumenta, omne damnum laesis restitui providentia et periculo per tempus praefectorum (5) eiusdem provinciae, scientibus, quia, si hoc complere neglexerint, ipsi de propriis facultatibus omnia damna laesis restituere compellentur.

Capitulo XXIII

Mandamos además, que los jueces de las provincias permanezcan de todos modos después de haber dejado el cíngulo cincuenta días en las provincias, y que respondan á los que contra ellos promuevan algunas demandas. Pero si aconteciere que algunos de ellos abandonan la provincia antes de cumplidos los cincuenta días, mandamos que todos los que por él sufrieron algún quebranto se presenten al mismo tiempo al santísimo obispo de la metrópoli de la misma provincia, y levantándose actas haga manifiestos cada uno tocando á los santos evangelios los dispendios que se le causaron, y con los bienes de aquel contra quien se formalizaron tales actas resárzaseles á los lesionados todo quebranto por providencia y bajo la responsabilidad de los que á la sazón sean prefectos de la misma provincia, teniendo entendido, que, si hubieren descuidado cumplimentar esto, serán ellos mismos compelidos á restituirles con sus propios bienes á los lesionados todos los quebrantos.

Cap. XXIV

Si quis autem ex iudicibus provinciarum aut evo-

Capitulo XXIV

Mas si alguno de los jueces de las provincias

---

(1) *Cont. al márgen;* examinare, *el cód. Hamb., y las ed.*
(2) eo, qui—exsilium redigendo et relegando, *Bk.*
(3) vero, *omítela Bk.*
(4) in exilium redigendum et in exilium redigendum relegando, *el cód. Hamb.;* in exilium redigendum et in exilium relegandum, *Trid.;* in exilium et redigendum et relegandum, *Port.;* in exilium redigendum et relegandum, *Cont.*
(5) et tracte, *adiciona el cód. Hamb., por lo que se ve que se debe añadir* tracteutarum, *como también se halla en el texto griego.*

cetur ad aliam administrationem, aut opus ad aliam provinciam ei credatur, iubemus, eum legitimo procuratore constituto conventiones pro damnis proponentibus respondere. Quod nisi fecerit, sancimus, monumenta apud sanctissimum episcopum, sicut superius dictum est, agi, et pro damnis illatis eis iurantibus, secundum gestorum virtutem omne damnum reddi, providentia (1) similiter et periculo per tempus praefectorum, et (2) uniuscuiusque provinciae tracteutarum (3).

Cap. XXV

Omnes autem pecuniarias poenas, quae praesente lege continentur, a comite per tempus privatarum exigi eos, qui praesentem legem non servant, et nostro fisco vindicari sancimus, qui, nisi eas vindicaverit, ipse cum ministrante sibi schola ex propria facultate huiusmodi quantitatem solvere cogetur.

Epilogus

Quae igitur per praesentem legem nostram salutarem, in perpetuum valituram, pro utilitate et statu nostrorum collatorum disposuimus, tua gloria inviolata et immota per omnia servare festinet, et ad omnium notitiam pervenire faciat, edictis quidem in hac regia civitate solemniter propositis, praeceptis autem ad clarissimos provinciarum iudices directis, ut per eos omnibus collatoribus manifesta fiant.

Dat. Id. Iun. imp. DN. IUSTINIANI P. P. Aug. anno XIX., post BASILII V. C. cons. anno IV. Indict. VIII. [545.]

CONST. CXXIII (4)

DE SAMARITIS

Idem Augustus AREOBINDO *Pf. P.*

Praefatio

Nullum ita magnum subiectorum nostrorum delictum est, quod non nostra clementia medeatur. Licet enim eorum facta odio habentes ad vindictam pro eis insurgamus, tamen tempus medentes et commonentes (5) modis competentibus delinquentes, rursus ad nostram clementiam remeamus, iustitiam iracundiae benignitatis reconciliantes rationibus, quale quiddam et praesens nostra celebrat lex. Samaritas enim pridem atroces et elatos contra Christianos, et in omnium velut novissimam superbiam excedentes plurimis quidem poenis afflixímus, una vero maxime, quod neque testamenta ipsi possunt conscribere, neque hi defuncti absque testamento cognatis, qui ab intestato vocantur, hereditatem transmittere, nisi ad hereditatem ex utraque causa vocatos rectae Christianorum fidei esse contigeret. Interdiximus autem

fuese llamado á otra administración, ó si á él se le encomendara trabajo en otra provincia, mandamos que él responda, habiendo nombrado legítimo procurador, á los que por perjuicios hubiesen propuesto demandas. Y si no hubiere hecho esto, mandamos que se levanten actas, según más arriba se ha dicho, ante el santísimo obispo, y á los que juren respecto á los daños que se les causaron resárzaseles todo el daño á tenor de las actas, igualmente por providencia y bajo la responsabilidad de los que á la sazón sean prefectos y de los recaudadores de tributos de cada provincia.

Capítulo XXV

Pero mandamos que todas las penas pecuniarias, que en la presente ley se contienen, sean exigidas por el que á la sazón sea conde de los bienes privados á los que no observen la presente ley, y que sean aplicadas á nuestro fisco, y, si él no las hubiere reivindicado, será él mismo obligado, juntamente con el cuerpo que le presta servicio, á pagar de sus propios bienes tal cantidad.

Epílogo

Por tanto, apresúrese tu gloria á guardar en todo inviolable é inmutable lo que por medio de nuestra presente saludable ley, perpétuamente valedera, hemos dispuesto en pro de la utilidad y del estado de nuestros tributarios, y hágalo llegar á conocimiento de todos, exponiendo solemnemente edictos en esta real ciudad, y enviando mandamientos á los muy esclarecidos jueces de las provincias, para que por estos se les haga manifiesto á todos los contribuyentes.

Dada el día de los Idus de Junio, en el año décimo noveno del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto pespétuo, cuarto después del consulado de BASILIO, varón muy esclarecido, Indicción octava. [545.]

CONSTITUCION CXXIII

DE LOS SAMARITANOS

El mismo Augusto á AREOBINDO, *Prefecto del Pretorio.*

Prefacio

No hay ningún delito de nuestros súbditos tan grande, que no sea remediado por nuestra clemencia. Porque aunque odiando los hechos de aquéllos nos movamos por ellos á venganza, sin embargo, contemporizando y amonestando de maneras convenientes á los delincuentes, los volvemos de nuevo á nuestra clemencia, reconciliando la justicia de la ira con razones de benignidad, algo de lo que hace también nuestra presente ley. Porque á los samaritanos, que antes eran atroces y arrebatados contra los cristianos, y como que sobrepujaban la mayor soberbia de todas, los agobiamos ciertamente con muchas penas, y principalmente con una, para que no pudieran ellos escribir testamentos, ni fallecidos sin testamento transmitir su herencia á los cognados, que son llamados abintestato, á no ser que aconteciere que los llamados por una y otra

(1) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* provincia, *Cont.*
(2) et, *omítenla el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(3) *Cont. al márgen;* tracteuorum, *el cód. Hamb.;* tractorum, *Trid.;* tractatorum, *Port., y Cont.*
(4) *El texto griego (Novela CXXIX.) se halla en Scrimg., y falta en Hal. — Athan. III. 2. — Véanse Parat. § 4. Athan. tit. IX. Coll. const. eccl. III. 3. 2. Photii Nomoc. X. 8. — Iulian. Const. 116. — Cont. fué el primero que dió (1571.) una antigua versión, no glosada, tomándola de un antiguo manuscrito.*
(5) *Bk.;* commoventes, *Cont.*

es et legata dare, et donationes scribere, aut aliquas omnino alienationes in suis ponere rebus, nisi forsan orthodoxa fide percipiens persona esset. Licet autem lege generali haec comprehendentes tunc meminerimus, tamen non eandem in operibus, quam in litteris subtilitatem reservavimus. Nam neque nostrum fiscum, nec aliquam publici partem ex his quidquam accipere passi sumus, licet hoc expressim lex daret.

causa á la herencia fueran de la recta fe de los cristianos. Mas les prohibimos también dar legados, y escribir donaciones, y hacer de sus propios bienes absolutamente ningunas enajenaciones, á no ser acaso que la persona que los recibiera fuese de fe ortodoxa. Pero aunque comprendiendo estas cosas en una ley general hicimos entonces mención de ellas, sin embargo, no hemos observado en la práctica la misma severidad que en la ley escrita. Porque no hemos consentido que ni nuestro fisco, ni ninguna otra dependencia pública, reciba cosa alguna de ellos, aunque expresamente se la dé la ley.

Cap. I

Nunc itaque ad moderationem reductos videntes eos, et nobis ipsis indignum esse putantes in iisdem permanere terminis contra eos, qui non similia prioribus languent, praestantes maxime omnium Sergii sanctissimi Caesariensium metropolis episcopi iustis petitionibus, quas pro eis fecit (1), (testimonium quidem perhibentis meliores eos factos, quietem vero eorum futuro tempore promittentis), ad praesentem sacram nostram venimus legem, per quam sancimus, licentiam esse Samaritis iam scribere testamenta, et suas proprias dispensare substantias, sicut et aliae praebent leges. Et per praesentem nos decernimus, et sine testamentis morientes ab intestato vocatos secundum imitationem aliorum hominum heredes habere eos, praeter ea, quae per praesentem nostram transponemus (2) legem. Sed et donationes eis permittimus scribere, et legata dare et accipere, et huiusmodi contractus facere cum omni licentia. Qui enim testari dedimus eis et omnem dispensare substantiam, quomodo de particulari dispensatione negabimus?

Capitulo I

Y así, viéndolos ahora reducidos á la moderación, y juzgando que es indigno de nosotros mismos permanecer en la misma actitud contra los que no padecen la misma enfermedad que los anteriores, y, sobre todo, accediendo á las justas peticiones que Sergio, santísimo obispo de la metrópoli de los Cesarienses, nos hizo en favor de ellos, (dando ciertamente testimonio de que ellos se habían hecho mejores, y prometiendo el sosiego de los mismos para el tiempo futuro), hemos venido á dar nuestra presente sacra ley, por la cual mandamos, que tengan ya licencia los Samaritanos para escribir testamentos, y disponer de sus propios bienes, como lo permiten también las otras leyes. Y mandamos por la presente, que aun los que mueran sin testamentos tengan, á imitación de los demás hombres, como herederos á los llamados abintestato, con excepción de lo que por nuestra presente ley alteraremos. Mas también les permitimos escribir donaciones, y dar y recibir legados, y hacer con entera facultad tales contratos. Porque nosotros, que les hemos concedido que testen y dispongan de todos sus bienes, ¿cómo les negaremos una disposición particular?

Cap. II

Sed tamen non eundem reddimus ordinem et Christianis successoribus et Samaritis, iterum vero et merito meliora sectantibus privilegium praestamus. Unde si quis eorum sine testamentis moriatur, et filios ad deum discretos reliquerit, soli vocabuntur ad huiusmodi hereditatem, qui rectam Christianorum allegant fidem, aliis exclusis, quicunque ipso detinentur, quo defunctus, errore. Haec autem dicimus non super filiis solis, sed etiam aliis cognatis, ex quacunque sint linea, ut recta sectantes illis, qui non proxima colunt praeponantur, tamen si eundem qui vocantur omnes gradum accipiant, aut unam ad hereditatem habeant vocationem. Non enim his, qui ex longiore gradu sunt, et a vicinioribus excluduntur, licet meliora sectantibus, proximorum damus praelationem aut privilegium.

Capitulo II

Mas no restablecemos el mismo orden así para los sucesores Cristianos, como para los Samaritanos, sino que de nuevo y con razón les concedemos privilegio á los que son sectarios de lo mejor. Por lo cual, si alguno de ellos muriese sin testamento, y dejare hijos devotos de Dios, serán llamados á tal herencia solos los que profesen la recta fe de los Cristianos, siendo excluídos cualesquiera que estén poseídos por el mismo error que el difunto. Mas esto lo decimos no solamente respecto á los hijos, sino también en cuanto á los demás cognados de cualquiera línea que sean, de suerte que los que siguen las rectas sean preferidos á los que no profesan iguales creencias, si, no obstante, todos los que son llamados alcanzaran el mismo grado, ó tuvieran el mismo llamamiento para la herencia. Porque á los que son de grado más remoto, y son excluídos por los más próximos, no les damos, aunque sigan mejores creencias, la prelación ó el privilegio de los más próximos.

Cap. III

Nec tamen poenitentiae locum in causa exclusis auferimus et (3) ex hoc. Nam si voluerint et postea ad rectam fidem Christianorum reverti, qui pro hoc hereditate exclusi sunt, suas recipient portiones, ita vocandi ad hereditatem, tanquam si [ab

Capitulo III

Mas no les quitamos á los excluídos en el particular aun por esto ocasión para el arrepentimiento. Porque si aun después hubieren querido volver á la recta fe de los Cristianos los que por esto fueron excluídos de la herencia, recibirán sus

(1) *Bk.;* facit, *Cont.*
(2) *Bk. ed. estereotipada;* transponimus, *Cont.*

(3) et, *omítela Bk.*

initio] (1) rectae huius religionis exstitissent, solis fraudati medii temporis fructibus. Si vero et testamenta scripserit aliquis eorum, valere quidem ea, quantum ad religionem, iubemus. Si autem pater, aut etiam aliquis descendentium [aut etiam ascendentium] (2) sit, qui testamenta conscribit, si quidem omnes [deinceps ad hereditatem vocati eiusdem cum cum eo erroris sint, disponat de substantia, prout voluerit; si autem quidam] (3) ex ordine, qui ad hereditatem vocantur, eiusdem, quo pater, erroris sint, his non relinquat ultra duas substantiae uncias, reliquis ad eos, qui recte colunt, deferendis, tamen nisi aliquis forte Christianis ex ipsis reliquerit legata. Servando (4) etiam hic poenitendi loco volentibus, ut possint aequalitate frui cum eis, qui ab initio Christiani fuerint, sicut ab intestato decrevimus. Ad hunc itaque ordinem et partem et de inofficioso damus ascendentibus et descendentibus (5) recta sectantibus dogmata, et forte laesis per celebratas in testamentis rerum divisiones.

porciones, debiendo ser llamados á la herencia así como si desde un principio hubiesen sido de esta recta religión, quedando privados solamente de los frutos del tiempo intermedio. Pero si alguno de ellos hubiere escrito también testamentos, mandamos que por lo que respecta á la religión sean ciertamente válidos. Mas si fuera el padre, ó aun alguno de los descendientes, ó también de los ascendientes, el que escribe el testamento, y verdaderamente todos los demás llamados á la herencia estuvieran en el mismo error que él, disponga de sus bienes como quisiere; mas si algunos de los del orden, que son llamados á la herencia, estuvieran en el mismo error que el padre, no les deje á ellos más de dos onzas de los bienes, debiendo ser deferidas las demás á los que profesan la recta fe, á no ser, sin embargo, que acaso alguno de ellos les hubiere dejado legados á los Cristianos. Debiéndoseles reservar también en este caso, á los quieran, lugar para arrepentirse, á fin de que puedan disfrutar de igualdad juntamente con los que desde un principio hubieren sido Cristianos, según hemos decretado para el caso de abintestato. Y así, además de este orden y de esta porción les damos también la querella de inoficioso á los ascendientes y á los descendientes que siguen los rectos dogmas, y que acaso fueron perjudicados con las divisiones de bienes hechas en los testamentos.

Cap. IV

Concedimus autem eis et donationes dare et accipere, et legata relinquere, et libertatibus servos honorare, contrahere quoque ad invicem, nihil ea, quae a nobis pridem posita est, prohibente lege. Nostrum enim fiscum et aliam omnem publici partem excludimus omnino, nullum ex illa lege ad eorum hereditates eorumque substantias aut documenta participium habere valentibus. Haec autem dicimus non in futuris solum, sed etiam in praeteritis, ut neque pro his, quae tunc facta sunt, aut noster fiscus, aut alter omnium substantias perscrutetur eorum. Qui enim in futuris clementiam dedimus, quomodo de praeteritis subtilem tractatum haberemus? ut omni modo praesentem nostram clementiam promerentes gratias deo profiteantur et nobis et Sergio sanctissimo, ad hanc nos quam maxime circa eos provocanti clementiam.

Capitulo IV

Mas les concedemos también que den y reciban donaciones, y dejen legados, y honren con la libertad á esclavos, y que asimismo contraten entre sí, sin que esta ley prohiba nada de lo que antes ha sido establecido por nosotros. Pues excluímos en absoluto á nuestro fisco y á toda otra parte pública, sin que por virtud de aquella ley puedan tener participación ninguna en las herencias de aquellos y en sus bienes. Pero esto lo decimos no solamente para los casos futuros, sino también respecto á los pasados, de suerte que ni aun por lo que entonces se hizo haga nuestro fisco, ú otro cualquiera, investigaciones sobre los bienes de aquellos. Pues nosotros que hemos concedido clemencia para lo futuro, ¿cómo mantendríamos severo tratamiento respecto á lo pasado? Por lo cual, los que han merecido nuestra presente clemencia den de todos modos gracias á Dios, y á nosotros, y al santísimo Sergio, que muy principalmente nos ha excitado á este acto de clemencia para ellos.

Epilogus

Tua igitur gloria nostram in eis declaratam humanitatem per praesentem nostram legem cognoscens, manifesta per provincias solennibus edictis quae nunc nobis placuerunt faciat, ut perpetuo hoc ipsi fruantur auxilio.

Dat. XVII. Kal. Iul. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. A. anno XXV., post Basilii V. C. cons. anno X. [551.]

Epilogo

Por tanto, conociendo tu gloria nuestra humanidad declarada á favor de ellos por medio de nuestra presente ley, haga manifiesto en las provincias por medio de los acostumbrados edictos lo que ahora nos ha parecido bien, á fin de que perpétuamente disfruten aquellos de este beneficio.

Dada en Constantinopla á 17 de las Calendas de Julio, en el año vigésimo quinto del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, décimo después del consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [551.]

(1) *Bk.*; ab initio, *omitelas Cont.*
(2) *Cont. anota al márgen que las palabras* aut etiam ascendentium, *que puso entre paréntesis, no se hallan en el ms. Más correctamente habría enmendado el pasaje con arreglo al texto griego de este modo:* Si autem pater aut etiam aliquis ascendentium alius aut etiam descendentium etc.

(3) omnes ex ordine qui, *omitiendo lo demás. Cont.; lo que se halla entre paréntesis lo añadió Bk.*
(4) *Bk. ed. estereotipada:* servanda, *Cont.*
(5) *Bk.:* descendentibus et. *Cont.*

CONST. CXIX (1)

QUOMODO OPORTEAT MILITES TRANSITUM IN CIVITATIBUS FACERE, ET DE INTROITU

Idem Augustus PETRO, *Praetoriorum Praefecto*

Praefatio

Primum et maximum arbitramur statum esse nostrae reipublicae, ut inculpabiliter noster exercitus in itineribus conversetur, et innoxietas atque indemnitas nostris collatoribus custodiatur.

Cap. I

Iubemus igitur, quoties transitus fit nostrorum iudicum et exercituum, delegatores simul esse cum eis, qui curam habeant eorum alimenti, et singularum provinciarum iudices, per quas transitus fit, praeparationem facere expensarum, ut nostri exercitus in unamquamque provinciam ascendentes inculpabiliter conversentur; et uniuscuiusque numeri optiones suscipere species sine qualibet tergiversatione, et erogare magistris militum et militibus in specie praebitas annonas, habere autem eosdem optiones deputatam ipsis occasione emolumenti quintam decimam portionem; ex consuetudine autem et recauta fieri ab optionibus collatoribus pro his, quae ab his expenduntur, periculo eorum, qui cum eis sunt, iudicum, et tribunorum, et comitum et diasostarum, et delegatorum, et uniuscuiusque numeri primatum; et nullo modo gratis expendere milites a collatoribus aut occasione non factae forsan praeparationis, aut introitorum nomine, quorum etiam ipsum vocabulum omnino perimimus, ut undique illaesi et indemnes custodiantur nostri subiecti.

Cap. II

Species autem, quae inveniuntur in unoquoque loco, ipsas (2) accipere milites, et non alias quaerere, quae in ipsa regione non inveniuntur, et propter hoc tergiversationem aut damnum inferre (3) nostris collatoribus.

Cap. III

Eam vero, quae fit a nostris possessoribus, expensam, et declaratur per recauta, iubemus reputari eis a sede tuae celsitudinis, sine qualibet tergiversatione aut damno aut iniunctione, in collationem eam, quam ab eis fiscus capit pro indictione illa, in qua expensa fit. Si vero amplius, quam professiones (4) sunt, ab his, qui dant species, inveniantur expensae, iubemus, ex omni corpore fiscalium eiusdem provinciae compleri eos, qui ultra functiones suas exhibuerunt. Si vero non habeat ipsa provincia fiscalia (5) sufficientia ad expensam factam (6), compleri eos, qui hanc expensam fecerunt, ex generali mensa, quae regitur a tua gloria,

CONSTITUCION CXIX

DE QUÉ MODO ES CONVENIENTE QUE LOS MILITARES HAGAN SU PASO POR LAS CIUDADES, Y DE LA ENTRADA

El mismo Augusto á PEDRO, *Prefecto de los Pretorios.*

Prefacio

Consideramos que es lo primero y principal para el buen estado de nuestra república, que nuestro ejército se conduzca sin culpa en sus marchas, y que nuestros contribuyentes sean mantenidos ilesos é indemnes.

Capitulo I

Mandamos, pues, que siempre que se pongan en camino nuestros jueces y ejército, vayan juntamente con ellos delegados, que cuiden de sus alimentos, y que los jueces de cada una de las provincias, por las cuales se hace el tránsito, hagan la preparación de los gastos, para que nuestros ejércitos, al llegar á cada provincia, se conduzcan sin culpa; y que los comisarios de víveres de cada cuerpo se encarguen de las especies sin ningún subterfugio, y entreguen á los maestres militares y á los soldados las annonas suministradas en especies, y que tengan los mismos comisarios de víveres la décima quinta parte asignada á ellos mismos á título de emolumento; y que según costumbre se les hagan también por los comisarios de víveres recibos de descargo á los contribuyentes por las cosas que por ellos se gastan, bajo la responsabilidad de los jueces que con ellos están, y de los tribunos, condes, protectores, delegados, y primates de cada cuerpo; y que de ningún modo consuman gratuitamente los militares á cargo de los contribuyentes, ó con ocasión de no haberse hecho acaso la preparación, ó á título de entrada, cuya misma palabra hasta la suprimimos por completo, para que en todas partes se conserven ilesos é indemnes nuestros súbditos.

Capitulo II

Mas reciban los militares las mismas especies que se hallan en cada localidad, y no requieran otras, que no se encuentran en la misma región, y no se cause por esto trastorno ó daño á nuestros contribuyentes.

Capitulo III

Si vero quis comprehensorum criminum (8) latuerit, aut reliquerit provinciam illam, in qua crimina deliquit, iubemus, legitimis edictis a iudice evocari eum, et si non obaudiat (9), illa in eum procedere, quae nostris legibus definita sunt. Si vero cognoscatur, quod in aliam provinciam (10)

Capitulo V

Mas si alguno de los criminales descubiertos se ocultare, ó abandonare la provincia en que cometió los crímenes, mandamos que por medio de los edictos legales sea llamado por el juez, y si no obedeciera, sea procedente contra él lo que se halla determinado en nuestras leyes. Pero si se supiera

(1) *El cód. Hamb., y Trid.;* sublato ab eis, *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb.;* et, *omítenla las ed.*
(3) *Las palabras que están entre paréntesis no se hallan en el texto griego.*
(4) *El cód. Hamb.;* definitum, *las ed.*
(5) et, *Bk.*

(6) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* eis, *Cont.*
(7) contraria legibus, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(8) criminibus, *Bk.*
(9) *El cód. Hamb., y Trid.;* obediat, *Port., y Cont.*
(10) *El cód. Hamb., y Trid.;* alia provincia, *Port., y Cont.*

degit, iubemus, provinciae illius iudicem in qua peccari quid huiusmodi contigerit, epistola publica uti ad provinciae illius iudicem, in qua delinquens persona degit, illum vero, qui publicas susceperit litteras, et periculo suo et officii sui comprehendere huiusmodi, et ad iudicem provinciae transmittere, in qua peccavit, suppliciis legitimis subiiciendum. Si vero qui publicam epistolam susceperit neglexerit hoc facere, aut officium eius tradere, aut imperata neglexerit, tunc et ipsum iudicem tres auri libras, et officium eius alias tres pro poena inferre iubemus (1). Si vero iudex aut aliquis officii eius propter lucrum huiusmodi personam non comprehendat, aut comprehendens non transmittat, et hoc agens convincatur, spoliatus cingulo exsilio tradatur.

que habita en otra provincia, mandamos que el juez de aquella provincia en que aconteciere que se delinquió en algo de esto dirija epístola pública al juez de la otra provincia en que vive la persona delincuente, y que el que hubiere recibido la carta pública prenda á aquel bajo su propia responsabilidad y la de sus oficiales, y lo remita al juez de la provincia, en que delinquió, para que sea sujetado á los legítimos suplicios. Mas si el que hubiere recibido la carta pública hubiere descuidado hacerlo, ó sus oficiales hubieren dejado de entregarlo, ó de ejecutar lo mandado, en este caso mandamos que el mismo juez pague por vía de pena tres libras de oro, y sus oficiales otras tres. Mas si el juez ó alguno de sus oficiales no prendiera por causa de lucro á tal persona, ó prendiéndola no la remitiera, y de ello fuera convicto el que lo hace, sea, despojado del cíngulo, enviado al destierro.

Cap. VI

Et hoc vero iubemus observari ab omni administratore, ut, si contigerit in scriptis nostram iussionem fieri ad aliquem iudicem, et interea iste quiescat ab administratione, is, qui post illum susceperit dignitatem, accipiat eam, et insinuet. Et si quidem privata est causa, et implere eam, et assequi, quemadmodum ad eum promeruit rescriptum. Si vero huiusmodi in scriptis iussio publicum respicit, inquirat eam, et si quidem non laedatur fiscus, quae in ea comprehensa sunt, adimpleat; si vero ad laesionem est fisci, nihil super ea omnino agi, nuntiare vero nobis primum, ut secunda nostra fiat de hoc iussio. Si vero et praecepta cuiuslibet iudicis sint, et prius, quam insinuentur haec, aut praecipientem, aut ad quem praecepta facta sunt contigerit removeri de cingulo, et (2) sic qui factus fuerit iudex haec suscipiat et exigat, si legitime facta sunt; si vero contra legem aut contra publicum facta sunt, haec pro non scriptis esse iubemus.

Capitulo VI

Y mandamos que por todo administrador se observe esto, que, si aconteciere que por escrito se le da una orden nuestra á algún juez, y mientras tanto cesa éste en su administración, reciba aquella el que después de él hubiere obtenido la dignidad, y déla á conocer. Y si verdaderamente es privada la causa, cúmplalo y ejecútelo, como si á él hubiere sido dirigido el rescripto. Mas si tal orden escrita se refiere á la cosa pública, examínela, y si verdaderamente no fuere lesionado el fisco, ejecute lo que en ella se consignó; pero si tendiera á lesionar al fisco, no se ejecute absolutamente nada respecto á ella, sino póngala primeramente en nuestro conocimiento, para que sobre ello se expida una segunda orden nuestra. Mas también si se tratara de mandamientos de algún juez, y antes que ellos fueran notificados aconteciere que es separado del cíngulo ó el que manda ó aquel á quien se le dirigieron los mandatos, también en este caso hágase cargo de ellos y cumpliméntelos el que hubiere sido hecho juez, si hubieren sido dados legítimamente; pero si fueran dados contra ley ó contra la cosa pública, mandamos que se tengan como no escritos.

Cap. VII

Quia vero et huiusmodi iniquitatem in diversis locis nostrae reipublicae cognovimus admitti, quia creditores filios debitorum praesumunt retinere aut in pignus, aut in servile ministerium, aut conductionem (3), hoc modis omnibus prohibemus. Et iubemus, ut, si quis huiusmodi aliquid deliquerit, non solum debito cadat, sed tantam aliam quantitatem adiiciat, dandam ei, qui retentus est ab eo, aut parentibus eius; et post hoc etiam corporalibus poenis ipsum subdi a loci iudice, quia personam liberam pro debito praesumserit retinere, aut locare, aut pignorare.

Capitulo VII

Mas como hemos sabido que en diversos lugares de nuestra república se comete también la iniquidad de que los acreedores se atreven á retener á los hijos de los deudores ó en prenda, ó para servicio de esclavos, ó en arrendamiento, lo prohibimos esto de todos modos. Y mandamos, que, si alguien delinquiere en algo semejante, no solamente pierda lo que se le debe, sino que agregue otra tanta cantidad, que le habrá de ser entregada al que fué retenido por él, ó á los padres de aquél; y después de esto sea él mismo sujetado también á penas corporales por el juez de la localidad, por haberse atrevido á retener, arrendar, ó pignorar una persona libre por una deuda.

Cap. VIII

Et illud vero praevidimus pro subiectorum utilitate corrigere, ut, si qua mulier crediti instrumento consentiat proprio viro aut scribat, et propriam substantiam aut se ipsam obligatam faciat, iubemus, nullatenus huiusmodi valere aut tenere, sive

Capitulo VIII

Y también nos ha parecido conveniente corregir en utilidad de los súbditos esto, que, si en un documento de préstamo le prestara alguna mujer su consentimiento á su marido, ó subscribiera, y obligara sus propios bienes ó se obligara ella misma,

(1) iudicem quatuor auri libras et officium eius pro poena (?) inferre iubemus, *el cód. Hamb.*

(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; et, *omitenla Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; in conductionem, *Port., y Cont.*

semel, sive multoties huiusmodi aliquid pro eadem re fiat, sive privatum sive publicum sit debitum, sed ita esse, ac si neque scriptum esset, nisi manifeste probetur, quia pecuniae in propriam ipsius mulieris utilitatem expensae sunt.

mandamos que de ningún modo tenga validez ó subsista nada de esto, ya si algo semejante se hace por la misma cosa una sola vez, ya si muchas, ora sea privada, ora pública la deuda, sino que sea lo mismo que si no se hubiese escrito, á no ser que manifiestamente se pruebe, que el dinero se gastó en utilidad de la misma mujer.

Cap. IX

Necessarium vero credimus et illud competente adiutorio emendare, ut nulla mulier de qualibet re includatur aut custodiatur. Sed si quidem pro fiscalibus debitis aut privatis pulsetur, secundum legem mulier aut per virum suum, aut per se, aut per quam voluerit personam legitime respondeat, et transigat rem. Si vero vidua sit, aut non a principio viro coniuncta, liceat similiter mulieri aut per se, aut per quos voluerit propria iura proponere secundum legem. Eum vero, qui praeter haec praesumserit agere aliquid praedictorum, iubemus, si quidem maiores iudices sint, viginti auri librarum, si vero minores sint, decem librarum auri poenae subiacere, obedientes autem eis in praedictis causis, spoliatos cingulo, poenis subiici, et in exsilium destinari. Si vero mulier post legitimam admonitionem noluerit instituere aliquem, qui pro ea respondeat, aut litigans addicta sit, nec sic includi aut custodiri eam, sed legitima iura in competentibus ei rebus procedere. Si vero crimen sit, quod infertur mulieri, in quo necessarium est ipsam custodiri, si quidem fideiussorem personae praestare potest, ipsi credatur; si vero iuraverit, non posse se dare fideiussorem, iuratoriam cautionem faciat de observatione iudicii. Si vero gravissimum inveniatur crimen, in quo accusatur, in monasterium aut in asceterium (1) mittatur, aut mulieribus tradatur, per quas potest publice et libere custodiri, donec causa eius manifestetur; tunc autem illa procedant in ea (2), quae legibus definita sunt. Nullam enim mulierem pro pecunia fiscali, sive privata causa, aut pro criminali quolibet modo aut in carcerem mitti concedimus, aut a viris custodiri, ut non per huiusmodi occasiones inveniantur circa castitatem iniuriatae. Monastriam quidem aut ascetriam per nullam actionem trahi concedimus de propriis monasteriis aut asceteriis.

Capitulo IX

Pero creemos necesario enmendar con el conveniente auxilio también esto, á fin de que por ningún negocio sea aprisionada ó custodiada ninguna mujer. Mas si verdaderamente fuese demandada por deudas fiscales ó privadas, responda la mujer legítimamente con arreglo á ley ó por medio de su marido, ó por sí, ó por medio de la persona que ella quisiere, y transija el negocio. Mas si fuera viuda, ó no hubiera estado desde un principio unida á marido, séale igualmente lícito á la mujer exponer con arreglo á la ley sus propios derechos ó por sí, ó por medio de los que quisiere. Pero mandamos, que el que contra esto se hubiere atrevido á hacer alguna de las susodichas cosas, si ciertamente fuera de los jueces superiores, quede sujeto á la pena de veinte libras de oro, y si menores, á la de diez libras de oro, pero los que en las mencionadas causas están á sus órdenes sean, despojados del cíngulo, sujetados á penas, y enviados al destierro. Mas si después de la legítima citación no quisiere la mujer nombrar á alguien que por ella conteste, ó litigando ella hubiera sido condenada, ni aun así sea aprisionada ó custodiada, sino ejecútense los legítimos derechos en los bienes que le competan. Pero si fuera un crimen lo que se le imputa á la mujer, por el cual sea necesario que ella sea custodiada, si verdaderamente puede dar fiador de su persona, confíese en él; mas si jurare que ella no podía dar fiador, preste caución juratoria de estar á la observancia del juicio. Mas si fuera considerado gravísimo el crimen por el que es acusada, sea enviada á un monasterio ó á un asceterio, ó sea entregada á mujeres por las que pueda ser pública y libremente custodiada, hasta que sea probada su causa; y entonces sea procedente contra ella lo que en las leyes haya sido determinado. Porque de ningún modo permitimos que por deuda fiscal, ó por causa privada, ó criminal, sea ninguna mujer ó enviada á la carcel, ó custodiada por hombres, á fin de que con tales ocasiones no se hallen injuriadas en su castidad. Y ciertamente no concedemos que por ninguna acción sea sacada de sus propios monasterios ó asceterios una monja ó una asceta.

Cap. X

Si quando vero adulterii crimen probetur, iubemus, illas poenas peccantibus inferri, quas Constantinus divae memoriae disposuit, et illis similibus subiiciendis poenis, qui medii ministri (3) huiusmodi impio crimini facti sunt. De substantia vero adulteri, si habeat uxorem, dotem et propter nuptias donationem ei salvari, aut partem a nostra lege datam, si dotalia instrumenta non subsecuta sunt. Residuam vero eius substantiam, si quidem sint ascendentes aut descendentes usque ad tertium gradum, accipiant hi secundum ordines et gradus; si vero non sunt huiusmodi aliqui, fisco applicari haec (4) iubemus. Adulteram vero mulie-

Capitulo X

Mas cuando se pruebe crimen de adulterio, mandamos que se les apliquen á los delincuentes aquellas penas que dispuso Constantino, de divina memoria, debiendo ser sujetados á análogas penas los que se hicieron auxiliares intermediarios de tan impío crimen. Mas de los bienes del adúltero, si tuviera mujer, sálvensele á ésta la dote y la donación por causa de las nupcias, ó la parte dada por nuestra ley, si no se hicieron instrumentos dotales. Y los restantes bienes, si verdaderamente hubiera ascendientes ó descendientes hasta el tercer grado, recíbanlos éstos con arreglo á su orden y grado; mas si no hay ningunos de aquéllos, mandamos que

(1) aut in asceterium, *omítelas el cód. Hamb.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.;* eam, *Port., y Cont.*
(3) medii vel ministri, *Blc. estereotipada.*
(4) haec, *omítela el cód. Hamb.*

rem competentibus vulneribus (1) subactam in monasterium mitti. Et si quidem intra biennium recipere eam vir suus voluerit, potestatem ei damus hoc facere, et copulari ei, nullum periculum ex hoc metuens, et nullatenus propter ea, quae in medio tempore facta sunt, nuptias laedi. Si vero praedictum tempus transierit, aut vir prius, quam recipiat mulierem, moriatur, tonderi (2) eam, et monachicum habitum accipere, et habitare in ipso monasterio in omni propriae vitae tempore. Et si quidem habeat descendentes, duas partes accipere eos substantiae (3), secundum legum ordinem divisas, reliquam vero tertiam partem monasterio, in quo (4) mittitur, dari. Si vero descendentes non fuerint, sed ascendentes inveniantur non consentientes huiusmodi iniquitati, quatuor uncias eos secundum leges divisas accipere, octo vero uncias dari monasterio, in quo includita, huiusmodi mulier. Si vero neque descendentes neque ascendentes habeat, aut ascendentes consenserint huiusmodi iniquitati, omnem eius substantiam accipere monasterium, illi conservandam (5), ut per omnes casus viro pacta dotalibus illata instrumentis serventur.

sean aplicados al fisco. Pero la mujer adúltera, sometida á las penas correspondientes, sea enviada á un monasterio. Y si verdaderamente dentro de un bienio quisiere su marido recibirla, le damos potestad para hacerlo, y para unirse con ella, no temiendo por esto ningún peligro, y sin que de ningún modo se perjudiquen las nupcias por virtud de lo que en el tiempo intermedio se hizo. Mas si hubiere transcurrido el susodicho tiempo, ó el marido falleciera antes de volver á admitir á su mujer, córtesele á ésta el cabello, y reciba el hábito monástico, y habite en el mismo monasterio todo el tiempo de su propia vida. Y si ciertamente tuviera descendientes, reciban éstos dos partes de los bienes, divididas según el orden de las leyes, y désele la otra tercera parte al monasterio, á que ella es enviada. Mas si no hubiere descendientes, pero se hallaran ascendientes que no hubieren consentido tal iniquidad, reciban ellos cuatro onzas divididas con arreglo á las leyes, y dénsele ocho onzas al monasterio, en que fué recluída tal mujer. Pero si no tuviera ni descendientes ni ascendientes, ó los ascendientes hubieren consentido tal iniquidad, reciba el monasterio todos los bienes de ella, que se habrán de conservar para él, de suerte que en todos los casos se le reserven al marido los pactos incluidos en los instrumentos dotales.

Cap. XI

Quia vero aliqui nostram legem transcendere student, in qua evidenter causas enumeravimus, ex quibus solum repudia possunt transmitti aut a viro, aut a muliere, iubemus, praeter illas causas nullo modo repudia fieri, aut per consensum nuptias solvi, et concedere invicem delictis. Si vero praeter a nobis definitas causas praesumserint aliqui solvere matrimonium, iubemus, si quidem descendentes habuerint sive ex ipso, sive ex alio matrimonio, substantiam eorum illis dari secundum legum ordinem, et tam virum quam mulierem in monasterium mitti in omnibus vitae suae temporibus, et de singulorum facultatibus quaternas uncias monasteriis, in quibus mittuntur, separari, viro nihilo minus neque usum habente datae partis filiis [quoniam pater rerum filii in potestate positi non habet usumfructum] (6). Si vero descendentes non habeant, sed ascendentes inveniantur, tertiam partem substantiae accipere eos, si non iniquitati solutionis matrimonii consenserint, duas vero partes monasteriis, in quibus unusquisque mittitur, separari. Si vero neque descendentes neque ascendentes inveniantur, aut (7) ascendentes consenserint facto, iubemus, omnem substantiam monasteriis, in quibus missi sunt, dari, ut non propter hunc contemtum et dei iudicium contemnatur, et nostra lex transgrediatur. Sed et ministros talis solutionis nuptiarum, aut qui huiusmodi infanda instrumenta composuerint, corporalibus poenis subiici iubemus, et in exsilium destinari. Si vero ii, qui matrimonium solvere praesumserunt, voluerint iterum sibi coniungi, priusquam mittantur in monasterium, licentiam eis damus hoc facere, et praedictas poenas concedimus eis, et proprias habere substantias, et ita adinvicem vivere, tanquam si nihil delictum fuisset. Uno vero volente matrimonium revocare, si non consentiat alia persona, con-

Capitulo XI

Mas como algunos se empeñan en infringir nuestra ley, en la que claramente enumeramos las causas por las que solamente se pueden enviar los repudios ó por el marido, ó por la mujer, mandamos que no siendo por aquellas causas no se hagan de ningún modo repudios, ó no se disuelvan por el consentimiento nupcias, y se perdonen mútuamente los delitos. Mas si fuera de las causas determinadas por nosotros se hubieren atrevido algunos á disolver un matrimonio, mandamos, que si verdaderamente tuvieren descendientes ó del mismo, ó de otro matrimonio, dénseles á éstos los bienes de aquéllos según el orden de las leyes, y sean enviados tanto el marido como la mujer á un monasterio por todo el tiempo de su vida, y sepárense de los bienes de cada uno cuatro onzas para los monasterios, á que son enviados, no teniendo, sin embargo, el marido ni el uso de la parte dada á los hijos, [porque el padre no tiene el usufructo de los bienes del hijo puesto bajo su potestad.] Pero si no tuvieran descendientes, pero se hallaran ascendientes, reciban éstos la tercera parte de los bienes, si no hubieren consentido en la iniquidad de la disolución del matrimonio, y sepárense otras dos partes para los monasterios, á que cada cual es enviado. Mas si no se hallaran ni descendientes, ni ascendientes, ó los ascendientes hubieren consentido lo hecho, mandamos que todos los bienes se den á los monasterios á que ellos fueron enviados, á fin de que por causa de este menosprecio no sea desatendido también el juicio de Dios, y se infrinja nuestra ley. Pero mandamos que sean sometidos á penas corporales, y enviados al destierro, también los auxiliares de tal disolución de nupcias, ó los que hubieren hecho tales nefandos instrumentos. Mas si los que se atrevieron á disolver el matrimonio hubieren querido unirse otra vez,

(1) muneribus, *Trid.*
(2) moriatur, iubemus tonderi, *Bk.*
(3) eos eius substantiae, *Bk. ed. estereotipada.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.;* quod, *Port., y Cont.*
(5) illum conservandam, *Trid.;* illi conservando, *Bk. ed. estereotipada.*

(6) *Esta explicación que se halla entre paréntesis no se encuentra en el texto griego, ni sus palabras parecen genuinas de la constitución.*
(7) *El cód. Hamb.;* vel, *Trid.;* et, *Port., y Cont.*

tra eum, qui noluerit, teneant poenae. Haec vero omnia servari iubemus tam in regia hac civitate, quam in provinciis, tam a comite privatarum, quam a palatinorum schola, et provinciarum iudicibus, et officiis eorum, scientibus, quod si neglexerint huiusmodi alicuius delicti, et non omnia haec custodierint, et exsilium, et proscriptionem (1) sustinebunt. Haec vero iubemus servare et (2) locorum sanctissimos episcopos, ut providentia eorum traditae personae in monasteriis mittantur, et de rebus earum, quod a nobis definitum est, monasteriis vindicetur.

antes de ser enviados al monasterio, les damos licencia para hacerlo, y les condonamos las susodichas penas, y les concedemos que tengan sus propios bienes, y que vivan así unidos, como si en nada se hubiese delinquido. Mas queriendo uno revocar el matrimonio, si no lo consintiera la otra persona, tengan eficacia las penas contra el que no lo hubiere querido. Pero mandamos que todo esto se observe tanto en esta real ciudad, cuanto en las provincias, así por el conde de los bienes privados como por el colegio de palatinos, y por los jueces de las provincias, y sus oficiales, teniendo entendido que si desatendieren algún delito de esta clase, y no hubieren guardado todo esto, sufrirán el destierro y la proscripción. Y mandamos que esto lo observen también los santísimos obispos de la localidad, de suerte que por providencia de ellos sean enviadas á monasterios las personas que les fueron entregadas, y de los bienes de ellas se reivindique para los monasterios lo que por nosotros ha sido determinado.

Cap. XII

Si quis vero accusatus in (3) adulterio per proditionem iudicum aut alio quolibet modo a legibus poenas effugerit, et post haec (4) inveniatur cum muliere, de qua accusatus est, turpiter conversatus, aut in matrimonium accipere eam, et hoc fiat vivente marito aut post eius mortem, neque matrimonium valere iubemus, sed eum, qui hoc delinquere praesumserit, etsi prius profugerit, attamen licentiam damus omni iudici et comprehendere eum, et post tormenta ultimis suppliciis subiicere, nulla alia excusatione (5) aut probatione facienda; et mulierem, castigatam et detrusam (6) monasterio immitti iubemus, et ibi manere in omne tempus propriae vitae, utriusque vero substantiam secundum praedictum ordinem dividi, periculo, sicut praediximus, tam comitis privatarum, quam iudicis loci.

Capítulo XII

Mas si algún acusado de adulterio hubiere eludido por traición de los jueces ó de otro cualquier modo las penas de las leyes, y después de esto se hallara que vive torpemente con la mujer respecto de la que fué acusado, ó que la toma en matrimonio, y esto lo hiciera viviendo el marido ó después de la muerte de éste, mandamos que no sea válido el matrimonio, sino que aunque antes hubiere huído el que se hubiere atrevido á delinquir en esto, le damos, sin embargo, licencia á todo juez para que lo prenda, y para que después de los tormentos lo sujete á los últimos suplicios, sin que se haya de hacer ninguna otra acusación o prueba; y mandamos que la mujer, castigada y habiéndosele cortado el cabello, sea enviada a un monasterio, y en él permanezca todo el tiempo de su vida, pero que los bienes de ambos sean divididos del modo susodicho, bajo la responsabilidad, según antes dijimos, así del conde de los bienes privados, como del juez de la localidad.

Cap. XIII

Quia vero nos oportet humani generis infirmitatem protegere, corporales poenas secundum aliquas partes imminuentes, interdicimus alterutras manus aut pedes abscindi, aut huiusmodi quaedam inferri supplicia, per quae articuli dissolvuntur, quia membrorum dissolutio gravior est utriusque manus abscissione. Propter quod iubemus, si quidem tale aliquid delinquatur, unde leges mortem delinquentibus inferunt, secundum legum virtutem sustinere eum poenas; si vero tale fuerit crimen, quod morte dignum non sit, aliter ipse (7) castigetur, aut in exsilium transmittatur; si vero criminis qualitas membri abscissionem exigat fieri, unam solam manum abscindi. Pro furto autem nolumus omnino quodlibet membrum abscindi aut mori, sed aliter eum castigari. Fures autem vocamus, qui occulte et sine armis huiusmodi delinquunt; eos vero, qui violenter aggrediuntur, aut cum armis, aut sine armis, in domibus (8), aut

Capítulo XIII

Mas como es conveniente que protejamos la debilidad del género humano, aminorando en alguna parte las penas corporales, prohibimos que se corten ambas manos ó ambos pies, ó que se impongan algunos de los suplicios por los que se hacen desarticulaciones, porque la desarticulación de miembros es más grave que la amputación de ambas manos. Por lo cual mandamos, que si ciertamente se delinquiera en alguna cosa tal que por ella impongan las leyes la pena de muerte á los delincuentes, sufra éste las penas á tenor de las leyes; pero si el crimen fuere tal, que no sea digno de la muerte, sea aquel mismo castigado de otro modo, ó enviado al destierro; mas si la calidad del crimen exigiera que se haga la amputación de un miembro, ampútese una sola mano. Mas por hurto no queremos de ningún modo que se ampute miembro alguno, ó que se mate, sino que sea castigado de otro modo. Pero llamamos hurtadores á los que oculta-

(1) *El cód. Hamb.;* bonorum, *adicionan las ed.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.;* et, *omitenla Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.;* de, *Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb.;* hoc, *las ed.*
(5) *Mejor estaría* accusatione.
(6) detonsam, *enmienda acertadamente Cramer.*

(7) sit, sed ut ipse, *el cód. Hamb., y Trid.:* sit, aut castigetur, *Port.;* sit, ipse aut castigetur, *Cont.;* sit, ipse aliter castigetur, *Bk. ed. estereotipada.*
(8) domos, *el cód. Hamb., y Trid. Debiéndose leer acaso* domo.

in (1) itineribus, aut in mari, poenis eos legalibus subdi iubemus. Ut autem non solum corporales poenae, sed etiam pecuniariae mediocriores (2) fiant, sancimus, eos, qui in criminibus accusantur, in quibus leges mortem aut proscriptionem definiunt, si convincantur aut condemnentur, eorum substantias non fieri lucrum iudicibus aut eorum officiis, sed neque secundum veteres leges fisco eas applicari, sed si quidem habeant descendentes et ascendentes (3) usque ad tertium gradum, eos habere. Si vero mulieres habeant, qui condemnati sunt, omnibus modis iubemus istas et dotem, et nuptialem (4) donationem accipere; si vero et (5) sine dote talibus personis coniunctae fuerint, a legibus definitam partem de tota substantia condemnati eas accipere, sive filios habeant, sive non; si vero neminem praedictorum habeat, qui deliquit, tunc fisco sociari eius substantiam. In maiestatis vero crimine condemnatis veteres leges servari iubemus (6).

mente y sin armas delinquen de este modo; pero á los que acometen violentamente, ó con armas, ó sin armas, en las casas, ó en los caminos, ó en el mar, mandamos que sean sometidos á las penas de las leyes. Mas para que se hagan más moderadas no solamente las penas corporales, sino también las pecuniarias, mandamos, que si los que son acusados de crímenes, para los que las leyes determinan la muerte ó la proscripción, fueran convictos ó condenados, sus bienes no sean convertidos en lucro de los jueces ó de los oficiales de éstos, ni sean aplicados al fisco con arreglo á las antiguas leyes, sino que si verdaderamente tuvieran descendientes y ascendientes hasta el tercer grado, los tengan éstos. Pero si tuvieran mujeres los que fueron condenados, mandamos que de todos modos reciban ellas así la dote, como la donación nupcial; mas si aun sin dote hubieren estado unidas á tales personas, reciban ellas de todos los bienes del condenado la parte fijada por las leyes, ora tengan, ora no, hijos; mas si el que delinquió no tuviera á nadie de los susodichos, en este caso sean adjudicados sus bienes al fisco. Pero respecto á los condenados por crimen de lesa majestad, mandamos que se observen las antiguas leyes.

Epilogus

Provideat igitur gloria tua, ut sacram hanc legem nostram in felici hac urbe proponat, et in provincias mittat, earumque praesidibus manifestam faciat, ut omnes subditi cognoscant, quantam eorum curam geramus.

Dat. Kal. Maii, Constantinop. imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. ann. XXX. post BASILII V. C. cons. ann. XV. [556.]

Epilogo

Por tanto, provea tu gloria para exponer esta sacra ley nuestra en esta feliz ciudad, y para enviarla á las provincias, y hacerla manifiesta á los presidentes de ellas, á fin de que todos nuestros súbditos conozcan cuanto nos cuidamos de ellos.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Mayo, en el año trigésimo del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, décimo quinto después del consulado de BASILIO, varón muy esclarecido. [556.]

NOVELLA CXXXV (7)

NE QUIS BONIS CEDERE COGATUR

Praefatio

Quae nos ad deum placandum invitant, ut illa inter subditos crescant et splendeant, operam damus. Zosarius quidam ex provincia Mysarum oriundus, lacrimans nobis supplicavit et docuit, se ob publicas et privatas pecunias a clarissimo provinciae praeside ex sola superbia vexatum esse. Neque enim passus est de pecuniis libellos persecutionis rerum suarum dare, id quod iniustissimum et summe molestum est. Ubi enim iustum est, eum, qui semel casu nec prodita negligentia res suas amisit, denuo indecentem vitam amplecti, et victu quotidiano forte atque corporis amictu per violentiam privari?

Cap. I

Haec cognoscentes, et deterius per id, quod melius est, emendare ad cultum optimi dei, et ne quid

NUEVA CONSTITUCION CXXXV

DE QUE NADIE SEA OBLIGADO Á CEDER SUS BIENES

Prefacio

Nos preocupamos de las cosas que nos invitan á aplacar á Dios, para que aumenten y resplandezcan entre los súbditos. Cierto Zosario, oriundo de la provincia de Misia, nos suplicó con lágrimas y nos hizo saber, que por causa de cantidades de dinero públicas y privadas él había sido vejado solamente por soberbia por el muy esclarecido presidente de la provincia. Porque no consintió que diera por las cantidades libelos para la persecución de sus propios bienes, cosa que es injustísima y sumamente molesta. Porque ¿dónde es justo que el que una vez perdió por accidente y no por manifiesta negligencia sus propios bienes abrace luego una vida indecorosa, y sea privado con violencia acaso del cuotidiano substento y del abrigo del cuerpo?

Capitulo I

Conociendo estas cosas, y deseando ante todo para rendir culto á Dios óptimo, y para que nada

(1) *El cód. Hamb., y Trid.;* in, *omítenla Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb.;* mediocres, *las ed.*
(3) *En el texto griego se halla más completo este pasage, que Bk., atendiendo á él, corrigió y suplió de este modo:* habeant descendentes, eos habere substantiam, exceptis per tale peccatum ipsis allatis, si vero non habeant descendentes, sed ascendentes.
(4) *El cód. Hamb., y Trid.;* antenuptialem, *Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.;* et, *omítenla Port., y Cont.*
(6) *El Epílogo falta en la Vulg., y lo añadió Cont. tomándolo de la versión de Hal.—El texto latino que del mismo sigue es el de Scrimg.*
(7) *El texto griego (Novela CXXXV.) se halla en Hal. y Scrimg.—Athan. XVI. 4.—Anon. III.—El capítulo de la Novela se halla en las Bas. IX. 5. 18.—No queda antigua versión latina.*

gravius a nobis fiat, ante omnia cupientes, sancimus, ut nulli gloriosissimorum aut magnificentissimorum magistratuum liceat cessionis bonorum gratia in angustias adducere aliquem ex iis, qui propter ea, quae diximus, debita, pecunias scilicet publicas vel privatas, conveniuntur, aut eiusmodi vexationis praetextibus uti, ut illi ad poenam corporis evitandam rebus suis potius privari, nec cum inopiae iugo et contumeliae opprobrio ad mortem usque premi malint. Iusiurandum autem per adoranda evangelia praestet, nullam sibi in rebus reliquam esse facultatem, neque aurum, unde debito satisfaciat. Si quae vero iura aut hereditate aut donatione cognatorum in mobilibus aut immobilibus rebus lex illi tribuat, et in illarum possessione nondum constitutus sit, competere tamen illi videantur, possintque creditores vel partem ex illis, vel etiam totum colligere (exceptis tamen rebus uxoris, siquidem revera ad eam pertineant), hoc fiat, atque liceat creditoribus eiusmodi actiones sibi vindicare, et nomine eius, qui aliquando iurium illorum dominus futurus est, actiones instituere, sive debitor adsit, sive non, et vice ipsius debitoris, ut simpliciter dicamus, in tali actione vel rerum vindicatione constituantur.

Epilogus

Diligens igitur et virtutis amans magnificentia tua, quae nobis ita pie placuerunt observet, illisque decem auri librarum mulctam imponat, qui transgredientur aliquid ex iis, quae a nobis de his sancita sunt. Neque enim sine periculo erunt, se et vitae periculum illis inferetur, qui vel nudo consilio ea, quae iuste a nobis hac sacra lege disposita sunt, violare ausi fuerint.

Dat. Kal. Iun. Constantinop. BELISARIO V. C. Cons. (1)

NOVELLA CXXXVI (2)

DE ARGENTARIORUM CONTRACTIBUS

Imperator IUSTINIANUS *Augustus* STRATEGIO, *comiti largitionum.*

Praefatio

Qui in corpore sunt argentariorum felicis huius urbis potentiae nostrae supplicantes de multis capitibus nos rogarunt, potiri cupientes auxilio, quum et ipsi multis se utiles praebeant, unde constituta et mutua subeant omnis periculi plena; nam quum sacra nostra constitutio exstet, quae velit, ut exactiones secundum ordinem fiant, et primum quidem principales rei eorumque res, deinde vero fideiussores et mandatores et constitutae pecuniae rei excutiantur, ab hac lege collegium ipsorum eximi, omniumque gravissima pati, si ipsi quidem constitutionis auxilio uti nequeant, sed statim exigantur, si vero ab aliis constituta accipiant, illi,

que sea más gravoso se haga por nosotros, enmendar lo malo con lo que es mejor, mandamos, que á ninguno de los gloriosísimos ó muy magníficos magistrados les sea lícito reducir por causa de cesión de bienes á la miseria á alguno de los que son demandados por razón de las deudas, que hemos dicho, esto es, por cantidades públicas ó privadas, ó valerse de los pretextos de tal vejación para que aquellos á fin de evitar la pena corporal prefieran ser privados de sus propios bienes y no ser agobiados por el yugo de la inopia y con el oprobio de la afrenta hasta su muerte. Mas preste por los adorables evangelios juramento de que no tiene en sus cosas ningunos otros bienes, ni dinero, con que satisfacer la deuda. Mas si la ley le atribuyera algunos derechos ó por herencia ó por donación de los cognados en bienes muebles ó inmuebles, y todavía no estuviera constituído en posesión de ellos, pero se considerase que le competen, y pudieran los acreedores apoderarse ó de parte de ellos, ó también de la totalidad, (exceptuándose, sin embargo, los bienes de la mujer, si en realidad le pertenecieran á ella), hágase esto, y séales lícito á los acreedores reivindicar para sí tales acciones, y ejercitar estas acciones en nombre del que algún día ha de ser dueño de aquellos derechos, ya si el deudor estuviera presente, ya si no, y constitúyanse, para decirlo de una vez, en el lugar del mismo deudor respecto á tal acción ó reivindicación de bienes.

Epílogo

Por tanto, observe tu magnificencia, diligente y amante de la virtud lo que tan piadosamente nos ha parecido, é impóngales la multa de diez libras de oro á los que fueren transgresores de algo de lo que sobre esto ha sido sancionado por nosotros. Porque no estarán exentos de responsabilidad, sino que se les impondrá hasta la pérdida de la vida á los que aun por mero designio hubieren intentado violar lo que justamente ha sido dispuesto por nosotros en esta sacra ley.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Junio, bajo el consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido.

NUEVA CONSTITUCION CXXXVI

DE LOS CONTRATOS DE LOS BANQUEROS

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* STRATEGIO, *Conde de las liberalidades.*

Prefacio

Elevando súplicas á nuestro poder los que son de la corporación de banqueros de esta feliz ciudad nos rogaron sobre muchos particulares, deseando ser auxiliados, puesto que también ellos son útiles á muchos, aceptando consignaciones y mútuos, llenos de toda suerte de peligro; pues como existe una sacra constitución nuestra, que quiere que las exacciones se hagan por su orden, y que en primer lugar se haga ciertamente excusión á los deudores principales y de sus bienes, y después á los fiadores y á los mandantes y á los deudores de las cantidades constituidas, el colegio de los mismos está excluído de esta ley, y sufriría los más graves per-

---

(1) *Tal es la indicación de la fecha en la ed. Scrimg.—En Athan. se lee otra incompleta.*

(2) *El texto griego (Nov. CXXXVI.) se halla en Hal. y Scrimg.—Athan. XV. 3.—Toda la Novela se encuentra, excepto el epílogo, en las Bas. XXIII. 1.—Iulian. Const. 118. No queda antigua versión latina.*

qui pecuniam constituerunt, vel horum mandatores aut fideiussores ipsis non satisfaciant, et conveniens et sibi esse, ut aut ipsi communium legum participes sint, aut neque ipsis constitutio nostra adversetur.

juicios, si ellos mismos no pudieran ciertamente utilizar el beneficio de la constitución, sino que desde luego se les exigiera á ellos, pero que si recibiesen de otros cantidades constituídas, no les satisficieran á ellos los que constituyeron el dinero, ó sus mandantes ó fiadores, y es conveniente también para ellos que ó los mismos sean partícipes de las leyes comunes, ó que no se les oponga á ellos nuestra constitución.

Cap. I

Sancimus igitur, si quidam ex illis, qui mensae argentariae praesunt, alicui mutuam pecuniam dent, et vel constitutum, vel fideiussores, vel mandatores accipiant, ipsis vero constitutio et ordo per eam introductus opponatur, ut tum etiam in illis constitutio obtineat, nisi speciale pactum fecerint, licere creditori contra principalem debitorem et contra mandatorem et fideiussorem venire, non exspectato constitutionis ordine. Propter studium enim argentariorum circa communes contractus eiusmodi pacta admittimus, quae non videntur contra legem esse, quoniam unicuique ea, quae a legibus ipsi data sunt, contemnere licet. Sed si eiusmodi pactum fiat, liceat illis et contra primum mandatorem, et contra primum fideiussorem, et contra ceteras personas venire, ut si quidem pactum scriptum non est, etiam in illis constitutio omnino obtineat, sin autem scriptum sit pactum, contractus rem regat, atque exinde exactiones fiant.

Capitulo I

Así, pues, mandamos que, si algunos de los que están al frente de un establecimiento de banco le dieran á alguien dinero en mútuo, y recibieran cantidad constituída, ó fiadores, ó mandantes, y se les opusiera á los mismos la constitución y el orden por ella introducido, tenga también respecto á ellos lugar la constitución, si no hubieren hecho pacto especial, para que les sea lícito á los acreedores dirigirse contra el deudor principal y contra el mandante y el fiador, sin atender al orden de la constitución. Pues por razón del cuidado de los banqueros respecto á los contratos comunes admitimos tales pactos, que no parece que son contra la ley, porque á cada cual le es lícito prescindir de lo que por las leyes se le dió. Mas si se hiciera tal pacto, séales lícito dirigirse así contra el primer mandante, como contra el primer fiador, y contra las demás personas, de suerte que si verdaderamente no hay pacto escrito, tenga lugar de todos modos también respecto á ellos la constitución, pero si se hubiera escrito el pacto, rija para el negocio el contrato, y háganse en virtud de él las exacciones.

Cap. II

Secundum vero illorum caput erat de altera illa exceptione, quam nuper fecimus, quando argentariae mensae praepositus militat, vel filios suos militare facit, quod militantes illorum filii datis frui nequeant, quasi non ex paterna vel aliunde illis quaesita pecunia, sed mutuo dantium militaverint. Atque rogarunt et ipsi, ut aut neque in se talis praesumtio locum haberet, aut ipsis quoque eadem competerent, ut, si quis mutuo ab ipsis accepto militet, vel etiam liberi eius, neque aliunde debitum solvere possit, etiam ex venditione militiae illius vel liberorum ipsis satisfiat. Nos igitur neque simpliciter legem tulimus, sed cum decente observatione, neque patimur, ut illa facile subvertatur, sed sancimus, obtinente sacra constitutione, nec illa praesumtione, quae secundum sacram constitutionem contra illos est, sublata, quoniam multi contrahentes non videntur ex pecuniis suis omnia facere, habere et ipsos idem privilegium, ut, si quis militet vel liberi eius, militia quidem eius omnino obligata sit, siquidem ex earum numero sit, quae venduntur, similiter vero et militia liberorum, nisi ab ipsis manifestissime ostendatur, militiam vel ex materna liberorum substantia, vel ex imperiali liberalitate sibi obtigisse. Nam si debitum aliunde dissolvere nequant, tum ex militia liberorum praepositis mensae argentariae satisfiat, in quorum gratiam hanc legem posuimus, opponentes hoc praesumtioni, quae ex constitutione est. Et quemadmodum illa dictam praesumtionem contra eos fecit, sic et nos contrarium ei remedium afferentes illis solum, qui ex dicto collegio sunt, hoc largimur propter communem eorum utilitatem, quam contractibus praestant, dum multis

Capitulo II

Mas el segundo punto de ellos se refería á aquella otra excepción, que hace poco hicimos, cuando el que está al frente de un establecimiento de banco está en la milicia, ó hace que militen sus hijos, para que no puedan los hijos de ellos que militan disfrutar de los cargos dados, como si ejercieren la milicia no por virtud de dinero de sus padres ó de otro modo adquirido para ellos, sino de los que lo dan en mútuo. Y rogaron también ellos, que ó no tuviera lugar contra ellos tal presunción, ó les competiesen á ellos también las mismas cosas, á fin de que si alguien ejerciera cargo en la milicia por dinero recibido de ellos en mútuo, ó también si lo ejercieran los hijos de aquel, y no pudiera pagar de otro modo la deuda, se les satisficiera á los mismos con la venta del cargo de aquel ó de sus hijos en la milicia. Así, pues, como no establecimos á la ligera la ley, sino con la conveniente observación, tampoco consentimos que ella sea fácilmente infringida, pero mandamos, subsistiendo en vigor la sacra constitución, y no siendo suprimida la presunción que hay contra ellos con arreglo á la sacra constitución, como quiera que muchos contratantes no parece que lo hacen todo con su propio dinero, que tengan también ellos el mismo privilegio, para que, si alguien, ó los hijos de éste, ejerciera cargo en la milicia, quede ciertamente obligada en todo caso su milicia, si verdaderamente fuera del número de aquellas que se venden, y de igual manera también la milicia de los hijos, á no ser que evidentísimamente se probara por los mismos, que obtuvieron la milicia ó con bienes maternos de los hijos, ó por liberalidad imperial. Porque si no pudieran pagar de otro modo la deuda, en este caso satisfágaseles

periculis se immiscent, ut aliorum necessitatibus subveniant.

con la milicia de los hijos á los encargados del establecimiento de banco, en cuyo favor hemos establecido esta ley, oponiendo esto á la presunción, que nace de la constitución. Y así como ésta estableció contra ellos dicha presunción, así también nosotros agregándole un remedio contrario les concedemos esto solamente á los que son de dicho gremio, á causa de la común utilidad que prestan en los contratos, exponiéndose á muchos riesgos para subvenir á las necesidades de los demás.

Cap. III

Atque illud profecto non alienum a ratione dicere visi sunt, si cuidam ad res quasdam mobiles vel immobiles emendas pecuniam credant vel antea crediderint, et certam pecuniam dederint, et ex nummis creditis res acquisita sit, omnium se in ipsa re praecipua habere iura neque debere ullum pati damnum, sed si plane probent, pecuniis suis rem comparatam esse, neque illis debitores pecunia satisfacere possint, ipsa res pecunia eorum emta eis addicatur, quasi revera ab illis emta, sola vero emtoris appellatio interposita esset. Neque enim iustum est, eos, qui sua expendunt, non etiam primum et indubitatum locum in rebus emtis habere, si modo in scriptis contractibus hypothecae mentio facta fuerit. Nam si hoc observaverint, omne id consequentur, quod nos rogarunt, immo vero plus quam petierunt, siquidem potiora ipsis iura prae omnibus damus in iis rebus, quae ex eorum pecunia emtae probantur. Sin tamen contractus sine scripto factus est vel fiat, et ipsi pecuniam dent, vel species quasdam, (quod maxime in praepositis mensae argentariae fieri consuevit, ornatu saepe vel argento in haec dato aut etiam vendito) nec pretium acceperint, tunc eas tanquam suas vindicare illis liceat, licet hypothecas non habeant. Neque enim illi aliena possidebunt, si aurum quidem non solvant, quae vero ipsis ab aliis data sunt frustra detineant, sed sive heredes relinquant, illorum heredes vel pro illis, vel ipsa data reddent, sive etiam heredes non relinquant, licebit ipsis ea vindicare, nec ulla hypotheca in illorum rebus ab aliis quaesitis contra eos obtineat.

Capítulo III

Y ciertamente no parece que dijeron sin razón, que si á alguien le prestaran ó antes le hubieren prestado dinero para comprar algunos bienes muebles ó inmuebles, y le hubieren dado cantidad cierta, y con el dinero prestado hubiera sido adquirida la cosa, deberían tener ellos contra todos derechos preferentes sobre la misma cosa, y no sufrir perjuicio alguno, pero que si claramente probaran que la cosa fué comprada con dinero de ellos, y que los deudores no podían satisfacerles el dinero, se les adjudicara la misma cosa comprada con el dinero de ellos, como si en realidad la cosa hubiese sido comprada por ellos, y se hubiese interpuesto solamente el nombre del comprador. Porque no es justo que los que gastan lo suyo no tengan también primero é indudable lugar respecto á las cosas compradas, si en los contratos escritos se hubiere hecho mención de la hipoteca. Pues si hubieren observado esto, conseguirán todo lo que nos rogaron, y aun más de lo que nos pidieron, puesto que les damos derechos preferentes á todos sobre las cosas que se pruebe que fueron compradas con dinero de ellos. Mas si el contrato se hizo ó se hiciera sin escritura, y ellos dieran dinero ó algunas especies, (cosa que muy frecuentemente se acostumbró á hacer tratándose de encargados de establecimientos de banco, dándose con este fin, ó aun vendiéndose muchas veces, objetos de adorno ó de plata), y no hubieren recibido el precio, en este caso séales lícito reivindicar como suyas estas cosas, aunque no tengan hipotecas. Porque si algunos no pagaran ciertamente el dinero, no poseerán ciertamente las cosas ajenas, y retendrán en vano las que á ellos mismos les fueron dadas por otros, sino que si dejaran herederos, sus herederos pagarán por ellos, ó devolverán las mismas cosas dadas, y aun si no dejaran herederos les será lícito á aquellos reivindicarlas, y no valdrá contra ellos ninguna hipoteca sobre los bienes de ellos adquiridos por otros.

Cap. IV

Quoniam vero legem tulimus, ne argentariae mensae praepositi ultra besses usuras fenerentur, illi autem nos docuerunt, etiam sine scripto se fenerari solere, quantum vero ad usuras, fidem sibi non servari, utpote mutuo sine scriptis contracto nec stipulatione interposita, (iuxta vulgatum illud, non convenire, ut usurae absque stipulatione currant, licet multi sint casus, in quibus non stipulatae etiam usurae, vel ex solo pacto nascuntur, nonnunquam etiam ne quidem ex pactis, sed sua sponte introductae tamen exiguntur) propterea etiam sancimus, non solum ex stipulatione, sed etiam ex non scripto tales usuras illis dari, quales lex illis stipulari concedit, hoc est usque ad bessem centesimae. Nam qui omnibus fere indigentibus

Capítulo IV

Mas como dimos una ley para que los que están al frente de establecimientos de banco no prestasen á mayor interés del ocho por ciento, y ellos nos manifestaron que solían prestar á interés también sin escritura, pero que en cuanto á los intereses no se les guardaba crédito, por haberse contratado el mútuo sin escritura y sin haberse interpuesto estipulación, (con arreglo á lo que vulgarmente se dice, que no es conveniente que sin estipulación corran intereses, aunque sean muchos los casos en que, no habiéndose estipulado tampoco los intereses, nacen aun de solo pacto, y á veces también se exigen aunque no introducidos ciertamente en virtud de pactos, sino espontánemente), por ello mandamos también que se les den á ellos no solamente en virtud

opem ferre parati sunt, iustum non est eiusmodi subtilitate laedi.

de estipulación, sino aun no habiendo mediado escrito, los intereses que la ley les concede que estipulen, esto es, hasta el ocho por ciento. Porque no es justo que los que están dispuestos á prestar auxilio á casi todos los que lo necesitan, sean perjudicados por tal sutileza.

Cap. V

Hoc etiam nos docuerunt, quosdam, qui cum illis contrahunt, instrumenta et rationes conficere, et alia quidem in foro facere, alia vero sua manu conscribere, quibusdam vero ab aliis conscriptis subscribere, petieruntque ut, si illi, qui cum ipsis contrahunt, tale quid scripserint, teneantur, qui ipsis pro datis satisfaciant, nec eo abutantur et dicant, se contractus quidem, vel confessiones, vel rationes omnes manu sua scripsisse, vel aliis scribentibus illis subscripsisse, pecuniam vero, quae illis contineatur, ipsis datam non esse, ut hypothecas exinde habeant, et besses usuras licet scriptae non sint, accipiant. Nos igitur, quoniam illa communia sunt et multa consideratione egent, ad ea, ut decet, respondemus. Nam si quidem aliquis publicum contractum fecerit, totumque manu sua scripserit, vel etiam instrumentis aut rationibus ab aliis scriptis subscripserit, sancimus, ut ille eiusque heredes omnibus modis, personalibus scilicet actionibus teneatur. Neque enim facile hypothecam illis dabimus, qui id pacti non sunt, nisi plane in litteris bonorum mentionem factam esse probatum fuerit, vel ipsi sua obligarint, vel hoc simpliciter adiecerint, «periculo bonorum suorum», vel omnino aliquid tale dixerint aut scripserint, quod ad hypothecae significationem ducat. Tunc enim hypothecam quoque illis praebemus, ut neque legum nostrarum naturam in universum turbemus, neque ipsi auxilio, in quantum potest, priventur.

Capitulo V

(10) *Trid., y Cont.;* Saliopium, *el cód. Hamb.;* Callipium, *se lee en Port.*

(11) *Port.;* habitarium sive cataphilotium, *Trid., y Cont.*

(12) *El cód. Hamb.;* allenari, *las ed.*

»et mea familia; sed si, quod orandum est mihi, »fiant eis filii, et in filiis et (1) in nepotibus legiti»mis aut naturalibus si (2) defuncti sunt, relinque»re unumquemque eorum quod deputatum est (3) »proastium, et domus, tam in adiacentibus huic re»giae civitati, quam in Antiochia (4), filiis et ne»potibus singulorum legitimis ac naturalibus. Credo »enim, quod non deponant neque super naturalibus »filiis aut nepotibus meam dispositionem et volun»tatem. Si vero omnino sine filiis omnes, aut qui»dam, aut unus ex eis moriatur, quod absit, volo et »iubeo, eos, qui sine filiis aut sine filio sunt mori»turi, restituere superstitibus sive superstiti eorum »fratri suprascriptas domos tam hic, quam in An»tiochia, et praemanifestata quinque proastia cum »omni eorum iure et omnibus competentibus inde»sinenter, vacante scilicet inter eos de fideicom»missis aut legatis satisdatione. Volo enim et iubeo, »non exigere eos ab invicem huius modi satisda»tiones, praesumentes sive praesumentem praeter »meam paternam et amabilem circa eos intentio»nem exigere fratres suos aut fratrem satisdatio»nem in prohibitis (5) alienari rebus, omnino eos »fideicommisso cadere». Et haec quidem in testamento dixit, scripsit autem et codicillos huiusmodi et in ipsis usus est huiusmodi verbis (6): «Manife»stum igitur facio, quia dudum quidem in scriptis »feci testamentum, et quae in eo sunt, secundum »placitum mihi modum disposui, et (7) volo et iu»beo, omnia, quaecunque eodem testamento conti»nentur, omnimodo valere, praeter illa sola, quae »in hoc meo codicillo permuto aut subtraho aliqua »derelicta legata. Volo igitur et iubeo, proastium »meum, quod appellatur Cuparia, quod in praedi»cto testamento Constantino viro magnifico, filio »meo, dereliqui, dari et pertinere perfecto posses»sionis et dominii iure Hierio viro clarissimo et »Eugenistato meo nepoti, filio Constantini viri ma»gnifici, integrum ipsum proastium cum omnibus, »quae in eo sunt, praetoriis, et ascensum et de»scensum et omnibus etiam coniunctis sive illatis »cum conclavi (8) domuum, et ergasteriis, et bal»neo, et hortis tam intra, quam extra muros, et »hippodromum, et quod in eo est hortum, et cister»nam, et omnia omnino quocunque modo compe»tentia mihi iura super isto ipso proastio. Dari »quidem volo idem (9) proastium praedicto viro »clarissimo, meo nepoti, Hierio, facto suae potesta»tis per emancipationem a suo patre post obitum »meum, nulla data licentia ei viro honesto nepoti »meo, sed neque his, sive ex hoc meo testamento, »sive ex testamento eiusdem viri clarissimi mei »nepotis suscipientibus iura eius, vendere, aut per»mutare, aut donare alicui, aut quocunque modo »alienare aut ipsum proastium, aut partem aliquam »ex eo, aut ius, propter quod volo idem (10) pro»astium sive domum adiecentem intra ianuas, quae »ducunt circa venerabile oratorium sanctae eccle»siae, permanere per omnia et perpetuari (11) in »mea familia, et nunquam egredi de meo nomine. »Volo autem et iubeo, si contigerit praedictum vi»rum honestum, meum nepotem, Hierium mori »impuberem, aut post pubertatem, sine filiis tamen »ex legitimo matrimonio ei progenitis, pervenire »et competere sive restituere possessionem et pro-

»das de mi nombre y de mi familia; sino que si, lo »que para mí es de desear, les nacieran hijos, y »ellos fallecieran habiendo dejado hijos y nietos le»gítimos ó naturales, les deje cada uno de ellos la »finca suburbana y las casas que le fueron asigna»das, tanto en las cercanías de esta real ciudad, »como en Antioquía, á los hijos y á los nietos de »cada cual, legítimos y naturales. Pues creo que »ni respecto á los hijos naturales ó á los nietos des»atenderán mi disposición y voluntad. Mas si abso»lutamente todos, ó algunos, ó uno de ellos, murie»ran sin hijos, lo que no suceda, quiero y mando »que los que murieren sin hijos ó sin hijo les res»tituyan sin dilación á sus hermanos sobrevivien»tes ó al sobreviviente de estos las susodichas casas »sitas tanto aquí como en Antioquía, y las antes »manifestadas cinco fincas suburbanas con todos »los derechos de ellas y todas las cosas que les »competen, dejando de tener lugar, por supuesto, »entre ellos la fianza por razón de los fideicomisos »ó de los legados. Pues quiero y mando que no se »exijan ellos mútuamente tales fianzas, y que los »que se atrevan ó el que se atreva á exigir, contra »mi paternal y amorosa intención respecto á ellos, »á sus hermanos ó á su hermano fianza por las co»sas prohibidas enajenar, pierdan en absoluto el »fideicomiso». Y esto dijo ciertamente en el testamento, pero escribió también codicilos, y en ellos empleó tales palabras: «Así, pues, hago manifiesto, »que ya antes ciertamente hice testamento por es»crito, y que dispuse lo que en él se contiene en la »forma que me plugo, y quiero y mando que de to»dos modos tenga validez todo lo que en el mismo »testamento se contiene, salvo aquello solo que en »este mi codicilo altero, ó los legados dejados que »quito. Pues quiero y mando que mi finca suburba»na, que se llama Cuparia, y que en el susodicho »testamento dejé al muy magnífico Constantino, mi »hijo, se le dé y pertenezca con perfecto derecho »de posesión y de dominio al muy esclarecido y »muy afable varón Hierio, mi nieto, hijo de Constan»tino, magnífico varón, dándosele íntegra la dicha »finca suburbana con todas las casas de recreo que »en ella hay, y sus subidas y bajadas, y también »con todas las cosas en ellas adheridas ó introduci»das, con las habitaciones de las casas, y los talle»res, y el baño, y los huertos, tanto los que están »dentro, como los que fuera, de los muros, y el »hipódromo, y el huerto que hay en éste, y la cis»terna, y absolutamente todos los derechos que de »cualquier modo me competan sobre esta misma »finca suburbana. Y quiero ciertamente que esta »misma finca suburbana se le dé al susodicho »muy esclarecido Hierio, mi nieto, habiendo sido »hecho de propia potestad por su padre mediante »emancipación después de mi fallecimiento, sin »que á este honrado varón, nieto mío, ni á los que »ó por virtud de este testamento mío, ó de testa»mento del mismo muy esclarecido varón, mi nieto, »reciban los derechos de éste, les quede dada li»cencia alguna para vender, ó permutar, ó donar »á alguien, ó de cualquier modo enajenar, ya la »misma finca suburbana, ya alguna parte de ella, ó »un derecho, por lo cual quiero que la misma finca »suburbana ó la casa adyacente que se halla den-

(1) aut, *Bk*.
(2) si, *omitela Bk. en su ed. estereotipada*.
(3) ei est, *Bk*.
(4) *Trid.*; antiochiam, *el cód. Hamb.*; Antiochis, *Port*; Antiocha, *Cont*.
(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; in his prohibitis, *Port., y Cont.*
(6) *Port., y Cont.*; codicillos huiusmodi usus his verbis fuit, *el cód. Hamb.*; codicillos huiusmodi verbis, *Trid*.

(7) *El cód. Hamb.*; et, *omitenla las ed.*
(8) et ascensu et omnibus etiam conductis sive intra ianuam sive extra ianuam cum (et, *la ed. estereotipada*, conclavibus, *Bk*.
(9) et idem, *el cód. Hamb.*; eundem, *las ed.*
(10) *El cód. Hamb.*; eundem, *las ed.*
(11) *Trid.*; perpetuare, *el cód. Hamb., Port., y Cont.*; perpetuo, *Bk. ed. estereotipada*.

»prietatem eiusdem proastii sive domus viro ma»gnifico eius patri Constantino, sub eadem condi»tione, non alienari aliquando de mea familia aut »de meo nomine». In istis quidem ipsum procedere, Hierii vero gloriosissimi domum (1), quae in Theopolis adiacet ei, et ex paterna in eum pervenit successione, aliis vendidit (2) personis, eam vero domum, quae in hac felicissima civitate, insuper et per codicillos datum sibi proastium, in quibus omnibus alienatio interdicta est, Constantino gloriosissimo eius transmittere filio, illum vero, mox praegnantem relinquentem uxorem, vita functum, scripsit (3) testamentum, per quod disposuit, si non nascantur filii, aut natus impubes moriatur, tam matrem suam Mariam gloriosissimam, quam eius uxorem nobilissimam Mariam in eius vocari successionem. Et quum nata fuit filia, et ipsa pupilla et tenera adhuc aetate ex hominibus decessit, in praedictas nobilissimas pervenire mulieres; reliqua vero (4) substantiae, quae in hac magna civitate sunt domus, insuper et proastium, expressim in codicillis gloriosissimo relicta sunt Hierio, locum forsitan tam ex testamento, quam ex codicillorum sermonibus adhibere, ipse domum et proastium defendere, solus ex Hierii gloriosissimi familia derelicta, quae nunc et primum habens in Hierio meo nomine gradum. Sed ii, qui pro Maria et Maria gloriosissimis feminis verba faciebant, testamenti quidem verbis nullum dicebant locum (5), neque cum legitur Alexandrum virum gloriosissimum locum habere et utrumque (6) suum perficere ipsum et citra Constantinum gloriosae memoriae quam ad hos tanquam ad locum alienantem proastium, quod ei derelictum est, super quod alienationem inaequaliter aliis quod ei pater interdicens competit, et alios fratrum eius hoc facere, et leges nostras, quoniam (7) omnes continue, in quibus tale aliquid dispositum est, transgredi defuncti voluntatem, omnibus similiter restitutionem dicere (8), ut non permutans eis (9) invicem pulsantes, multis pro una cognitione iudiciis subiiciantur. Ideo positas nos rememorare leges. Alexander vero gloriosus magis quidem et de propriis alterutrum recte visus est appellare, super codicillum enim sapientem et de residuis rebus voluntatem suam defunctum facientem familiae reservari (10) volens, sed in proastio iustioribus verbis usus, nihil recte ei alienationem conferre illas, ex imperiali hoc facere impellenti iussione. Venerabilibus (11) pro his verbis usa est pars alterutra, tam testatoris interpretantis (12) voluntatem, quam nostris utentibus (13) legibus, quae (14) sibi expedire putabant.

»tro de las puertas, que conducen cerca del venerable oratorio de la santa iglesia, permanezca en »todo tiempo y se perpetúe en mi familia, y no salga »nunca de mi nombre. Mas quiero y mando, que si »aconteciere que el susodicho honrado varón Hierio, »mi nieto, muere impúbero, ó después de la puber»tad, pero sin hijos nacidos para él de legítimo ma»trimonio, vayan y competan la posesión y la pro»piedad de la misma finca suburbana ó de la casa, »ó restitúyalas, al magnifico varón Constantino, su »padre, bajo la misma condición, de que no sean »nunca enajenadas de mi familia ó de mi nombre». Esto así, fallece él, y el gloriosísimo Hierio vendió á otras personas la casa que en Teópolis le pertenece y fué á su poder de la herencia paterna, pero la casa que se halla sita en esta felicísima ciudad, y además la finca suburbana que se le dió por codicilos, respecto á todas cuyas cosas se prohibió la enajenación, las transmitió á su gloriosísimo hijo Constantino; mas éste, habiendo fallecido luego dejando embarazada á su mujer, escribió testamento, por el que dispuso, que si no le nacieran hijos, ó si el nacido muriese impúbero, fueran llamadas á su sucesión tanto su gloriosísima madre María, como su nobilísima consorte María. Y habiendo nacido una hija, y habiendo fallecido ésta siendo pupila y todavía de tierna edad, pasaron á las susodichas nobilísimas mujeres los demás bienes, tanto la casa que hay en esta grande ciudad, como la finca suburbana, que expresamente fueron dejados en los codicilos al gloriosísimo Hierio; pero que acaso tanto en virtud del testamento, como por las cláusulas de los codicilos, había lugar á que él mismo pudiese reclamar la casa y la finca suburbana, porque él solo era, de la familia dejada por el gloriosísimo Hierio, el que tenía entonces el primer grado en el nombre de Hierio. Mas los que hablaban en pro de las gloriosísimas mujeres María y María decían, que ciertamente no tenían aplicación alguna las palabras del testamento (*). Porque ni Constantino, de gloriosa memoria, falleció sin hijos, para que hubiera lugar á la restitución de una y de otra casa, ni el gloriosísimo Alejandro, por lo que se refiere á la finca suburbana, atacaba á aquellas con arreglo á las leyes, porque también él había enajenado antes el predio suburbano que á él mismo se le había dejado, cuya enajenación había prohibido el padre común igualmente que tratándose de los demás, y los otros hermanos hicieron lo mismo, y nuestras leyes, si todos los demás, respecto á los que se dispuso alguna tal cosa, infringieron la voluntad del difunto, les quitan igualmente á todos la restitución, á fin de que, si mútuamente se demandaran ellos, no queden sujetos por una misma causa á muchas sentencias. Y nos recordaron también las leyes sobre esto establecidas. Pero el gloriosísimo Alejandro decía, que con razón promovía él acción principalmente respecto á una y á otra casa; porque el difunto declaró bien en el codicilo su voluntad también en cuanto á los demás bienes, como el que quiere conservarlos para su familia, pero se valió de más justas razones tratándose del predio suburbano. Y que ellas no le objetaban con razón la enajenación, puesto que por orden imperial había sido concedido hacer esto. Y ambas partes hablaron mucho sobre el particular, ora interpretando la voluntad del testador, ora sirviéndose de las leyes nuestras, que juzgaban que les eran útiles.

---

(1) Hierium vero gloriosae memoriae domum, *Bk.*
(2) vendidisse, *Bk.*
(3) *Port., y Cont.;* rescripsit, *el cód. Hamb., y Trid.:* scripsisse, *Bk.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.;* reliquae vero, *Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.;* habere, *adicionan Port., y Cont.*
(6) *Port., y Cont.;* gloriosissimum locum habere tam ex omnibus locum habere et utrumque, *el cód. Hamb.;* gloriosissimum locum habere tam ex hominibus locum habere et utrumque, *Trid.*
(7) quando, *Bk.*
(8) adimere. *Bk.*
(9) *El cód. Hamb.:* permittens eis, *Trid.;* permittas eis. *Port., y Cont.*
(10) res servari, *conjetura acertadamente Bk. en su ed. estereotipada.*
(11) Verum multis, *Bk.*
(12) Interpretantes, *Bk.*
(13) utentes, *Bk.*
(14) quas, *Bk.*
(*) En este pasaje, y en otros que le siguen, siéndonos imposible traducir el texto latino, de la glosa, atendemos al de la versión hecha del griego por Hombergk, pero sin perder nunca de vista á aquél. — *N. del Tr.*

Cap. I

Nos igitur legis et testamenti interpretationem propositam (1) non sola sententia, sed lege complecti cognitionis decisionem putavimus oportere, ut tam praesentem quaestionem decernamus, quam reliquis auferamus de huiusmodi contentiones. Unde subtilius testamentum considerantes, verbis ipsis invenimus heredibus demonstratis filiis alienationem interdictam, quando futuri essent sine filiis fungi vitam, non ulterius vero iis, qui solum (2) eis successerint, filiis, sed sufficere defunctorum (3), usque ad filium stare interdictionem. Si enim et ipsi filios relinquentes moriantur, quod est relictum, neque in longiori a filiorum vita alienationis prohibitionem voluisse facere, codicillum vero in proastio solo factum prohibere et iis, qui ex testamento Hierio gloriosae memoriae, iuniore dicimus, res suscipientibus proastium alienare. Etenim istis qui remanserunt velle defunctum perpetuo in familia manere sua. Ea quidem, quae in quaestionem deducta sunt, talia (4).

Capitulo I

Por tanto, hemos creído nosotros que era conveniente comprender no en una sola sentencia la interpetación propuesta de la ley y del testamento, sino en una ley la decisión del caso contencioso, tanto para decidir la presente cuestión, como para librar á los demás de análogas contiendas. Por lo cual, considerando más escrupulosamente el testamento, hallamos en sus mismas palabras que les fué prohibida la enajenación á los hijos designados herederos, cuando hubiesen fallecido sin hijos, pero no á los ulteriores hijos que solamente á ellos les hubieren sucedido, y que le bastó al difunto limitar al hijo la prohibición. Si, pues, también ellos fallecieran dejando hijos, no quiso hacer, en cuanto á lo que se dejó, prohibición de enajenación por más largo tiempo que el de la vida de los hijos, pero el codicilo hecho solamente en cuanto á la finca suburbana les prohibe también á los que por virtud del testamento de Hierio, de gloriosa memoria, queremos decir, el menor, reciben los bienes, que enajenen la finca suburbana. Porque, también en cuanto á estos que quedaron, quiso el difunto que perpétuamente permaneciese en su familia. Y tales son ciertamente los puntos que fueron puestos en cuestión.

Cap. II

Considerantes oportere humilitatis cognitionem, in aliis quidem rebus, quae Constantinus gloriosae memoriae Hierio seniori, de quibus ex testamento factus est dominus nihil accipere ex his existimavimus bene surgere (5) quaestionem, vacare vero in istis actione non Alexandrum solum virum gloriosum, sed etiam reliquam omnem familiam, ex testamenti verbis usque ad filios solum stare prohibitionem, et ipsum Hierium gloriosae memoriae filium, per quos ei facientes smaripos eos (6). Hierii iura, qui post eos familiae substituentes partem, alienaverunt quae apud eos, tanquam in substitutione ex voluntate interdictorum ciantibus unius. In proastio vero, neque si dominum codicilli Hierium ostendant gloriosae memoriae, multum nobis visum est plenum esse pietate, quatuor postea generationes huiusmodi in medium deduci quaestionem. Nunc igitur gloriosis feminis Maria et Maria adhuc superstitibus, quas et ipsas in familia iacendo, nostris legibus et nuris (7) huiusmodi verbis promeritis, non recte neque competenter Alexander gloriosus ad se venientem instituit litem. Transeundo vero et istorum quatuor iam generationes transiise videntur non facere quidem antiquam taliter iudici cognitionem tradi, maxime constituens filia adhuc pupillaris taliter (8) aetatis functa vita, ut, si etiam sine testamento ille esset, in matrem eius pervenire proastium, non ipsius novellae vero legi utpote factae horum causa, et nullis Hierii gloriosae memoriae heredibus circa voluntatem peccantibus eius. Etenim testamentum Constantinus scribens substitutiones aliquas fecit filia defuncta impubere, attamen nil ex hoc introducitur magnum, et ipsius secundum hoc legis pu-

Capitulo II

Y habiendo considerado el caso con toda la diligencia que conviene, hemos juzgado, ciertamente respecto á los otros bienes, de que por virtud del testamento del padre fué hecho dueño Constantino, de gloriosa memoria, hijo de Hierio el más joven, que tampoco se promovió rectamente la cuestión, sino que creemos que respecto á tales bienes ha de ser excluído de la acción no solamente el gloriosísimo Alejandro, sino también toda la demás familia, porque en virtud de las palabras del testamento la prohibición se limita solamente á los hijos, y los mismos hijos de Hierio, de gloriosa memoria, por los cuales reivindican para sí los que después de ellos son parte de la familia los derechos de Hierio, enajenaron algunas cosas dejadas á ellos mismos, y renunciaron ciertamente á la substitución casi por una sola voluntad. Pero en cuanto al predio suburbano, cuyo señor demuestra el codicilo que es Hierio, de gloriosa memoria, nos pareció que era estar muy lleno de piedad proponer después de cuatro generaciones semejante cuestión. Ahora, pues, sobreviviendo todavía las gloriosas mujeres María y María, las que también han de ser contadas en la familia, porque nuestras leyes comprendieron también á las nueras en esta denominación, no sostiene recta ni competentemente el glorioso Alejandro el litigio á él promovido. Pero además, habiendo fallecido ellas, de suerte que parezca que ya han pasado cuatro generaciones, no consentimos que cuestión tan antigua sea llevada á juicio, mayormente habiendo fallecido siendo todavía de edad pupilar la hija de Constantino, de modo que, aunque éste no hubiese hecho testamento, la finca suburbana pasaría á su madre, como si no

(1) videntes, *adiciona aquí en este lugar Bk. en su edicion estereotipada.*
(2) semel, *Bk.*
(3) defuncto, *Bk.*
(4) sunt, sunt talia, *Bk. Parece que el antiguo traductor latino unió estas palabras con las siguientes, del capítulo segundo.*

(5) *El cód. Hamb., y Trid.;* suggerere, *en vez de* surgere, *se lee en Port., y Cont.*
(6) *Trid.;* smariposeos, *Port., y Cont. En el códice Hamb. faltan aquí algunas palabras.*
(7) *Trid.;* nuris, *omítela Port., y Cont.*
(8) *El cód. Hamb., Trid., y Cont.:* aliter, *en lugar de* taliter, *se halla en Port.*

pillae matri substantiam praebente, marito circa transitum eam (1).

Cap. III

Sancimus igitur, neque Alexandrum virum gloriosum, aut eius filios, neque successores relinquere (2) Hierii gloriosae memoriae senioris filios, neque alium quendam ex omnibus in eius constitutum familia aut (3) contra Mariam et Mariam gloriosas feminas occasione rerum apud eas constitutarum, aut contra alios agere, apud quos res constitutae sunt. Nunc autem in quibus (4) futuro pervenerint tempore, in quibus Hierius gloriosae memoriae prohibens fecit (5) alienationem, aut omnino quo memoriam prohibitione et familiae nomen, et aliquod ius fabricare ex hoc, ut aliis Hierii gloriosae memoriae filiis ipsorum ipsis alienantibus et convenientibus sicut et reliquorum alienationibus, et primitus levarentur, et successoribus quae possunt actiones competere de hoc et aliis, quos apprehendentes relinquimus intellectui ad huiusmodi nobis sufficientibus iudicium et legislationem. Et hanc esse decisionem non praesentis cognitionis solum. sed et (6) reliquarum, in quibus prohibitiones (7) factae huiusmodi successiones tantae processerunt, et heredum ultimus per medium aliquem pupillum successerit. Tunc enim tempus (8) et exterius a familia primi prohibentis licentiam habebit ex praesente nostra lege transmittere res. Communem enim hanc fecimus legem tam praesentis cognitionis, quam post hanc evenientium taliter prohibitionem, tam evenientem nunc dirimentes contentionem quam eas, quae futurae sunt, resecantes. (9)

NOVELLA CLX (10)

EXEMPLUM SACRAE PRAGMATICAE SANCTIONIS

Imperator IUSTINIANUS *Augustus* PAPIO.

Praefatio

Aristocrates facundissimus pater Aphrodisiensis civitatis, et qui in ea sunt possessores supplices nobis facti sunt, dicentes, praedictam urbem etc. Ac primum quidem illud putamus, quosdam leges nostras ita accipere et intelligere, ut exinde, quod minime oportebat, iniustarum actionum occasiones sibi sumant. Edocti enim sumus a patre civitatis, multum auri collectum esse civitati ex legatis a quibusdam civitati Aphrodisiensium relictis, et ne id periret, quosdam ex potentibus civitatis aurum

la misma pupila, sino la ley, fuese la causa de esto, y ninguno de los herederos de Hierio, de gloriosa memoria, hubiese infringido la voluntad de él. Porque si Constantino al escribir su testamento hizo algunas substituciones, si su hija hubiera fallecido impúbera, no se produce con esto ninguna grande dificultad, pues también la misma ley le concede por sí á la madre los bienes de la pupila, fallecida esta sin testamento.

Capitulo III

Por tanto, mandamos, que ni Alejandro, varón glorioso, ó sus hijos, ni los sucesores de los demás hijos del anciano Hierio, de gloriosa memoria, ni otro cualquiera de todos los comprendidos en la familia de éste, ejerciten acción contra las gloriosas mujeres María y María, con motivo de los bienes que se hallen en poder de ellas, ó contra otros en cuyo poder estén en la actualidad, ó á quienes hayan de ir en el siguiente tiempo, los bienes cuya enajenación prohibió Hierio, de gloriosa memoria, ni en lo sucesivo hagan en absoluto mención de la prohibición y del nombre de la familia, y de aquí deriven algún derecho, porque habiendo enajenado también los demás hijos de Hierio, de gloriosa memoria, sus propios bienes, y casi consentido asimismo las enajenaciones de los demás, suprimieron tanto para sí mismos, como también para sus sucesores, las acciones que de aquí podían competerles, y nos bastan para esta sentencia y juicio las demás razones, que antes hemos dicho. Y sea esta la decisión no solo del presente caso, sino también de los demás, en que hecha tal prohibición hubieren pasado tantas sucesiones, y el último de los herederos haya recibido la herencia por medio de algún impúbero. Porque en este caso le será lícito transmitir también á los que están fuera de la familia del primero, que hizo la prohibición, los bienes en virtud de esta ley nuestra. Pues hemos dado esta ley común tanto para el presente caso, como también para las prohibiciones que después de él se hayan de hacer, así resolviendo la contienda que ahora surgió, como impidiendo las futuras.

NUEVA CONSTITUCION CLX

COPIA DE UNA SACRA PRAGMÁTICA SANCIÓN

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* PAPIO.

Prefacio

Aristócrates, elocuentísimo padre de la ciudad de Afrodisia, y los poseedores que hay en ella, nos han elevado súplicas diciendo, que la susodicha ciudad etc. Y en primer lugar ciertamente consideramos que algunos interpretan y entienden nuestras leyes de modo que, lo que de ningún modo es conveniente, se procuran ocasiones para acciones injustas. Pues hemos sido informados por el padre de la ciudad, que se había reunido para la ciudad mucho dinero por virtud de legados dejados por al-

(1) *El cód. Hamb., Port., y Cont.;* testamento circa transitum eam, *Trid. Acaso deba leerse* mortua citra testamentum ea.

(2) reliquorum, *Bk.*

(3) *El cód. Hamb., Trid., y Cont.;* quae, *Port.*

(4) sunt nunc aut in quos, *Bk.*

(5) fuit, *Bk.*

(6) *El cód. Hamb.;* et, *omitenla las ed.*

(7) *Acaso escribió* prohibitionis *el antiguo traductor latino.*

(8) temporis, *Bk.*

(9) *Biener conjetura que esta Constitucion fue dada en el año 556, pero por la subscripción que le pone Athan. fue publicada* Kal. Febr. imp. Iustiniani anno 19. post cons. Basil. anno 4. (545.)

(10) *El texto griego de esta Novela CLX. se halla en Hal. y Scrimg.—Excepto el proemio, la Novela se encuentra en las Bas. XXIII. 3. 79. Schol. q. r. — No queda antigua versión latina.*

illud collocasse, ut pro eo civitati singulis annis solveretur, sive quis intributionem, sive reditum, sive et usuras id appellare velit, quod civitatem accipere convenit, quamdiu aurum apud accipientem maneat; illos tamen, qui pecuniam acceperunt, quia constitutionem fecimus, ne creditoribus duplum debiti exigere permittatur, sed ut eo solo contenti sint, dicere, quia ultra duplum solverint, debere legatum civitati perire, atque calefactiones quidem publicarum balnearum inde factas laedi, opera vero publica deminui, et legem nostram illorumque interpretationem civitatem affligere.

gunos á la ciudad de Afrodisia, y que, para que no desapareciera, algunos de los poderosos de la ciudad habían colocado este dinero, de suerte que por él se le pagase á la ciudad cada año lo que á la ciudad le conviniese recibir, ya alguien lo quiera llamar contribución, ya renta, ya también intereses, mientras el dinero permaneciera en poder del que lo recibe; pero que los que recibieron el dinero, como quiera que hicimos una constitución para que no se les permitiera á los acreedores exigir más del duplo de la deuda, sino que se contentasen con este solo, decían, que, pues habían pagado más del duplo, debía extinguirse el legado hecho á la ciudad, y se perjudicaban ciertamente las calefacciones de los baños públicos hechas con él, y se disminuían las obras públicas, y nuestra ley y la interpretación de aquellos causaban perjuicio á la ciudad.

Cap. I

Quae omnia ex civitate nostra expellentes sancimus, illos, qui aurum ita acceperunt, ut pro eo pensionem quandam civitati solvant, quamdiu aurum habent, id inferre cogantur, quod pro eo singulis annis constituerunt, neque plane sacra constitutione ad hoc utantur. Illam enim de creditoribus quidem et speciebus in ea expresse comprehensis conscripsimus, praesens vero casus illam non tangit, siquidem magis reditui annuo, quam solutioni usurarum similis est, nos autem aequaliter et fisci et civitatum curam gerere oportet. Si quis autem post hanc etiam sanctionem nostram aliter ea, quae a nobis sancita sunt acceperit, et civitatem data pecunia privare velit, et pro omni tempore quantum civitati debet deponat, et duplum reddat, ut dolosae interpretationis iustam remunerationem accipiat: quia quum bonus posset civis esse, ita malus est, ut patriam laedat.

Capitulo I

Desterrando todo esto de nuestra república, mandamos, que los que recibieron dinero, para pagar por él cierta posesión á una ciudad, sean obligados á pagar mientras tienen el dinero lo que por él establecieron para cada año, y no se sirvan ciertamente para esto de la sacra constitución. Porque ésta la escribimos ciertamente respecto á los acreedores y á las especies expresamente comprendidos en ella, pero el presente caso no le corresponde á ella, pues más bien es semejante al de una renta anual, que al de pago de intereses, y es menester que nosotros cuidemos igualmente tanto del fisco como de las ciudades. Mas si aun después de esta sanción nuestra alguien entendiere de otro modo lo que por nosotros ha sido sancionado, y quisiera privar á la ciudad del dinero dado, pague á la ciudad cuanto por todo el tiempo le debe, y devuelva el duplo, para que reciba justa renumeración por su dolosa interpretación: porque, pudiendo ser buen ciudadano, es de tal manera malo, que perjudica á su patria.

NOVELLA CLXI (1)

DE PRAESIDIBUS

Praefatio

Non solum ea, quae decet, legibus sancire, maximo bono est, sed et sancita diligenter servare et effectui dare, transgressoresque convenientibus poenis subiicere. Quae enim utilitas erit legum, si illae in litteris consistant, neque commodum per res ipsas et facta subditis praebeant? Iam scimus, Imperatorem magnam subditorum curam gessisse, quum saepius definierit, ut provinciarum praesides gratis magistratus accipiant, quo et ipsi sancte iis utentes subditis iustum et aequum tribuant, et fiscus propter subditorum indemnitatem abundet. Sed haec quidem ab avaritia eorum, qui magistratus emunt magis, quam accipiunt, devicta paulatim oblivioni tradita sunt.

NUEVA CONSTITUCION CLXI

DE LOS PRESIDENTES

Prefacio

Es muy grande bien no solamente sancionar en las leyes lo que es conveniente, sino también guardar con diligencia y llevar á efecto lo sancionado, y sujetar á los transgresores á las penas competentes. Pues ¿cuál sería la utilidad de las leyes, si ellas consistieran en la letra escrita, y no les dieran en realidad y de hecho utilidad á los súbditos? Ya sabemos que el Emperador tuvo grande cuidado de los súbditos, habiendo determinado muchas veces que los presidentes de las provincias recibieran gratuitamente las magistraturas, para que sirviéndose los mismos santamente de ellas les den á los súbditos lo justo y lo equitativo, y el fisco prospere con la indemnidad de los súbditos. Mas debilitadas ciertamente estas disposiciones por la avaricia de los que más bien compran, que obtienen, las magistraturas, han sido dadas paulatinamente al olvido.

Cap. I

Nos vero latas de his leges renovantes sancimus, ut illi quidem magistratum gerant, qui bona existi-

Capitulo I

Pero renovando nosotros las leyes dadas sobre esto mandamos, que desempeñen ciertamente la

(1) *El texto griego de esta Novela CLXI., tercera de Tiberio II., se halla en Hal. y falta en Scrimg. — Bas. VI.3. 46. 12. 47. — No queda de la misma antigua versión latina.*

matione spectati sunt, plurimamque in iustitia curam collocarunt, sine ullo autem dono et largitione magistratus susceperiant; ac subditos quidem illaesos indemnesque servent, publica vero tributa diligenter exigant, neque per se, vel assessores suos, vel cancellarios, vel domesticos, vel quemquam ex illis, qui ad eos pertinent, a subditis quidquam accipiant, nisi quadruplum (ut leges loquuntur) eius, quod ab ipsis acceptum est, solvere velint, sed illis contenti sint, quae ex fisco et lege ipsis definita sunt. Magistratu abeuntes per legitimos quinquaginta dies in publico conspectu versentur, illisque, qui agere volunt, respondeant. Lite vero intra quinquaginta dies non finita, si quidem pecuniaria sit, procuratorem dent, sin autem criminalis, ad finem usque causae maneant, atque iudices, sive magistratus sint, sive a praefectis dati, nisi intra viginti dies a lite coepta eam finierint, decem auri libris mulctentur, lite secundum ea, quae dicta sunt, procedente. Nam si quidam ex illis mala conscientia acti clam aufugiant, vel etiam ad sacras domus accurrant, substantiam suam amittant, quae inter eos, qui iniuria affecti sunt, secundum legem et pro modo iniuriae illatae dividatur, et quemadmodum constitutio de hoc edita, et ex una parte, prout ante sancitum est, doceat. Ea, quae pro subditis introducta sunt, firma maneant, firmis scilicet manentibus reliquis etiam, quae ad utilitatem subditorum de praesidibus bene ab Imperatore sancita sunt. Sicut autem eos, qui ita peccaverunt, punimus, ita illos quoque, qui hac occasione ex rebus prohibitis aliquid ab iis accipiunt, quadrupli restitutioni subiicimus.

magistratura los que hayan sido considerados de buena estimación, y pusieron mucho cuidado en la justicia, y sin algún donativo y liberalidad obtuvieran las magistraturas; y conserven, á la verdad, ilesos é indemnes á los súbditos, exijan con diligencia los tributos públicos, y ni por sí, ó por sus asesores, ó cancilleres, ó domésticos, ó por alguno de los que les pertenecen, reciban cosa alguna de los súdditos, á no ser que quieran pagar (como dicen las leyes) el cuádruplo de lo que se recibió por ellos, sino conténtense con lo que para los mismos ha sido señalado del fisco y por la ley. Los que cesen en la magistratura muéstrense á la vista del público durante los cincuenta días legales, y respóndanles á los que quieran ejercitar acción. Pero no habiéndose terminado el litigio dentro de los cincuenta días, si verdaderamente fuese pecuniario, nombren procurador, y si criminal, permanezcan hasta el fin de la causa, y si los juzgadores, ya sean magistrados, ya hayan sido nombrados por los prefectos, no lo hubieren terminado dentro de veinte días de haberse comenzado el litigio, sean multados en diez libras de oro, prosiguiéndose el litigio, conforme á lo que se ha dicho. Mas si movidos algunos de ellos por su mala conciencia huyeran clandestinamente, ó también si se acogiesen á sagradas casas, pierdan sus propios bienes, los cuales se dividan, entre aquellos á quienes afectó la injusticia, con arreglo á la ley y á proporción de la injuria inferida, y según indique la constitución dada sobre esto, aun por una parte, conforme antes se dispuso. Y subsista firme lo que en pro de los súbditos se introdujo, quedando, por supuesto, también firme lo demás que para utilidad de los súbditos fué bien sancionado por el Emperador respecto á los presidentes. Mas así como castigamos á los que de tal modo delinquieron, así también sujetamos á la restitución del cuádruplo á los que en tal ocasión reciben de ellos algunas de las cosas prohibidas.

Cap. II

Atque ut haec sanciremus in mentem nobis venit, qui subditorum opulentiam et commoda pluris facimus, quam reditus exinde reipublicae illatos. Tollimus enim una cum magistratuum largitionibus etiam suffragia, quae imperialibus rationibus inferuntur, magnumque pecuniae acervum efficiunt, ut et hac re respublica bonum successum habeat, et ad opulentiorem statum redeat, sublatis tributis, quae ab aliquo tempore a quibusdam in damnum eius excogitata sunt. Potentiae enim nostrae unica haec cura est, ut provinciae et bonis legibus utantur, et secure inhabitentur, iustitiaque praesidum fruantur, et publica tributa sine querela inferantur. Neque enim aliter respublica servari potest, nisi piae contributiones inferantur, ex quibus res quidem militaris sustentata hostibus resistit, agros vero et urbes custodit, ceteri vero ordines illis fruuntur, quae iis attributa sunt, muri et urbes instaurantur, et reliqua omnia procedunt, quae ad communem subditorum utilitatem spectant.

Capítulo II

Y se nos ocurrió sancionar esto á nosotros, que estimamos en más el enriquecimiento y el bienestar de los súbditos, que las rentas pagadas por esto á la república. Pues suprimimos juntamente con las liberalidades de los magistrados también los sufragios que se pagan para los fondos imperiales, y que constituyen una grande cantidad de dinero, para que también con esto obtenga buen resultado la república, y vuelva á más opulento estado, suprimidos los tributos que en daño de ella se imaginaron en otro tiempo por algunos. Porque este el único cuidado de nuestra potestad, que las provincias se sirvan de buenas leyes, y sean habitadas con seguridad, y disfruten de la justicia de los presidentes, y se paguen sin querellas los tributos públicos. Porque no se puede conservar la república de otro modo, sino si se satisfacen las piadosas contribuciones, con las que substentada ciertamente la fuerza militar opone resistencia á los enemigos, y custodia los campos y las ciudades, y disfrutan los demás órdenes de lo que les está asignado, se restauran los muros y las ciudades, y se hace todo lo demás que se refiere á la común utilidad de los súbditos.

Epilogus

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt gloria tua in felici hac urbe consuetis in locis proponat, mittat vero etiam in provincias solitis praeceptis utens, ut omnes videant,

Epílogo

Por tanto, exponga en esta feliz ciudad tu gloria en los lugares acostumbrados lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado en esta sacra ley, y envíelo también á las provincias valiéndose de los

quantae nobis tam fisci quam subditorum nostrorum incolumitas curae sit. (1)

mandatos acostumbrados, para que todos vean cuánto nos importa mantener incólumes tanto al fisco como á nuestros súbditos.

NOVELLA CLXII (2)

SACRA FORMA TRANSMISSA DOMINICO, GLORIOSISSIMO PRAEFECTO, DE VARIIS CAPITIBUS

Interrogavit nos gloria tua de quibusdam controversiis, agitatis inter disertissimos Illyrici fori causarum patronos, quas decisione nostra egere dixisti, ne in perpetuum moveantur.

Cap. I

Primum igitur caput hoc erat: Mulier quaedam in his rebus, quae ipsi a marito donatae, nec vero traditae erant, mortuo marito et de donatione tacente res vindicare voluit, tanquam earum domina tam donatione quam silentio mariti facta. Opponebatur a detentoribus, habere illam in ius vocatam solam exceptionem, si possideat, non vero etiam ab alio eas vindicare posse. Quod igitur controversum fuit, tale erat. Nos vero recordati sumus constitutionis nostrae, quae donatori, etsi non stipuletur traditionem, necessitatem tradendi rem donatam incumbere dicit. Neque enim ad deceptionem, nec ut nudae sint litterae, instrumentum conficere oportet. Meminimus insuper etiam veteris legis Cinciae legislationis, quam recte e legibus suis olim respublica eiecit, ea sancientem, de quibus nunc controversia movetur.

§ 1.—Et sancimus, si secundum antea a nobis dicta donatio talis per omnia perfecta sit, quum quantum ad quantitatem, tum quantum ad insinuationem, ut illa secundum constitutionem nostram ex silentio viri omnimodo statim ab initio valeat, ex quo facta est, ut, etsi maritus postea rem hypothecae det, vel pignori obligaverit, [non] tamen is, qui, quam diu superstes fuit, siluerit, iam ante alienasse videatur: et traditio, sive facta fuit, exceptionem illi det, sive non facta sit, etiam exactionem, si quidem stipulatio intervenerit, per actionem ex stipulato, sin vero non intervenerit, per condictitiam ex lege praebeat, ut rem donatam accipiat.

§ 2.—Illud vero etiam iuste constituendum duximus, ut si quidem donationes ab initio actis insinuatae fuerint, eae omnibus modis silentio confirmentur, si vero insinuatae non fuerint, modum autem, qui insinuatione indiget, excedant, eatenus solum eae valeant, quatenus etiam non insinuatas donationes firmas esse a nobis sancitum est. Hoc enim ultimo constituentes obtinere volumus, nec etiam id quod recte se habere poterat, propter adiectionem quantitatis intercidere, id quod etiam de donationibus in universum iam lex nostra dicit. Atque haec non solum in viro et muliere, sed et in aliis personis obtineant, in quibus donationes constante matrimonio prohibitae sunt.

NUEVA CONSTITUCION CLXII

SACRA DISPOSICIÓN SOBRE VARIOS CAPÍTULOS ENVIADA Á DOMINGO, GLORIOSÍSIMO PREFECTO

Nos ha consultado tu gloria sobre algunas controversias ventiladas entre los elocuentísimos patronos de causas del foro de Iliria, que dijiste necesitan decisión nuestra, para que no se promuevan en lo sucesivo.

Capitulo I

El primer capítulo era este: Cierta mujer, tratándose de bienes que á ella misma le habían sido donados por el marido, pero que no le habían sido entregados, quiso, habiendo fallecido el marido y guardado silencio respecto á la donación, reivindicar los bienes, como por haber sido hecha dueña de ellos, tanto por la donación como por el silencio del marido. Se le oponía por los detentadores, que, llamada á juicio, tenía ella excepción solamente si los poseyera, pero que no podía reivindicarlos también de otro. Tal era, pues, lo que se controvertía. Pero nosotros recordamos nuestra constitución, que dice, que, aunque no estipule la entrega, le incumbe al donante la necesidad de entregar la cosa donada. Porque no se debe hacer instrumento para defraudar, ni para que sean vanas las palabras. Recordamos también la legislación de la antigua ley Cincia, que con razón borró en otro tiempo de sus leyes la república, y que sancionaba esto sobre lo que se promueve ahora la controversia.

§ 1.—Y mandamos, que, si tal donación fuera en todo perfecta conforme á lo que antes se dijo por nosotros, así en cuanto á la cantidad, como en cuanto á la insinuación, sea ella de todos modos válida, con arreglo á nuestra constitución, por virtud del silencio del marido, inmediatamente desde el instante en que fué hecha, de suerte que, aun cuando el marido dé después la cosa en hipoteca, ó la hubiere obligado en prenda, no se considere, sin embargo, que ya antes la enajenó el que mientras vivió hubiere guardado silencio: y la entrega, si se hizo, déle á ella excepción, y, si no se hizo, déle también la exacción por medio de la acción de lo estipulado, si verdaderamente hubiere mediado estipulación, y, si no hubiere mediado, por la condicción nacida de la ley, para obtener la cosa donada.

§ 2.—Mas también hemos considerado justo determinar esto, que si verdaderamente se hubieren insinuado desde un principio en actas las donaciones, sean estas confirmadas de todos modos con el silencio, pero que si no hubieren sido insinuadas, y excedieran de la cuantía que requiere insinuación, sean válidas solamente por tanto cuanto aun no habiendo sido insinuadas se dispuso por nosotros que fueran firmes las donaciones. Pues queremos que tenga validez lo que en este último lugar determinamos, y que por razón del aumento de la cantidad no se invalide tampoco lo que válidamente podía subsistir, cosa que también dice ya nuestra ley sobre las donaciones universales. Y rija esto no solamente respecto al marido y á la mujer, sino también en cuanto á las otras personas respecto á las que están prohibidas las donaciones durante el matrimonio.

---

(1) *Falta la subscripción, pero, siendo de Tiberio la constitución, parece que debió ser dada entre los años 578-582.*

(2) *El texto griego de la Novela se halla en Hal. y Scrimg. —Athan. XVIII. 1.—Esta Novela está incluida en las Bas. en varios lugares.—No queda antigua versión latina.*

Cap. II

De secundo vero etiam capite ab excellentia tua interrogati sumus, utrum post constitutionem nostram, quae velit, ut ex libera et adscriptitio nati quidam deinde propter matris conditionem liberi sint, ita spectari debeant, tanquam si neque facti fuerint adscriptitii secundum ius antiquum, an nihilominus coloni fiant propter aliam nostram constitutionem, quae et filiis colonorum terram relinquere non permittat, sed iubeat manere colonos, et num multo magis hoc esse debeat, quandoquidem sit omnino in his personis adscriptitiorum vestigium. Haec igitur interrogatio quidem tua in dicto capite complectebatur. Nostram autem mentem considerantes scire oportet, nunquam permissuros nos esse, ut liber venter adscriptitium pariat, sed hoc symbolum et signum nato post legem tunc positam imponi oportet, ut omnino libertas illis, qui ex libera matre nati sunt, competat. Si quis igitur ex libera et adscriptitio natus sit, manet is quidem liber, et maternam ingenuitatem nullo modo abiicit, ostendit vero constitutio a nobis posita, tales habitatores praediorum cultoresque agrorum, utpote ibi natos, manere se velle. Hoc enim sibi vult coloni appellatio. Licentiam igitur illis non concedimus praedium relinquendi et ad alia migrandi. Sed si omnino quidam in praedio quodam nati sint, si quidem ex adscriptitia matre, manifestum est, omnes adscriptitios futuros esse, sin vero ex libera matre, manebunt quidem liberi, et quae ab ipsis possidentur, illorum erunt, nec peculii dominorum fient, non autem egredientur praedium, sed illud colent, neque ipsis hoc relinquere, atque in alienis oberrare licebit, nisi domini facti sint propriae cuiusdam possessionis, quae eos sufficienter occupet, nec aliam etiam colere permittat atque in illam transmigrent. Alioquin omnimodo ut maneant sancimus in praedio, liberi quidem constituti, in domicilio vero detenti. Atque hoc quidem hactenus constitutum esto.

Capitulo II

Mas también respecto á un segundo capítulo hemos sido interrogados por tu excelencia, sobre si después de la constitución nuestra, que quiere que algunos hijos nacidos de mujer libre y de adscripticio sean después libres por la condición de la madre, deban ser considerados como si no se hubieren hecho adscripticios, según el derecho antiguo, ó si se harán, sin embargo, colonos por virtud de otra constitución nuestra, que no les permite á los hijos de los colonos dejar la tierra, sino que manda que permanezcan siendo colonos, y si con mucha más razón debe ser esto así en este caso, puesto que hay en todas estas personas vestigio de su condición de adscripticio. Y esto comprendía ciertamente tu pregunta en dicho capítulo. Mas conviene saber, considerando nuestra intención, que nunca hemos de permitir nosotros que un vientre libre para un adscripticio, sino que es menester que al nacido después de la ley entonces establecida se le imponga este símbolo y signo, de suerte que en todo caso les competa la libertad á los que nacieron de madre libre. Si, pues, alguno hubiera nacido de mujer libre y de adscripticio, permanece él ciertamente libre, y no se despoja de ningún modo de la ingenuidad de la madre, pero indica la constitución establecida por nosotros, que ella quiere que los tales permanezcan siendo habitantes de los predios y cultivadores de los campos, como nacidos en ellos. Pues esto requiere la denominación de colono. Por lo tanto, no les concedemos á ellos licencia para abandonar el predio y pasar á otros. Mas si algunos hubieran nacido en algún predio, es manifiesto que, si verdaderamente nacieran de madre adscripticia, todos habrán de ser adscripticios, pero si de madre libre, permanecerán ciertamente libres, y será de ellos lo que por los mismos se posee, y no se hará del peculio de sus dueños, mas no saldrán ellos del predio, sino que lo cultivarán, y no les será lícito dejarlo y pasar á otros ajenos, á no ser que se hayan hecho dueños de cualquiera posesión propia, que los ocupe suficientemente, y no les permita cultivar también otra, y pasen á ella. De otra suerte, mandamos, en absoluto que permanezcan en el predio, siendo ciertamente libres, pero estando retenidos en el domicilio. Y quede esto ciertamente establecido de tal modo.

Cap. III

Non absurdum autem nobis visum est, etiam illam quaestionem decisione nostra dignari. Etenim si adscriptitia mulier adscriptitii cuiusdam ad alium pertinentis contubernio se copulaverit, de prole quaesitum est, si liberi ex illis nascantur, utrum ad dominum viri, an ad dominum mulieris sobolem pertinere conveniat? Sancimus igitur, si tale quid fiat, et adscriptitii diversorum dominorum sibi iungantur, quoniam quae ad conditionem spectant controversa non sunt, quum venter non sit liber, nati quidem adscriptitii sint, non tamen matri, nec eius domino omnë dabimus; sed si quidem unus natus sit filius, venter semini praeiudicet, et quod natum est domini sit matris, si vero duo forte sint liberi, ambo dividantur, electione per sortem facienda, sin autem inaequalis sit numerus liberorum, sinus matris plus obtineat, ut, si tres sint, duo quidem sint matris, unus vero patris, et rursus si quinque, tres ex natis domini matris, et duo patris. Et secundum hanc accessionem numerus procedat, ut id quidem, quod aequaliter dividi

Capitulo III

Mas no nos ha parecido absurdo que también sea digna de decisión nuestra esta cuestión. Pues si una mujer adscripticia se hubiere unido en contubernio á un adscripticio cualquiera perteneciente á otro, se preguntó respecto á la prole, si, naciendo hijos de ellos, ¿es conveniente que la prole le pertenezca al dueño del marido, ó al dueño de la mujer? Mandamos, pues, que si sucediera alguna tal cosa, y se unieran entre sí adscripticios de diversos dueños, como quiera que no hay controversia sobre lo que se refiere á la condición, porque el vientre no es libre, sean ciertamente adscripticios los nacidos, pero sin que se lo demos todo á la madre, ni al dueño de esta; pero si ciertamente hubiera nacido un solo hijo, perjudíquele el vientre al gérmen, y sea del dueño de la madre lo que nació, mas si fueran dos acaso los hijos, divídanse ambos, haciéndose á la suerte la elección; y si fuera impar el número de los hijos, obtenga más el claustro materno, de suerte que si fueran tres sean dos ciertamente de la madre, y uno del padre, y á su vez, si cin-

potest, ex aequo distribuatur, quod vero excedit, quod et gratius, matri tribuatur. Hanc enim maiore studio dignari oportet, quae et dolores partus sustinuit, et peperit, et nutrivit, quam eum, qui ut voluptatis opus filii generationem effecit.

Epilogus

Quae igitur sacra hac pragmatica sanctione continentur gloria tua in similibus casibus observare studeat. Etenim et communem hac de re scribemus legem, tum illa ipsa, tum et alia insuper disponentes, in quibus legem necessariam esse credimus.

Dat. V. Id. Septemb. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XIII. Apione V. C. Cons. [539.]

NOVELLA CLXIII (1)

DE RELEVATIONE TRIBUTORUM

Praefatio

Maxima inter homines bona sunt iustitia et humanitas, quarum altera suum cuique tribuit nec aliena concupiscit, altera vero ad misericordiam decurrit gravibusque debitis egentes liberat. Haec ornare imperium et munire, et rempublicam servare, et vitam humanam bene gubernare consueverunt. Quare et nobis, qui a deo sceptra accepimus, magno studio est, ut eiusmodi benefactis conspicui simus, et utilitatem subditis praebentes ex virtute et gloria remunerationem habeamus. Scimus igitur mutua illa et varia hominum exitia ad tantam inopiam possessiones redigere, ut neque reditus inde dominis produci, neque publica tributa sufficienter infferri possint, idque militaribus aliisque necessariis impensis impositis, et nobis saepe multis bellis circumdatis multam pecuniam expendere coactis. Saepe igitur cogitavimus, qua fieri possit ratione, ut et necessitati satisfaceremus, et subditorum egestati mederemur, quumque nostra hac de re sententia in varia distraheretur, magis tamen obtinuit, ut ad humanitatem respiceremus, et quod deo placeret auxilium subditis praestaremus, quod vero deesset communibus sumtibus potius ex imperialibus thesauris introduceremus.

Cap. I

Hanc igitur etiam curam nostram domino Christo acceptam ferentes, atque quae praesentibus magni festi salutaris passionis sanctaeque illius resurrectionis diebus conveniunt facientes, merito illi pro republica hanc quoque praesente donationem offerimus, qua et agricolis omnibusque collatoribus (idem vero dictu est praediorum dominis) integrum unum publicorum tributorum canonem

co, tres de los nacidos sean del dueño de la madre, y dos del de el padre. Y con arreglo á este aumento fíjese el número, de suerte que lo que se pueda dividir por igual, se distribuya por igual, y lo que haya de exceso, y también de gracia, concédasele á la madre. Porque es menester que sea considerada digna de mayor solicitud la que sufrió los dolores del parto, y parió, y amamantó, que no el que realizó la generación del hijo como obra de recreo.

Epilogo

Por tanto, procure observar tu gloria en los casos semejantes lo que se contiene en esta pragmática sanción. Porque escribiremos también una ley común sobre este particular, disponiendo ya esto mismo, ya también otras cosas además, sobre las que creemos que es necesaria una ley.

Dada en Constantinopla á 5 de los Idus de Septiembre, en el año décimo tercero del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Apión, varón muy esclarecido. [539.]

NUEVA CONSTITUCIÓN CLXIII

DE LA RELEVACIÓN DE TRIBUTOS

Prefacio

Los más grandes bienes entre los hombres son la justicia y la humanidad, una de las que da á cada cual lo suyo y no desea lo ajeno, y la otra se inclina á la misericordia y libra de grandes deudas á los necesitados. Estas cosas solieron ser ornato del imperio y fortificarlo, conservar la república, y regir bien la vida humana. Por lo que también nosotros, que hemos recibido de Dios el cetro, tenemos grande empeño en distinguirnos por tales buenos hechos, y, siendo útiles á nuestros súbditos, en tener la renumeración de la virtud y de la gloria. Y sabemos que los mútuos y diversos quebrantos de los hombres redujeron á tanta escasez las posesiones, que no se podían producir de ellos rentas para sus dueños, ni pagar cumplidamente los tributos públicos, y esto habiéndose impuesto gastos militares y otros necesarios, y habiéndonos visto con frecuencia obligados por hallarnos rodeados por muchas guerras á gastar mucho dinero. Así, pues, con frecuencia hemos pensado de qué modo podía lograrse que satisficiéramos la necesidad, y remediáramos la pobreza de los súbditos, y siendo solicitada en diversas direcciones sobre este punto nuestra opinión, prevaleció, sin embargo, que atendiéramos á la humanidad, y les prestásemos á los súbditos auxilio que agradase á Dios, y que más bien entregáramos de los tesoros imperiales lo que faltase para los gastos comunes.

Capítulo I

Así, pues, considerando aceptable para nuestro Señor Jesucristo también este cuidado nuestro, y haciendo lo que conviene en los presentes días de la grande festividad de su saludable pasión y santa resurrección, con razón le ofrecemos al presente por la república también esta donación, por la cual les concedemos á los agricultores y á todos los contribuyentes (y lo mismo es de decir de los dueños de

(1) *El texto griego de esta Novela CLXIII. se halla en Hal. y falta en Scrimg.—Según se dice en la ed. Scrimg., esta Novela es la quinta de Tiberio, y fué dada entre los años 578 y 582; pero por las indicciones, de que se hace mención en esta constitución, indicó R. Schneider en nota á la versión alemana, que más bien parece que es de Justino II. y que fué dada entre los años 573 y 575 cerca de la festividad de la Páscua.—No queda antigua versión latina.*

in quadriennium dividendum concedimus, hoc est quartam quidem eius partem venturae nonae indictionis, decimae vero, quae hanc secutura est, tantam aliam partem, similiter et quartam simul partem undecimae (1) indictionis, minuentes etiam consuetudines, quae qualitercunque pro his rebus quibusdam praebentur.

predios), un cánon íntegro de los tributos públicos, divisible en cuatro años, esto es, ciertamente una cuarta parte de él en la novena indiccion venidera, otra parte igual en la décima que habrá de seguir á esta, y del mismo modo otra cuarta parte en las indicciones undécima y duodécima, disminuyendo también lo que por costumbre se paga de cualquier modo por tal concepto á algunos.

Cap. II

Remittimus vero illis praeteriti etiam temporis reliqua usque ad finem iam praeteritae quintae indictionis, et sancimus, ut nulla priorum tributorum a nobis donatorum exactio fiat, sive illa ad maximum magistratum pertineant sacri orientis praetorii, sive ad praefecturam Illyrici, sive magistratum insularum et militarium ordinum in Scythia et Mysia, sive ad sacras nostras largitiones, vel etiam alium magistratum interdicentes curialibus et exceptoribus, scriniariis et cohortalibus, palatinis et exactoribus, nec non susceptoribus, et quicunque tributorum exactionem et susceptionem instituet et instituit, ne agricolas et subditos circumveniant, vel etiam praediorum dominos, ut diversos exigant, et ex reliquis remissis sibi sumant, vel etiam constituta, vel fideiussiones et cautiones dolose accipiant. Irritam enim facimus omnem contra liberalitatem nostram factam vel etiam faciendam circumscriptionem; illud tamen manifestum sit, ut si quidam ante donationem nostram ex residuis illis usque ad quintam indictionem aliquid exegerint, idque non solvisse videantur, illi omnibus modis id publicis rationibus illaturi sint. Ut enim subditis nostris benefaciamus, hanc illis liberalitatem largimur, non etiam his, qui publica tributa accipiunt et in lucrum suum vertere volunt, dictum praesentem canonem remisimus, annua annona nullo modo deminuenda. Omnem enim mensuram frumenti ceterarumque specierum consueto et solito more contribui et inferri oportet, pretiis quartae partis per singulos annos in quadriennium a nobis remissae ad mensam publicam subditis imputandis, reliquis, quae ab ipsis in auro conferuntur, ex fisco solvendis. Id ipsum autem in Osroëna et Mesopotamia fiet in gratiam eorum, qui species contribuunt ad condita et militarem impensam. Similiter etiam in speciebus, quae dicuntur πλώϊμα (annonae navibus suppeditandae), tam in regione Lazorum, quam Bosphoro et Chersoneso. Harum enim pretia ex fisco accipient, prout in mensis praefectorum, unde illa inferuntur, constitutum est, ut et illi nostra liberalitate hac in re fruantur. Illarum enim specierum illationem plane negligere tutum non est, quum impensa inevitabilis sit, et rem publicam, ut ita dicamus, stabiliat. Credimus autem ex hac quoque nostra donatione magnas reipublicae futuras esse accessiones, deo omnia felicia nobis propter eiusmodi facta largiente. Atque illi qui ad subditorum utilitatem a nobis sancita violare audent, tam de substantia quam de ipsa vita periclitabuntur.

(1) *Es muy verosimil lo que indicó Hal., en su interpretación latina, que aquí desaparecieron en el texto griego las palabras καὶ δωδεκάτης, y consiguientemente* et duodecimae *en la versión latina.—N. del Tr.*

Capítulo II

Pero les condonamos los atrasos también del tiempo pasado hasta fines de la ya pasada quinta indicción, y mandamos, que no se haga exacción alguna de los piadosos tributos condonados por nosotros, ya si ellos pertenecieran á la maxima magistratura del sacro Pretorio de Oriente, ya si á la prefectura de Iliria, ya si á la magistratura de las islas y de las órdenes militares en la Scitia y la Misia, ya si á nuestras sacras liberalidades, ó también á otra magistratura, prohibiéndoles á los curiales y á los contadores, y á los empleados de secretarías, y á los cohortales, y á los palatinos, y á los cobradores, y también á los recaudadores, y á cualquiera que hiciere y hace la exacción y la recaudación de los tributos, que defrauden á los agricultores y á los súbditos, ó también que les exijan á los dueños de los predios, como si fueran diversos de aquellos, y cobren para sí de los atrasos condonados, ó que dolosamente reciban también consignaciones, ó fianzas y cauciones. Porque invalidamos todo fraude hecho ó también que se hubiere de hacer contra nuestra liberalidad; pero es manifiesto que si algunos hubieren cobrado alguna cosa de aquellos atrasos hasta la quinta indiccion antes de nuestra donación, y no pareciera que la hayan entregado, habrán de ingresarla ellos de todos modos en los fondos públicos. Porque para beneficiar á nuestros súbditos les concedemos esta nuestra liberalidad á ellos, pero no les condonamos el dicho presente cánon también á los que cobran tributos públicos y quieren invertirlos en lucro propio, no debiéndose disminuir de ningún modo la annona anual. Porque es menester que en la forma ordinaria y acostumbrada se aporte y se pague toda medida de granos y de las demás especies, habiéndoseles de computar á los súbditos para el tesoro público los precios de la cuarta parte perdonada por nosotros cada año durante un cuadrienio, y debiéndose pagar del fisco lo demas que por ellos se aporta en dinero. Mas esto mismo se hará en la Osroena y en la Mesopotamia en favor de los que contribuyen con especies para los aprovisionamientos y los gastos militares. Y lo mismo también tratándose de las especies, que se llaman πλώϊμα (annonas que se deben suministrar para las naves), tanto en la región de los Lázaros, como en el Bósforo y en el Quersoneso. Porque recibirán del fisco los precios, según se ha determidado en cuanto á las cajas de los prefectos por las que se ingresan aquellas, á fin de que también disfruten de nuestra liberalidad en este punto. Porque no es prudente desatender por completo la contribución de aquellas especies, puesto que el gasto es inevitable, y hace estable, por decirlo así, la cosa pública. Pero creemos que también por virtud de esta donación nuestra habrán de ser grandes los incrementos de la república, concediéndonos Dios por estos actos toda suerte de felicidades. Y los que se atrevieren á violar lo sancionado por nosotros en utilidad de los súbditos, correrán peligro así en cuanto á sus bienes como en cuanto á su misma vida.

Epilogus

Quae igitur nobis placuerunt et hac lege declarata sunt, haec gloria tua edictis utens et in felici hac urbe, nec non in omnibus ipsi subiectis provinciis manifesta faciat, ut neminem liberalitas nostra lateat.

NOVELLA CLXIV (1)

DE HEREDIBUS

Praefatio

Deo et iustitia nil maius est. Absque his enim nihil unquam eorum, quae oportet, praesertim in republica nostra fieret; hinc et recte imperare, et subditos ad rectam sententiam et omnem gratitudinem pertrahere licet. Quare quum nos quoque a deo et iustitia sceptrum acceperimus, licet multis curis obruamur, quo modo Romani quidem virtutibus augeantur, barbari vero victi succumbant, tamen curam nostram non effugit, ut in iis quoque, quae privatim utilia sunt, subditis competenter prospiciamus. Quum igitur multa ex iis, quae antea confusa erant, emendaverimus, id quoque, quod circa heredes maximam partem neglectum fuit, ad ordinem deo placentem reducendum esse putavimus. Comperimus enim, quosdam oberrantes defunctorum bona perturbare, sed neque permittere, ut testamenta valeant, nec ut successiones ab intestato locum habeant, mobilibus quidem rebus sigilla, immobilibus vero titulos imponentes, ut hac ratione illorum successione augeantur, et decentem (illis) ordinem accipiant. Quoniam vero fieri nequit, ut singula, quae de his rebus in tanta multitudine contingunt, accurate cognoscamus, haec generali lege definire nobis pulchrum visum est.

Cap. I

Propterea sancimus, ut omnes sine invidia rebus suis et iuribus fruantur, eaque ad successores suos transmittant, nemo autem prorsus bona eorum invadat, aut successores eorum damnis implicet, aut titulos vel sigilla rebus imponat, contra quod legibus nostris placuit. Etenim successiones ab intestato in horum successionibus confirmamus, ultimasque illorum legitime confectas voluntates non tollimus. Si enim semper vigilamus et solliciti sumus, ut subditi bonis legibus utantur atque ut subleventur, magna nostrae potentiae cura exsistit, quidni etiam hac in parte ipsis provideamus, nostraque beneficia promte largiamur? Haec enim deo placere confidimus, et hanc iustitiam esse dicimus, atque imperium per haec nobis securum et imperturbatum futurum confidimus. Annumeretur ergo haec quoque lex nostra reliquis nostris praeclare gestis, et subditi a prioribus molestiis liberati tantaque providentia a potentia nostra dignati deo et post illum nobis gratias agant,

Epílogo

Por tanto, tu gloria hará manifiesto valiéndose de edictos, así en esta feliz ciudad, como también en todas las provincias sujetas á la misma, lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado en esta ley, á fin de que á nadie se le oculte nuestra liberalidad.

NUEVA CONSTITUCIÓN CLXIV

DE LOS HEREDEROS

Prefacio

Nada hay más grande que Dios y la justicia. Pues sin ellos no se haría nunca nada, principalmente en nuestra república, de lo que es conveniente; de aquí que sea lícito imperar con rectitud y llevar á los súbditos a que tengan recto propósito y toda suerte de gratitud. Por lo cual, habiendo recibido también nosotros de Dios y de la justicia el cetro, aunque estemos abrumados con muchos cuidados para que ciertamente los romanos aumenten en virtudes y sucumban vencidos los bárbaros, no escapa, sin embargo, á nuestro cuidado que convenientemente miremos por los súbditos también en lo que privadamente les es útil. Así, pues, habiendo enmendado muchas cosas de las que antes estaban confusas, hemos considerado que se debía reducir á orden grato para Dios también lo que en punto muy principal ha sido desatendido respecto á los herederos. Porque hemos sabido que algunos, siendo entrometidos, perturban los bienes de los que fallecen, y no permiten que valgan los testamentos, ni que tengan lugar abintestato las sucesiones, poniendo los sellos á los bienes muebles y títulos á los inmuebles para lucrarse de este modo con la sucesión de aquellos, y adquirir posición que les convenga. Mas como no puede ser que conozcamos al por menor cada una de las cosas que en tan grande muchedumbre ocurren en este particular, nos ha parecido conveniente resolver sobre esto por una ley general.

Capitulo I

Mandamos, por consiguiente, que todos disfruten sin envidia de todos sus bienes y derechos, y los transmitan á sus sucesores, y que nadie absolutamente invada los bienes de ellos, ó cause perjuicio á sus sucesores, ó imponga á los bienes títulos ó sellos, contra lo que se estableció en nuestras leyes. Porque confirmamos en las sucesiones de ellos las sucesiones abintestato, y no suprimimos las últimas voluntades de ellos legítimamente otorgadas. Pues si siempre vigilamos y nos mostramos solícitos para que los súbditos disfruten de buenas leyes, y es grande el cuidado de nuestra potestad para que sean favorecidos, ¿cómo no proveeremos también en este particular á favor de los mismos, y no les concedaremos inmediatamente nuestros beneficios? Porque confiamos que esto es grato para Dios, y decimos que este es un acto de justicia, y confiamos que con esto tendremos seguro y sin perturbación el imperio. Agréguese, pues, también esta ley nuestra á los demás preclaros hechos nuestros, y

(1) *Esta Novela es la segunda de Tiberio II. — El texto griego se halla en Hal. y falta en Scrimg. — Excepto el prólogo y el epílogo, la Novela está en las Bas. XLV, [illegible], Schol. h.*

deum precibus rogantes, ut devictis hostibus multam ipsis aliam securitatem largiamur.

librados de las anteriores molestias nuestros súbditos y considerados dignos de tanta previsión por nuestra potestad, den gracias á Dios y después de él á nosotros, rogando en sus preces á Dios para que vencidos los enemigos les demos á ellos mismos otra mayor seguridad.

Epilogus

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt, quum gloriosissimi sacrarum domuum curatores observent, tum etiam illi, quibus maximos et minores magistratus gerere tam in felici hac civitate, quam in provinciis commissum est, et publicationem bonorum, et capitalem poenam metuentes, si a nobis sancita violent. Tua igitur gloria sacram hanc legem nostram in conspicuis locis felicis huius urbis proponat, in provincias etiam consuetis ad haec usa praeceptis transmittat. (1)

Epílogo

Por tanto, observen así los gloriosísimos administradores de las sagradas casas, como también aquellos á quienes se les encomendó que desempeñen tanto en esta feliz ciudad, cuanto en las provincias, las magistraturas superiores é inferiores, lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado en esta sacra ley, temiendo la confiscación de los bienes y la pena capital, si violaran lo sancionado por nosotros. Exponga, pues, tu gloria en lugares visibles de esta feliz ciudad esta sacra ley nuestra, y transmítala también á las provincias, valiéndose para ello de los mandatos acostumbrados.

NOVELLA CLXV (2)

GENERALIS SANCTIO DE PROSPECTU IN MARE, SCRIPTA DOMINICO, GLORIOSISSIMO PRAEFECTO PRAETORIO

Docuit nos mater etc. Prospectus in mare intra centum pedes, non solum ex directo, sed et per transversum novo opere impediri non decet. Hoc etenim addit haec forma, quae Zenonis constitutionem custodit et novellam interpretatur.

NUEVA CONSTITUCION CLXV

DISPOSICIÓN GENERAL SOBRE LAS VISTAS AL MAR, DIRIGIDA Á DOMINGO, GLORIOSÍSIMO PREFÉCTO DEL PRETORIO

Nos enseñó nuestra madre etc. No se debe impedir con obra nueva las vistas al mar dentro de los cien pies, no solamente en línea recta, sino también transversal. Porque esto añade también esta disposición, que mantiene la constitución de Zenon, é interpreta la nueva.

NOVELLA CLXVI (3)

DE ADIECTIONIBUS

FLAVIUS THEODORUS PETRUS DEMOSTHENES, *magnificentissimus Praefectus sacrorum Praetoriorum, et Expraefecto regiae urbis, et Exconsule,* FLAVIUS FAUSTUS *et* FLAVIUS STEPHANUS FLAVIO ORTALINO, *clarissimo consulari Lydiae.*

Quum oporteat legibus et praeceptis nostrorum thronorum bene ordinata, si quando necesse sit, subditis clariora constituere, ne ulla quaestione vexentur tum in aliis, tum in sterilium adiectione, cum alii censeant eorum, qui ibi ex substantia fertilia possederint, propioribus et confinibus eas adiiciendas esse, alii vero ad superiores et antiquiores conservas possessiones redeundum esse urgeant, alii denique ad cunctos simul, qui ante possederint, sine discrimine redeant: ex ipsis nos rebus moti ad rectam et iustam eius rei dignoscendae rationem pervenire voluimus, clara haec ac bene discriminata subditis nostris [constituentes.

Si quis igitur aliquando ex causa legibus cognita alienaverit] (4) agrum, vel praedium, vel terram, vel complexum possessionum totum alienaverit, deinde moriens postea substantiam suam ad extraneos

NUEVA CONSTITUCION CLXVI

DE LOS RECARGOS

FLAVIO TEODORO PEDRO DEMÓSTENES, *muy magnífico Prefecto de los sacros Pretorios, y Exprefecto de la real ciudad y Exconsul, y* FLAVIO FAUSTO *y* FLAVIO ESTÉBAN *á* FLAVIO ORTALINO, *muy esclarecido consular de la Lidia.*

Siendo conveniente aclarar á nuestros súbditos, cuando sea necesario, lo bien dispuesto en las leyes y en los mandatos de nuestras sedes, para que no sean vejados con investigación alguna, ya en otras cosas, ya en cuanto á recargos por predios estériles, cuando algunos de los que allí poseyeren los fértiles de unos bienes pensaran que se debían imponer á los más próximos y colindantes, y otros apremiaran para que se haya de volver á posesiones cotributarias superiores y más antiguas, y otros finalmente se dirijan al mismo tiempo sin distinción á todos los que los hubieren poseído antes: hemos querido nosotros, movidos á ello por las mismas cosas, llegar á la recta y justa manera de resolver sobre este particular, estableciendo para nuestros súbditos claras y bien discernidas estas cosas.

Si, pues, alguien hubiere enajenado alguna vez por causa reconocida por las leyes un campo, ó un predio, ó una tierra, ó todo un conjunto de posesiones, y luego al morir hubiere transmitido sus bie-

(1) *Falta la subscripción, pero como parece que la constitución es de Tiberio II., debió ser dada entre los años 578 — 582.*

(2) *No nos ha quedado íntegra esta Novela, sino que dan solamente un epítome las Bas. LVIII. 11. 14. y Hal.*

(3) *Las Novelas 166 á 168 son disposiciones del Prefecto del Pretorio. — No se hallan en Hal. ni en Scrimg. — En las ed. más recientes había todavía epítomes formados por Cuyacio de las Bas. lib. LVI. — G. E. Heimbach los publicó más completos tomándolos del cód. Bol — Aquí se ha seguido, como ya antes lo siguió Bk.. el texto de Heimbach.*

(4) *La última palabra del párrafo anterior y estas, puestas entre paréntesis, fueron suplidas por Heimb. — En el cód. Bol. no está indicada la laguna, pero es evidente que faltaban algunas palabras.*

vel liberos transmiserit, illique pari modo ex substantia, in quam successerunt, praedia, vel terras, vel agrum, vel complexum possessionum quendam alienaverint, et sterile factum sit id, quod a successoribus alienatum est, ita ut sterilium adiectioni locus sit, neque simul omnibus, qui ante possederunt, neque secundum ordinem successionis sterilitatis onus conservorum praediorum imponi iubemus, sed prius quidem eum, qui id, quod nunc ad sterilitatem redactum est, ab illius liberis vel extraneis successoribus acquisierat, et immobilem eius substantiam adiectionem suscipere; si vero is non idoneus appareat et quae ei est possessio, tunc onus ad eos transferri, qui id ad eum transmiserant; si vero nec horum possessiones inlationi contributionis sufficiant, tunc ea ad primum dominum, qui id ab initio ad liberos vel extraneos transmiserat, et immobilem possessionem, si eam substantia eius contineat, redire, et sic denique in omnium inopia ad eum, qui a primo domino praedium, vel agrum, vel terras ab initio emit vel quacunque legitima de causa accepit. Idem vero dicendum erit, etiamsi multae intercedant successiones. Quamdiu enim proximior locuples est, illi, qui anterioribus temporibus possessiones habuerunt vel illorum bona, nulla molestia afficiantur. Atque haec quidem ita sint disposita. Adiectiones certe quidem sterilium, quando multi sunt, quibus omnino imponi debent, eundemque ordinem obtinent, vel si pauci sunt, pro portione fertilis illius possessionis, quae apud eos ex eadem substantia est, omnimodo fieri oportet atque ex eo tempore iis tributorum onus pro illis imponi, ex quo et sterilem possessionem iis secundum proportionem tradi contigerit, aut cum se eam accepturos negaverint. Praeterea iustum non est, quemquam tributis pro illis pendendis gravari. Quare providere tuam claritatem decet, ut illa hoc modo examinentur et procedant. Si enim haec non secundum ea, quae definivimus, observentur, scito, te simul cum cohorte, quae tibi paret, decem auri librarum poenam soluturum, vel aliam fortasse maiorem poenam subiturum esse, ita ut quae a nobis definita sunt nihilominus etiam sic valere debeant. Ob hanc enim causam et Nicomedes ex cohorte nostra missus est.

nes á extraños ó á sus hijos, y ellos hubieren de igual modo enajenado, de los bienes en que sucedieron, predios, ó tierras, ó un campo, ó cierto conjunto de posesiones, y se hubiera hecho estéril lo que se enajenó por los sucesores, de tal suerte que haya lugar al recargo por los estériles, mandamos que la carga de los predios cotributarios no se imponga al mismo tiempo á todos los que antes los poseyeron, sino que primeramente reciban, á la verdad, el recargo el que de los hijos ó de los sucesores extraños de aquel adquirió lo que ahora se haya reducido á esterilidad, y los bienes inmuebles del mismo; mas si no aparecieran solventes éste y la posesión que tiene, en tal caso transfiérase la carga á los que á él se la habían transmitido; pero si tampoco bastaran para el pago de la contribución las posesiones de estos, vuelva entonces al primer dueño, que al principio había transmitido aquello á los hijos ó á los extraños, y á su posesión inmueble, si la contuvieran sus bienes, y así, finalmente, en el caso de inopia de todos, al que del primer dueño compró desde un principio el predio, ó el campo, ó las tierras, ó los recibió por alguna legítima causa. Y lo mismo se habrá de decir, aunque medien muchas sucesiones. Porque mientras sea rico el más próximo, no se les causará molestia alguna á los que en tiempos anteriores tuvieron las posesiones ó los bienes de aquellos. Y quede esto ciertamente así dispuesto. Y verdaderamente, cuando son muchos aquellos á quienes en todo caso deben imponerse los recargos de los predios estériles, y tienen el mismo orden, ó cuando son pocos, deben hacerse siempre aquellos á proporción de la posesión fértil que de los mismos bienes está en poder de ellos, é imponérseles por ellos la carga de los tributos desde el tiempo en que aconteciere que con arreglo á proporción se les entregaba la posesión estéril, ó cuando hubieren dicho que no la aceptarán. Además de esto no es justo que cualquiera sea gravado con los tributos que se hayan de pagar por aquellos. Por lo cual es conveniente que provea tu claridad, que de este modo sean aquellos examinados, y procedan. Porque si esto no se observara conforme á lo que hemos determinado, ten entendido que junto con la cohorte, que te presta obediencia, habrás de pagar la pena de diez libras de oro, ó que quizá habrás de sufrir otra mayor pena, de suerte que aun así deberá tener, sin embargo, validez lo que por nosotros ha sido determinado. Pues por esta causa fué también dimitido de nuestra cohorte Nicomedes.

NOVELLA CLXVII (1)

GENERALIS FORMA, QUOMODO DEBEAT MITTI IN POSSESSIONEM, BASSI GLORIOSISSIMI PRAEFECTI

FLAVIUS COMITAS, THEODORUS, BASSUS, *magnificentissimi praefecti sacrorum praetoriorum, haec edicunt.*

Cetera quidem, quaecunque statuta sunt a nostris thronis, et publicis litteris manifestata, vel etiam aliis generalibus formis nostri imperii, quae vel de magistratibus provincialibus, et officiis, et omnino exactoribus tractant, quemadmodum eos oporteat cum subditis agere, vel de recta ratione ab ipsis subditis in contractibus servanda, et in sacris illationibus probitate, vim suam habere vo-

NUEVA CONSTITUCION CLXVII

DISPOSICIÓN GENERAL DE BASSO, GLORIOSÍSIMO PREFECTO, SOBRE CÓMO DEBA PONERSE EN POSESIÓN

FLAVIO CÓMITAS, TEODORO, *y* BASSO, *muy magníficos Prefectos de los sacros Pretorios, ordenan por edicto lo siguiente.*

Queremos que también desde la presente constitución nuestra tenga su propia fuerza ciertamente lo demás que ha sido establecido por nuestras sedes, y manifestado en documentos públicos, ó también en otras disposiciones generales de nuestro imperio, que tratan, respecto de las magistraturas provinciales, y de los oficios, y en general de los cobradores, de cómo es menester que ellos se con-

(1) *Vease la nota 3, de la página anterior.*

lumus etiam ex praesente nostra constitutione, illud vero iam clarius definiri oportere cognovimus.

Si quis enim immobilem quandam rem apprehendere cupiens decreta iudicis acceperit, in hac quidem felici civitate cohors fortasse sufficit, quae res illas possessione vacuas esse testetur, vel si eadem cohors dicat ex vicinis se cognovisse, neminem earum rerum possessionem desiderasse; in illis vero, quae in provinciis sitae sunt, auctoritate defensorum locorum acta debebunt confici, quae similiter idem illud continent, testimoniis quidem vicinorum munita. Tunc vero licentiam illis concedimus, qui decreta petierunt, ut res detineant. Atque etiam iis, qui ex contractibus quibusdam res accepturi, et talem possessionem vel dominium sui iuris facturi sunt, necessaria esse defensorum in provinciis testimonia putamus, ut actis eorum auctoritate confectis declaretur, traditionem fieri, sive adsint epistolae scriptae a curatoribus, sive sine litteris traditio sit facienda, addito ibi hoc, ut et agricolae curatoresve una apud acta confiteantur, se scire alterum et possessorem et dominum esse, sententiaeque eius, qui tradiderit, obtemperaturos, cum id ipsis mandaverit. Ubi vero defensor non adest, clarissimum praesidem provinciae eiusmodi acta conficere iubemus, vel sanctissimum eius urbis sacerdotem, sub qua possessio est, propter quam talia fiunt, si forte praeses provinciae longe absit ab illis locis, in quibus traditio fit. Atque in hac regia urbe et ἐκβιβασταμούς, qui vocantur, et testimonia pro traditione confecta illis, qui acceperunt, idoneam auctoritatem dare putamus. Iubemus igitur, tuam magnificentiam, et obedientem tibi cohortem, et omnes, qui in provincia, quae a te regitur, commorantur, omnium deinceps, qui rerum traditiones fecerint, simili modo curam habere.

duzcan con los súbditos, ó sobre la recta conducta que por los mismos súbditos se ha de observar en los contratos, y sobre la probidad, que en las sacras contribuciones; pero hemos conocido que era conveniente que esto se determinara ya con más claridad.

Si, pues, alguno que deseara apoderarse de cierta cosa inmueble hubiere obtenido decretos del juez, bastará ciertamente que en esta feliz ciudad atestigüe la cohorte que aquellas cosas están sin posesión, ó que la misma cohorte diga que supo por los vecinos que nadie ha pretendido la posesión de aquellas cosas; pero en cuanto á las que están sitas en las provincias, se deberán hacer con la autoridad de los defensores de las localidades actas que igualmente contengan esto mismo, apoyadas ciertamente con testimonios de los vecinos. Y entonces les concedemos á los que pidieron los decretos licencia para tener las cosas. Y también en cuanto á los que por virtud de algunos contratos han de recibir cosas, y han de hacer de su propio derecho tal posesión ó dominio, juzgamos que son necesarios en las provincias los testimonios de los defensores, para que en actas hechas con la autoridad de ellos se declare que se hace la tradición, ya si se presentaran cartas escritas por los curadores, ya si la tradición se hubiera de hacer sin cartas, añadiéndose en ellas esto, que los agricultores ó los curadores confiesan juntamente en actas, que ellos saben que otro es el poseedor y dueño, y que se atendrán á la resolución del que hubiere hecho la entrega, cuando él les hubiere mandado esto á ellos mismos. Mas donde no hay defensor, mandamos que haga tales actas el muy esclarecido presidente de la provincia, ó el santísimo sacerdote de la ciudad en que está la posesión por la cual se hacen tales cosas, si acaso el presidente de la provincia estuviera lejos de aquellos lugares en que se hace la entrega. Y juzgamos que en esta real ciudad así los que se llaman ejecutores de sentencias, como los testimonios hechos para la entrega, les dan plena autoridad á los que recibieron. Por tanto, mandamos, que tu magnificencia, y la cohorte que está á tus órdenes, y todos los que moran en la provincia que por tí es gobernada, tengan en lo sucesivo del mismo modo cuidado de todos los que hicieren entregas de bienes.

NOVELLA CLXVIII (1)

DE ADIECTIONIBUS

Conservorum adiectiones praediorum et contributariorum lex agnovit, quodque sit eius principium, saepe in iudiciis manifestatum est, et de rebus quae fiant in commune descriptiones habentibus, non modo eis, quae censitae sunt aut censitae esse possunt. Quum igitur quidam diversis temporibus hoc neglexissent variis modis, subditosque aggravarent, nos id non praetermisimus, neque quod legi placuit, iacere sivimus.

Praecipimus, ut in censum seu descriptionem praedia solum, non autem domus vel aliae res referantur. Adiectio vero fit praediis contributariis. Servabit autem hoc rector gentis, ipsique obtemperans cohors, et publicarum illationum exsecutores,

NUEVA CONSTITUCION CLXVIII

DE LOS RECARGOS

La ley reconoció los recargos de los predios coobligados y cotributarios, y muchas veces se manifestó en juicios cuál fuera el principio de ella, y qué es lo que se hace en cuanto á los bienes que tienen en común las relaciones del censo, no ya en cuanto á las cosas que están comprendidas en el censo ó puedan ser comprendidas en él. Y como en diversos tiempos algunos han desatendido de varios modos esto, y gravan á los súbditos, nosotros no lo hemos descuidado, ni dejamos que quede sin fuerza lo que le plugo á la ley.

Mandamos que en el censo ó relación se reseñen solamente los predios, mas no las casas ó las otras cosas. Mas el recargo se hace á los predios cotributarios. Y esto lo observarán el gobernador de la región, la cohorte que está á sus órdenes, y

(1) *Véase la nota 3, de la página 528.*

triginta librarum quisque auri poenam metuentes. Hoc decretum etiam nunc secuti generales facimus formas, ut nemo conservorum vel contributariorum nomine domui, vel panibus civilibus, vel alii cuidam rei, quae in censum relata non est, adiectionem imponat. Haec observentur, haec effectui tradantur, eorum violatoribus poenam decem librarum auri soluturis, et substantiae suae non modicum damnum subituris. Qui enim ea re laesi sunt, contra violatores et heredes illorumque bona actionem eo nomine habebunt, quod contra legem damnum passi sunt. Clarissimi autem praesides, ipsisque obtemperantes cohortes, et defensores ubique terrarum quae a nobis generaliter sancita sunt observent, poenasque propter id ipsum definitas metuant.

FINIS NOVELLARUM D. IUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS

los recaudadores de las contribuciones públicas, temiendo cada cual la pena de treinta libras de oro. Ateniéndonos también ahora á este decreto damos disposiciones generales, para que nadie imponga á nombre de predios coobligados ó cotributarios recargo á una casa, ó á los panes civiles, ó á otra cualquier cosa, que no esté comprendida en el censo. Obsérvese esto y llévese á efecto, habiendo de pagar los transgresores la pena de diez libras de oro, y habiendo de sufrir no pequeño quebranto en sus bienes. Pues los que por tal cosa fueron lesionados tendrán con este motivo acción contra los transgresores y sus herederos y los bienes de ellos, porque contra ley sufrieron el daño. Mas observen los muy esclarecidos presidentes, y las cohortes que están á sus órdenes, y los defensores de cualquier punto de la tierra, lo que en general ha sido sancionado por nosotros, y teman las penas establecidas por esto mismo.

FIN DE LAS NOVELAS DEL SACRATÍSIMO PRÍNCIPE
SEÑOR JUSTINIANO

IUSTINIANI IMPERATORIS

EDICTA

EDICTOS

DEL

EMPERADOR JUSTINIANO

IMP. IUSTINIANI A. EDICTA

EDICTOS DEL EMPERADOR JUSTINIANO AUGUSTO

EDICTUM I (1)

UT MAGISTRATUS ABSQUE ULLO SUFFRAGIO FIANT

Amantissimis in omni terra archiepiscopis et sanctissimis patriarchis.

Traditae nobis a deo reipublicae curam habentes, et in omni iustitia vivere nostros subiectos studentes, subiectam legem conscripsimus, etc. (2)

EDICTUM II

NE PRAESIDES IN FISCALIBUS CAUSIS ASYLI IUS DENT

Imperator IUSTINIANUS IOANNI, *Praefecto Praetorio.*

Praefatio

Ex iis, quae a gloria tua sine scripto ad nos relata sunt, cognovimus, non exiguam publicorum tributorum illationi difficultatem attulisse provinciarum praesides, dum quibuslibet ius asyli dant. Eos enim, qui tributa publica suscipiunt, inde sibi securitatem praetendentes, non transmittere aurum ipsis delatum, sibique maximam partem retinere, et quum aurum debeant, male ipsis dato asyli iure abuti.

§ 1.—Missa igitur ad excellentiam tuam hac sacra pragmatica forma, statuimus, ut per edicta sua omnibus clarissimis provinciarum praesidibus interdicat, ne in fiscalibus causis ius asyli dent; in privatis autem solis causis liceat ipsis iis, qui id desiderant, asyli ius dare, atque ad certum tempus, ita ut non in perpetuum possint elapso termino eam (3) denuo renovare. Sciant vero omnes, ubi tale ius ab illis acceperint, nullam inde utilitatem se esse habituros, sed liceat cuicunque comprehendere eos, cui hoc iniunctum est, ut ab illis debita publica tributa solvat, ita ut in provincia illis datum ius in nulla re ipsis utile sit, illi vero soli securitatem habeant, qui ad sacram nostram iussionem aut ad excellentiae tuae mandata ius asyli abstulerint.

Cap. I

Et quoniam a gloria tua edocti sumus, nonnullos

EDICTO I

DE QUE SIN SUFRAGIO ALGUNO SEAN NOMBRADOS LOS MAGISTRADOS

A los amantísimos arzobispos y santísimos patriarcas de toda la tierra.

Cuidando de la república que por Dios nos ha sido confiada, y procurando que nuestros súbditos vivan en plena justicia, hemos dado la ley que sigue, etc.

EDICTO II

DE QUE LOS PRESIDENTES NO DEN EL DERECHO DE ASILO EN LAS CAUSAS FISCALES

El Emperador JUSTINIANO *á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*

Prefacio

Por lo que sin escrito se nos ha referido por tu gloria hemos sabido, que los presidentes de las provincias crearon no pequeña dificutad para el ingreso de los tributos públicos, dándoles á algunos el derecho de asilo. Porque los que recaudan los tributos públicos, pretendiendo con él seguridad para sí, no transmiten el dinero que se les entregó, y retienen para sí la mayor parte, y debiendo dinero, abusan del derecho de asilo dado malamente á los mismos.

§ 1.—Así, pues, por esta sacra pragmática resolución enviada á tu excelencia mandamos, que por medio de sus edictos prohiba á todos los muy esclarecidos presidentes de las provincias, que den el derecho de asilo en las causas fiscales; y que solamente en las causas privadas les sea lícito á los mismos dar el derecho de asilo á los que lo desean, y por cierto tiempo, de tal suerte que, transcurrido el término, no puedan otra vez renovarlo á perpetuidad. Mas sepan todos, que cuando de ellos hubieren recibido tal derecho no tendrán con este ninguna utilidad, sino que á cualquiera, á quien esto se le ordenó, le será lícito prenderlos, para pagar los tributos públicos debidos por ellos, de modo que el derecho dado á ellos en una provincia no les sea útil á los mismos en ninguna cosa, y tengan seguridad solos los que para sacra orden nuestra ó para mandatos de tu excelencia hubieren quitado el derecho de asilo.

Capítulo I

Y como hemos sido informados por tu gloria, de

(1) *Estos XIII. Edictos, sobre los que disertó Biener, nos han sido conservados en el códice Veneciano de las Novelas, y de allí fueron publicados por Scrimger.—La interpretación latina que aquí se da es la de Agileo, modificada en algunos puntos.*

(2) *Este Edicto I. ha sido dado ya en el Cuerpo de las las Novelas, después de la Novela 8., por lo cual no lo reproducimos en este lugar. Véase la página 60. N. del Tr.*

(3) eam *dice el texto, acaso por errata, pues parece que se debería leer* id.—*N. del Tr.*

in diversis provinciis profectos esse ad inquisitionem in eos, qui se haereticorum erroribús dedidissent, et multos subditos hanc ob causam comprehendentes, sportularum ratione plurimum auri ab ipsis cepisse, sancimus, ut qui tale quid ausi sunt, et comprehendantur, et ad clarissimos provinciarum praesides adducantur, et post probationes quod ceperint [in triplum] solvant, ut simplum iis ipsis, qui damno affecti sunt, reddatur, duplum vero fisco inferatur.

§ 1.—Et qui in vicariana cohorte, quae spectabili Asianae dioeceseos vicario apparet, constituti sunt, suo bonorumque suorum periculo publicorum tributorum illationi incumbant, cessantibus quidem (quemadmodum etiam hoc ad nostram pietatem excellentia tua retulit) iis, qui in provincialem cohortem relati sint, et ad paucos admodum ipsis redactis, dum a longo tempore vicarius etiam clarissimi provinciae praesidis, Phrygum Pacatianorum gentis magistratum assumserit; licentia data iis, qui in vicarianam cohortem relati sunt, ut ex vicarii, qui nunc est, et pro tempore futuri iussu publicas contributiones exigant, illasque fisco inferri curent.

§ 2.—Sancimus vero, ut provinciales susceptores in quacunque provincia constitutos in apochis, quas exponunt, solutum ipsis aurum distincte describant, et discernant illatam ipsis quantitatem occasione eorum, quae excellentiae tuae mensae, quaeque sacris nostris largitionibus competunt, et persolutam quantitatem per huiusmodi securitates manifestent, nec ex aliis titulis in alios transponendi licentiam habeant.

Epilogus

Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram pragmaticam declarantur legem, ea excellentia tua ad effectum perduci praecipiat. (1)

EDICTUM III

DE ARMENIORUM SUCCESSIONE

Praefatio

Etiam Armenios volumus pristina iniustitia liberatos ad nostras per omnia leges deducere, et decora aequabilitate eos donare.

Cap. I

Et quoniam nuper cognovimus barbaricam quandam insolentemque esse apud eos legem, quae neque Romanos, neque nostrae reipublicae iustitiam deceat, ut nempe masculi in parentum hereditatem succedant, feminae vero non, propterea sancimus, emissa praesente ad magnificentiam tuam sacra lege, aequales esse successiones, et quae tam de viris, quam de mulieribus Romanorum legibus constituta sunt, haec etiam in Armenia obtinere. Idcirco enim illuc nostras etiam leges transmisi-

que en diversas provincias procedieron algunos á hacer investigación contra los que se habían entregado á los errores de los herejes, y prendiendo por esta causa á muchos súbditos recibieron de los mismos mucho dinero por razón de espórtulas, mandamos que los que á alguna tal cosa se atrevieron sean presos y conducidos ante los muy esclarecidos presidentes de las provincias, y después de las pruebas paguen en el triplo lo que hubieren percibido, para que el simple importe les sea devuelto á los que fueron perjudicados, y el duplo sea aplicado al fisco.

§ 1.—Y los que son de la cohorte del vicario, que sirve al espectable vicario de la diócesis de Asia, cuiden á riesgo suyo y de sus propios bienes del ingreso de los tributos públicos, por desaparecer ciertamente, (según también de esto ha informado á nuestra piedad tu excelencia), los que están comprendidos en la cohorte provincial, y por haber quedado reducidos los mismos á muy pocos, porque desde largo tiempo ha asumido el vicario también la magistratura del muy esclarecido presidente de la provincia de la región de los Frigios Pacacianos; quedando dada licencia á los que están comprendidos en la cohorte del vicario, para que por orden del vicario, que ahora hay, y del que á la sazón hubiere, exijan las contribuciones públicas, y cuiden de ingresarlas en el fisco.

§ 2.—Pero mandamos que los recaudadores provinciales establecidos en una provincia cualquiera reseñen, en las ápocas que extienden, claramente el dinero pagado á los mismos, y distingan la cantidad entregada á ellos con ocasión de lo que compete á la caja de tu excelencia, y de lo que á nuestras sacras liberalidades, manifiesten por medio de tales resguardos la cantidad pagada, y no tengan licencia para hacer transferencias de unos títulos á otros.

Epilogo

Por tanto, ordene tu excelencia que sea llevado á efecto lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por medio de esta sacra pragmática ley.

EDICTO III

DE LA SUCESIÓN DE LOS ARMENIOS

Prefacio

Queremos llevar á disfrutar en todo de nuestras leyes también á los Armenios, habiéndoles librado de la antigua injusticia, y hacerles donación de decorosa igualdad.

Capitulo I

Y como hace poco hemos sabido que hay entre ellos cierta bárbara é insolente ley, que no conviene ni á los romanos, ni á la justicia de nuestra república, para que los varones sucedan ciertamente en la herencia de sus ascendientes, pero no las hembras, por esto mandamos, habiendo expedido la presente sacra ley á tu magnificencia, que sean iguales las sucesiones, y que también en la Armenia esté en vigor lo que en las leyes de los romanos ha sido establecido tanto para los varones,

(1) *El texto griego de este Edicto se halla en Scrimg.—Falta la subscripción. Atendiendo á la inscripción opina Biener que esta constitución fué dada entre los años 535-541, pero R Schneider indica en una nota puesta al pié de la traducción alemana, que es de principios del año 535.*

mus, ut in eas oculos convertentes, secundum eas vivant.

§ 1.—Quoniam vero quae praecesserunt omnia commovere absurdissimum esset, propterea statuimus, hanc legem valere inde ab initio pii nostri imperii, ut ab eo tempore huc usque defunctorum successiones hunc ad modum fiant, praeterquam si qui iam transegerint, aliove modo inter se pacti fuerint. Si enim tale quidpiam factum sit, id in suo robore permanere, nulloque modo commoveri iubemus.

§ 2.—Participes vero ipsas etiam praediorum, quae genearchica vocantur, a praedicto tempore esse volumus. Si tamen inveniri nonnullos contingat, qui filias, quanquam non vocarentur ab intestato ad successionem, heredes tamen scripserint, illae et qui ex illis nati fuerint in res genearchicas successionis participes sint.

Epilogus

Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram declarantur legem, excellentia tua et custodire, et fini tradere studeat, ut leges nostrae per omnia obtineant auctoritatemque habeant, praesente quidem lege ab initio imperii nostri, ut iam diximus, incipiente, in omne vero tempus extensa, et in posterum omnibus modis in republica vim habente, atque ab omnibus observanda.

Dat. X. Kal. August. Belisario V. C. Cons. [535.] (1)

EDICTUM IV

DE MAGISTRATU PHOENICIAE LIBANICAE

Idem Imperator Ioanni, *gloriosissimo sacrorum per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Magistratus creari oportere gratuito, iam lex nostra praecipit, quam sane et auctoritatem per omnia obtinere volumus.

Cap. I

Quoniam vero omnia circumspicientes tam ad subditorum utilitatem, quam ad locorum custodiam, alios magistratus coniunximus, alios divisimus, alios in aliam atque aliam formam mutavimus, et nonnullos eorum sublimiores simul fecimus, nominibusque maioribus, quam quae nunc essent, decoravimus, et praetores, et proconsules, et moderatores, et comites praeter pristinam consuetudinem in rempublicam introduximus, omniaque ad ipsius utilitatem fecimus, propterea putavimus, oportere etiam magistratum Phoeniciae ad Libanum ex ducalibus in spectabilem transferre, et moderatoris formam ei dare, et annonas ei ad usque decem auri libras assignare, ita ut ipse quidem istius profectus occasione fisco nihil praebere debeat, sed apud Phoenices scrinii tractator ex canone eiusdem provinciae clarissimo pro tempore

(1) *El texto griego de este Edicto se halla en Scrimg.—Iulian. Const. 29.*

como para las mujeres. Porque precisamente enviamos allí también nuestras leyes, para que dirigiendo á ellas la vista vivan con arreglo á las mismas.

§ 1.—Pero como es muy absurdo perturbar todo lo que pasó, mandamos, por lo mismo, que esta ley tenga validez desde el principio de nuestro piadoso imperio, de suerte que desde este tiempo hasta ahora se ajusten á esta norma las sucesiones de los difuntos, salvo si algunos hubieren ya transigido, ó de otro modo pactado entre sí. Porque si alguna tal cosa se hubiera hecho, mandamos que ella permanezca en su vigor, y que de ningún modo sea perturbada.

§ 2.—Pero mandamos que desde el susodicho tiempo sean las mismas también partícipes de los predios, que se llaman patrimoniales. Pero si aconteciera que se hallan algunos, que, aunque las hijas no sean llamadas abintestato á la sucesión, las hubieren instituído, sin embargo, herederas, sean ellas y los que de ella hubieren nacido partícipes de la sucesión en los bienes patrimoniales.

Epilogo

Por tanto, procure tu excelencia guardar y llevar á término lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado par esta sacra ley, á fin de que nuestras leyes rijan y tengan autoridad en todo, comenzando, á la verdad, la presente ley desde el principio de nuestro imperio, como ya hemos dicho, pero quedando extendida á todo tiempo, y teniendo de todos modos en lo sucesivo fuerza en la república, y debiendo ser observada por todos.

Dada á 10 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [535.]

EDICTO IV

DE LA MAGISTRATURA DE LA FENICIA DEL LÍBANO

El mismo Emperador á Juan, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los sacros Pretorios de Oriente, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Ya una ley nuestra preceptuó que los magistrados debían ser nombrados gratuitamente, y queremos á la verdad que siempre tenga ella fuerza.

Capitulo I

quum dubitatio de eo exstitisset, a nobis sententia lata sit, nunquam tamen in legem illam sententiam transformare animus fuit. Nonnihil enim misericordia moti, ut etiam indicavimus, (1) ita quidem iudicavimus, et quoniam oculorum iactura ei, qui illos amisit, restitui non posset, eum, qui id damni dedisset, quanquam idem damnum pati dignus esset, in eandem esse caecitatem coniiciendum non putavi, sed tantam poenam statui, ut et qui oculos eruit signa poenae ferat, et qui passus est consolationem quandam habeat, ut in tanta calamitate adeoque profunda caecitate ex laboribus eius, qui illa ipsum affecit, fructus capiat. Veruntamen licet ita iudicatum esset, ex re iudicata legem facere, ut dixi, non tamen animus erat. Sed quoniam qui inter sacra nostra officia relatus est (cuius ego qua ratione postulationem reiiciam?) illam sententiam propter statuti humanitatem inter leges collocari petiit, quo deinceps, si quando tale quidquam incidat, talis sententia pronuntietur, qualis etiam in praesenti reo poena constituta est, postulato paremus, et decretum sancimus. Si quis ergo aliquando alicuius oculo damnum dederit, hunc iubemus, si quidem uni, uno et ipsum privari, aequalem poenam subiturum; si vero utrique maleficas manus iniecerit, quoniam hic poenae aequalitas neque laeso prodest (quae enim in tenebris viventi utilitas est, si etiam alius iisdem tenebris teneatur?), et poenae obnoxio, tametsi non immerito, tamen vita intolerabilis, quoniam haec ita sunt, iubemus, non aequa ratione, sed diverso modo poenam procedere, quo et maleficus puniatur, et laesus utilitatem aliquam sentiat. Hunc autem in modum statuimus: qui amborum oculorum iacturam alicui intulerit, altero quidem oculo ipse quoque privetur, quo sceleris sui notam ferat, quoniam vero etiam scelerata manu mutilari ipsum aequum esset, pro manus amissione besse bonorum suorum mulctetur, eumque in vitae consolationem, cui ab isto eruti sunt oculi, accipiat. Atque sic caecus quidem inde, quod ad sustentandam vitam sumtus accipiat, modicum aliquod calamitatis lenimentum sentiat, ille vero in facinoris sui poenam, ut dictum est, et alterius oculi privationem, et bonorum amissionem pro manuum amissione sustineat. Sed si quidem reus locuples sit, ita poena procedat, si vero fortasse pauper sit, atque in angustiis vitam agitet, neque quidquam illi, qui ipsius violentia in miserias coniectus est, in compensationem dare possit, similis tunc calamitatis et socius et particeps sit, et vitam in tenebris agat utriusque oculi excissione. Si qui vero in scelere malefico perpetrando opem tulerint, si quidem ipsi manus peccato admoverint, dum simul oculos effoderint, eundem ad modum etiam ipsi puniantur, si vero manus in oculos coniicere abstinuerint, aliud autem quoddam auxilium in facinus contulerint, his quidem ad corporis verberationem, et cute tenus tonsionem, et trientis bonorum mulctam poena decernatur, caecitatis vero etiam auctores praedictis poenis subdantur.

(1) Iudicadimus, *decía el texto, sin duda por errata, pues* indicat *se lee en la versión de Agileo, y parece requerir el sentido.—N. del Tr.*

ojos, haya sido proferida por nosotros sentencia de otro modo que como sancionan las antiguas leyes, nunca, sin embargo, fué nuestro ánimo transformar en ley aquella sentencia. Porque juzgamos así ciertamente movidos algún tanto á misericordia, como también lo indicamos, y puesto que no se le podía restituir la pérdida de los ojos al que los perdió, no juzgué que, aunque fuese digno de sufrir el mismo daño, debía ser sumido en la misma ceguera el que hubiese causado este daño, sino que determiné una pena tal, que el que sacó los ojos llevase señales de la pena, y que el que lo sufrió tuviera algún consuelo, de modo que en tan grande calamidad y en tan profunda ceguera percibiese los frutos del trabajo del que con ella lo perjudicó. Pero aunque así se juzgó, no había, sin embargo, el ánimo de hacer, como he dicho, de la cosa juzgada ley. Mas como uno que se halla comprendido entre nuestros sacros oficios, (cuya petición ¿por qué razón rechazaré?) pidió que aquella sentencia fuese colocada entre las leyes por causa de la humanidad de lo estatuído, á fin de que en lo sucesivo, cuando ocurra alguna tal cosa, se pronuncie sentencia, con arreglo á la pena que también se estableció al presente para el reo, atendemos á lo pedido, y sancionamos el decreto. Así, pues, si alguna vez hubiere alguien causado daño en ojo de otro, mandamos que, si ciertamente en uno solo, haya de sufrir él igual pena, y sea privado también de uno; pero que si hubiere puesto en ambos sus maléficas manos, como quiera que en este caso la igualdad de la pena no le aprovecha al lesionado, (porque ¿qué utilidad es para el que vive en las tinieblas, que también otro esté sumido en las mismas tinieblas?), y para el sujeto á la pena es, aunque no sin razón, intolerable la vida, siendo esto así, mandamos que la pena sea procedente no de igual manera, sino de diverso modo, según el que sea castigado el malhechor, y experimente alguna utilidad el lesionado. Y estatuímos de este modo: el que á alguien le hubiere causado la pérdida de ambos ojos, sea ciertamente privado también de un ojo, para que lleve la marca de su delito, y como sería justo que él fuese además mutilado en su mano criminal, en lugar de la pérdida de la mano sea multado en las dos terceras partes de sus bienes, y recíbalas para consuelo de su vida aquel á quien por él se le sacaron los ojos. Y de este modo experimente ciertamente el ciego, porque con aquellas recibe recursos para substentar la vida, algún módico alivio de su desgracia, y sufra aquél en pena de su fechoría, según se ha dicho, la privación de un ojo, y la pérdida de bienes en lugar de la pérdida de las manos. Mas si el reo fuera verdaderamente rico, sea de este modo procedente la pena, pero si acaso fuera pobre, y pasara la vida en estrecheces, y no pudiera darle cosa alguna en compensación al que por violencia de él mismo fué sumido en la miseria, sea en este caso consocio y partícipe en semejante calamidad, y arrancándosele ambos ojos pase en tinieblas la vida. Pero si para perpetrar este maléfico hecho hubieren algunos prestado auxilio, si verdaderamente ellos mismos hubieren empleado sus manos en el delito, habiendo sacado ambos ojos, sean castigados también ellos del mismo modo; mas si se hubieren abstenido de poner sus manos en los ojos, pero hubieren prestado para la fechoría algún otro auxilio, limítese para ellos ciertamente la pena al azotamiento del cuerpo, á la tonsura al rape, y á la multa de la tercera parte de los bienes, pero sean sometidos también á las susodichas penas los autores de la ceguera.

CONST. XCIII

[UT SI SPONSA EX ALIO GRAVIDA DEPREHENDATUR, SPONSALIA RESCINDI POSSINT] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quoniam veteres, qui de sponsalibus tractarunt, nescio quomodo ea de re non accurate praeceperunt, sive quod hoc, de quo nunc sancituri sumus, inter causas dissolvendorum sponsaliorum comprehendere noluerint, sive quod tale quoddam, quale in praesentia exortum legis promulgationem requirit, tum nondum inciderit, nos reliquum in hac parte supplentes, sponsaliorum tractatum ad iustam absolutionem deducimus. Igitur vetus quidem constitutio sponsalia dirimit variis de causis, dico autem de religione opinionem, et si insaniae morbo capiatur, insuper vero etiam ob nonnullas alias. Ex his enim si quam causam alterutra desponsatorum pars habeat, sponsalia divelli iubet, quod vero nunc considerationem nostra dignum habetur, quoniam aut tunc temporis, uti diximus, nondum evenerat, aut eventurum non putabatur, aut propter aliam quandam causam inter memoratas non habetur. Est autem tale: sponsam contractis iam sponsalibus furtim alienis complexibus usam sponsalitiam castitatem abiecisse compertum est. Atque hoc quidem veteribus legibus comprehensum non est. Nos vero quod deest adiicientes decernimus, non modo propter perversam fidem, neque propter mentis alienationem, aut alias ob causas, verum etiam propter hoc, quod non minus, nisi magis matrimonio adversatur, quos sponsalia putativa, non vera copulaverunt, disiungi. Ubi enim vera sponsalia, in quibus non conspicitur verum eorum? ubi vero coniugalis concordia? ubi vero amor sincerus et sponsalitius, quo meretricium scelus, et dissidii occasio, et odii causae, et animorum alienatio? Haec enim omnia sunt in spurii, alienique seminis susceptione. Sed nec rationis est, ex alio semine natum alium sibi subiicere, neque iustum, illum quidem spe honestae ex casto matrimonio oblectationis quam sponsam habuit uxorem ducere, illam vero matrimonii legibus insultantem, et cum aliis lasciviendo oblectationis spem vanam ipsi reddentem, meretriciam vitam agentem uxorem cognosci.

CONSTITUCION XCIII

[DE QUE SE PUEDAN RESCINDIR LOS ESPONSALES SI SE VIERA QUE LA ESPOSA ESTABA EMBARAZADA DE OTRO]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Por cuanto los antiguos, que trataron de los esponsales, no sé cómo no dispusieron cuidadosamente sobre esta materia, ya porque no quisieren comprender entre las causas de disolver los esponsales esto sobre lo que hemos de disponer ahora, ya porque entonces aun no había ocurrido alguna cosa semejante á esta, cuya aparición requiere al presente la promulgación de una ley, supliendo nosotros lo que falta en esta parte, llevamos el tratado de los esponsales á su justa perfección. Así, pues, una antigua constitución disuelve los esponsales por varias causas, me refiero á la opinión sobre religión, á si uno fuera presa de enfermedad de locura, y además también por algunas otras. Porque si una de las partes desposadas tuviera alguna causa de estas, manda que se disuelvan los esponsales; mas lo que ahora es considerado digno de nuestra consideración, ó porque entonces á la sazón no había sucedido todavía, según hemos dicho, ó porque no se creía que acontecería, ó por otra cualquiera causa, no era contado entre las mencionadas. Mas tal es ello: se descubrió que una esposa, contraídos ya los esponsales, habiendo tenido ocultamente otros ayuntamientos, perdió la castidad de los esponsales. Y esto ciertamente no fué comprendido en las antiguas leyes. Mas nosotros, añadiéndoles lo que les falta, mandamos que aquellos á quienes unieron esponsales putativos, no verdaderos, se separen no solamente por causa de fe perversa, ó por razón de enajenación mental, ó por otras causas, sino también por esto, que no menos, sino más, se opone al matrimonio. Porque ¿cómo son verdaderos los esponsales, en los que no se ve la verdad de ellos? Y ¿dónde está la concordia conyugal? ¿Cómo hay amor sincero y de esposos donde hay delito de meretriz, ocasión de discordia, causas de ódio, y enajenación de ánimos? Porque todas estas cosas hay en la admisión de sémen espúrio y ajeno. Pero tampoco es de razón que uno tenga sujeto á sí al nacido de otro sémen, ni es justo que él ciertamente tome por mujer á la que tuvo por esposa con la esperanza de la honesta delectación de un casto matrimonio, y que ella, que insulta las leyes del matrimonio, y que siendo lasciva con otros hace para él vana la esperanza de la delectación, sea reconocida como mujer, llevando vida de meretriz.

CONST. XCIV

[LEGIS, QUAE DE CONSULATU AGIT, ABROGATIO] (2)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quoniam nostra legum repurgatio hunc finem habet, ut non modo illa e textu legali deleat, quorum scriptura saepe rerum statum perdit, verum etiam quae longo tempore silentio obruta, inutilia prorsus, et tanquam propter cariem publico usu intacta iacere videntur, consequens est, etiam de consulatu legem, tanquam nihil in praesenti reipublicae convenientem, cum ceteris inutilibus legali corpore eximere. Etenim olim quidem consu-

(1) *Esta rúbrica fué compuesta en griego por Steph.*

CONSTITUCION XCIV

[DEROGACIÓN DE LA LEY QUE TRATA DEL CONSULADO]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Puesto que nuestra revisión de las leyes tiene este fin, borrar del texto de las leyes no solamente aquellas cosas, cuya escritura perjudica muchas veces el estado de las cosas, sino también lo que sepultado largo tiempo en el silencio parece que yace completamente inútil, y así como por su moho no empleado en el uso público, es consiguiente excluir del cuerpo de las leyes, juntamente con otras inútiles, también la ley sobre el consulado, como

(3) *También la rúbrica fué escrita en griego por Steph.*

laris dignitas veneranda erat, venerandosque qui ipsam subirent et magnificentia praestantes efficiebat. Propterea sane etiam ii, quibuscunque consulatum gerere obtingebat, quam liberalitatem ipsi ex dignitate percipiebant, referre reipublicae volentes, liberalia populo munera largiebantur. Sed initio quidem in cuiusque arbitrio liberalitatis magnitudo et deminutio posita erat, postea autem, quod ita visum est, ad certum modum decreto legali circumscribi illam placuit. At enim vero hoc quidem donec consularis dignitatis in republica maiestas floruit, observatum esse apparet, nunc vero, quum temporis cursus omnia movens hanc etiam consularem magnificentiam e pristina gloria et amplitudine in abiectam speciem transformaverit, et qui ad illam procedunt non facile aliis idonei esse, sed nec sibi interdum sufficere possint, quoniam propter hoc de consulatu legem altum silentium pressit, etiam hanc iam cum ceteris inutilibus, ut dixi, frustra legalibus constitutionibus immixtam decreto maiestatis nostrae illinc eximimus.

por no ser al presente conveniente para nada á la república. Porque ciertamente que en otro tiempo era digna de veneración la dignidad consular, y hacía que fuesen venerandos y eminentes por su magnificencia los que la alcanzaban. Por esto, á la verdad, aquellos á quienes cabía en suerte desempeñar el consulado, queriendo devolver á la república la liberalidad que ellos mismos percibían con su dignidad, hacían liberales donativos al pueblo. Mas en un principio estaban encomendadas ciertamente al arbitrio de cada cual la magnitud y la disminución de la liberalidad, pero después, porque así pareció bien, plugo que por un decreto de ley fuese esta circunscrita á cierta medida. Pero aparece que esto ciertamente se observó mientras floreció en la república la majestad de la dignidad consular; mas ahora, habiendo el curso del tiempo, que todo lo remueve, transformado también esta magnificencia consular de su primitiva gloria y amplitud en una especie abyecta, y no siendo de ordinario los que á ella llegan ricos para otros, sino que á veces no se bastan á sí mismos, y como por esto abrumó profundo silencio á esta ley relativa al consulado, también á ella, mezclada ya en vano con las Constituciones legales, la excluímos de estas juntamente con las demás inútiles, según se ha dicho, por decreto de nuestra majestad.

CONST. XCV

DE AVULSA TERRAE CRUSTA

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Etiam antiquioribus, quaeque antea originem sumserunt legibus causam rerum necessitatibus usus praebuit. Ad vitae enim legislatorum voluntate vicissitudines semper intenta, pro eius natura leges condunt. Quoniam igitur ex communis vitae negotiis, quemadmodum diximus, legibus nascendi occasio exsistit, nos etiam, quum propter novitatem alicuius rei, et quae ex nulla antiqua lege explicari possit, lege opus esse videamus, ut si forte alias quoque tale aliquid contingat, id legitime diiudicari possit, legem pro qualitate rei constituimus. Quae igitur illa lex? Agris vicinis diverso dominio subiectis, et altero superiore loco constituto, altero inferiore posito, in superficie limitato, si superioris agri pars aliqua vel cum arboribus, vel sine his praerupta inferiorem, qui avulsum excepit, obtegat, non simpliciter licentiam habeat neque inferioris agri dominus avulsam materiam tanquam suam vindicandi, quod inter ipsius fines iacet, neque superioris dominus, et qui avulsionem passus est, de finium, qui partem avulsam exceperunt, dominio, illi litem movendi, sed inferioris quidem agri dominus superioris agri domino permittat, ut, si velit divulsam materiam, sive fructibus consita sit, sive sine fructibus, recipiat et reportet, ille autem ex duobus alterum eligat, et receptae suisque finibus restitutae materiae, quemadmodum antea, dominus sit, aut si hoc nolit, prorsus tum a materia, tum a finibus, qui illam exceperunt, abstineat, neque agri, qui avulsa suscepit, domino negotium facessat. Quemadmodum enim quum domus sibi invicem adiacent, et alterius structura eminentior sit, alterius humilior, si accidat, eminentiore domo in humiliorem collapsa, aut delapsam materiam recipere, aut, si id eligere nolit, illa prorsus cadere, neque omnino illi parti, quae casum excepit, molestum esse, ita hic quoque

CONSTITUCION XCV

DE LA CORTEZA DE TIERRA, QUE FUÉ ARRANCADA

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

También para las leyes antiguas y que antes tuvieron orígen dió causa el uso necesario de las cosas. Porque atenta siempre la voluntad de los legisladores á las vicisitudes de la vida, hacen las leyes con arreglo á la naturaleza de esta. Así, pues, como de los negocios de la vida común resulta para las leyes, según hemos dicho, la ocasión de nacer, también nosotros, cuando vemos que á causa de la novedad de alguna cosa, que no se puede resolver por ninguna ley antigua, hay necesidad de una ley, para que si acaso otra vez ocurriera también alguna tal cosa pueda esta ser decidida legítimamente, establecemos una ley con arreglo á la calidad de la cosa. ¿Qué ley es, pues, esta? Cuando campos vecinos están sujetos á diverso dominio, y uno se halla en lugar superior, y otro está sito en uno inferior, limitado en la superficie, si alguna parte del campo superior, desprendida con árboles, ó sin ellos, recubriera al inferior, que recibe lo arrancado, no tenga sencillamente facultad el dueño del campo inferior para reivindicar como suya la materia arrancada, porque yace dentro de los límites del mismo, ni el dueño del superior, que sufrió el desprendimiento, para promoverle á aquel litigio sobre el dominio de los límites, que recibieron la parte arrancada, sino permítale el dueño del campo inferior al dueño del campo superior, que, si quisiera la materia arrancada, ya se halle con frutos, ya sin frutos, la recobre y se la lleve, pero tenga él la elección de una de estas dos cosas, y sea, como antes, dueño de la materia recobrada y restituída á sus límites, ó, si no quisiera esto, abténgase en absoluto tanto de la materia, como de los límites que la recibieron, y no le promueva cuestión al dueño del campo, que recibió lo arrancado. Porque así como cuando las casas son entre sí adyacentes, y es más elevada la estructura de la una,

convenit eandem consequentiam et exsistere et observari.

y más baja la de la otra, si acontece que la casa superior se derrumba sobre la inferior, recoge los materiales caídos, ó, si no quisiera optar por esto, los pierde en absoluto, y no molesta de ningún modo á la parte que recibió lo caído, así también es conveniente que en este caso exista y se observe la misma consecuencia.

CONST. XCVI

[DE SEPULCHRO VIOLATO] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quae delicta sola animi nequitia committuntur, nullaque naturali necessitate excusari possunt, his neque venia tribuenda, neque inferendae poenae remedium concedendum est, quae vero non omnino a malitia procedunt, sed mixtam aliquam naturae violentiam habent, his ab illis, qui ad modum vis, quae naturae inest, iudicare (2) volunt, venia non denegabitur. Ex hac ego ratione civile et sacrum decretum, in quantum de sepulchrorum violatoribus statuunt, sibi contradicere arbitror. Nam civilis quidem lex malam voluntatem tantummodo intuens, negata prorsus venia, id delictum punit, sacra vero (ad paupertatem, puto, quae humanam vitam misere vexat, et saepe prorsus non audenda pauperes audere efficit, respiciens) poenam in deprehensos non constituit. Nos itaque ad utriusque decreti sententiam nos accommodantes, et quantum fieri potest poenam atque veniam in unum coniungentes, sancimus, eos quidem, qui semel id ausi fuerint, lenius et clementius in puniendo iudicium sortiri, qui vero ex misericordia illa iterum peccandi occasionem arripiant, nec inde prudentiores facti a malitia desistunt, nullis precibus admissis poenam sustineant. Illa autem in verberibus dorsi inflictis criniumque tonsione consistet.

CONSTITUCION XCVI

[DEL SEPULCRO VIOLADO]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Para aquellos delitos que se cometen por sola maldad de ánimo, y que no pueden ser excusados por ninguna necesidad natural, ni se debe otorgar perdón, ni se ha de conceder remedio de la pena que se les ha de imponer; pero á los que en absoluto no proceden de maldad, sino que tienen mezclada alguna violencia de la naturaleza, no se les denegará perdón por los que quieren juzgar según el grado de violencia, que hay en la naturaleza. Por esta razón opino yo que se contradicen el decreto civil y el sagrado, en cuanto estatuyen respecto á las violadores de sepulcros. Porque, á la verdad, la ley civil, atendiendo solamente á la mala voluntad, castiga este delito, negando en absoluto el perdón; pero la sagrada, (mirando, según creo, á la pobreza, que veja míseramente la vida humana, y hace muchas veces que los pobres se atrevan á lo que de ningún modo debe uno atreverse), no estableció pena contra los que en esto hubieran sido sorprendidos. Así, pues, nosotros, acomodándonos al sentido de ambos decretos, y uniendo entre sí, en cuanto se puede hacer, la pena y el perdón, mandamos, que los que una sola vez se hubieren atrevido á esto obtengan al ser castigados sentencia más leve y clemente, pero que los que de esta misericordia tomen ocasión para pecar otra vez, y no desisten de su maldad habiéndose hecho por aquella más prudentes, sufran la pena sin que se les admitan ningunas súplicas. Mas esta consistirá en azotes dados en la espalda y en la tonsura del cabello.

CONST. XCVII

UT IUDEX IN EXORDIO LITIS ET MAGISTRATUS IN CREATIONE IURET

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Etsi divino praecepto, quod iuramenta omnino vitare iubet, adversari videatur lex, quae in magistratuum constitutione litiumque exordio iurandum praecipit, tamen si quis verborum mentem perspiciat, non in contrarium illam rogatam esse, sed e diverso per iurisiurandi institutionem idem efficiendi studium deprehendat, quod sacra lex vult, dum iurandi veniam adimit. Etenim haec quidem, quo mendacio prorsus viam praecludat, in universum iurare vetat, illa vero, dum hoc ipsum vult, ad fugandum mendacium iusiurandum in auxilium assumit. Quapropter nobis etiam non ad verborum formam, sed ad propositum finem mentem dirigentibus, non despicere civile decretum, tanquam cum divino et dominico mandato pugnet, sed tanquam eodem vergat, illi honorem conservare visum est. Praeterea vero etiam hoc intelligimus, divinum iussum non simpliciter nec ad moderanda communis vitae negotia esse propositum, sed ad constituendum illis, qui ad beatam illam

CONSTITUCION XCVII

DE QUE JURE EL JUEZ AL COMIENZO DE UN LITIGIO Y AL SER NOMBRADO MAGISTRADO

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Aunque parezca que la ley, que preceptúa que se debe jurar al ser nombrados los magistrados y al comienzo de los litigios, se opone al divino precepto, que manda que en absoluto se eviten los juramentos, sin embargo, si alguien penetra en el sentido de las palabras, hallará que ella no fué dada para cosa diversa, sino que por el contrario descubrirá el empeño de hacer por medio de la institución del juramento lo mismo que quiere la ley sagrada, al privar de dispensa para jurar. Porque esta ciertamente, para cerrarle por completo el camino á la mentira, veda en absoluto que se jure, mas aquella, queriendo esto mismo, toma como auxiliar el juramento para ahuyentar la mentira. Por lo cual, dirigiendo también nosotros la mente no á la materialidad de las palabras, sino al fin propuesto, nos ha parecido conveniente no despreciar el decreto civil, como si pugnara con el divino mandato del Señor, sino conservarle su honor, como por tender á lo mismo. Pero además de esto también entende-

(1) *El texto griego de esta rúbrica fué compuesto por Steph.*

(2) **indicare**, *decía el texto; pero* **iudicare** *se lee en la versión de Agileo, y concuerda con el griego* κρίνειν.—*N. del Tr.*

sublimitatem adscendere desiderant, in perfectiorem rempublicam gradum, quemadmodum etiam alia, quale hoc: «ne solliciti sitis anima vestra, quid esuri sitis», et: «ne reponatis thesauros in terra», et cetera eiusdem sensus. Haec enim et similia perfectiora sectantibus demandantur. Quapropter civili legi suam vim, ut diximus, imminutam conservantes, etiam nos sancimus, ut, qui magistratum ineant, et litem de re dubia intrent, iureiurando fidem faciant, se veritatem mendacio praelaturos, nec ullo modo a recta via aberrantes, in obliquam fraudis semitam concessuros esse.

mos que el divino mandato fué dado no sencillamente, ni para moderar los negocios de la vida común, sino para constituirles un paso á una república más perfecta á los que desean ascender á aquella dichosa sublimidad, á la manera que también otras cosas como estas: «no os inquietéis en vuestra alma por lo que hayáis de comer», y «no escondáis tesoros en la tierra», y otras del mismo sentido. Porque estas y otras semejantes se les exigen á los que persiguen algo más perfecto. Por lo cual, conservándole sin menoscabo á la ley civil su propia fuerza, según hemos dicho, mandamos también nosotros, que los que ingresen en la magistratura, y comiencen litigio sobre cosa dudosa, presten con juramento garantía de que ellos antepondrán la verdad á la mentira, y de que, no separándose de ningún modo de la vía recta, no entrarán en la senda oblícua del fraude.

CONST. XCVIII

[DE POENA EUNUCHORUM, SI UXORES DUCANT] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Legum sanctio et reipublicae constituendae finem habet, et naturae interdum iniuria affectae auxilium offert. Iustum est ergo, ut nunc etiam de proposita specie (ea vero est, an eunuchos in matrimonium coniungi liceat) lex originem capiat. Sed ante legis constitutionem in examinatione rei subsistere iuvat, et quaerere, an talis coniunctio matrimonium appellari possit, immo an animo peragi fas sit, quae in matrimonio peraguntur, qualia sunt sacra precatio, vel sacrificium, vel humana quaedam oblectatio ac voluptas, et quaecunque in matrimonio fiunt. Etenim sacerdos quidem ad imitationem caelestis a creatore, qui sexus ad multiplicationem copulavit, pronuntiatae benedictionis, verba sacra effatur, ex hominibus vero procedens voluptas et desiderium ad geniales complexus et utriusque sexus germina respiciens, progressum recipit. Sponsorum enim parentes, viscerum suorum visuros foetum, et sponsi ipsi, vitam daturos se generis successoribus sperantes, multiplici voluptate perfunduntur. Ubi vero nihil tale subest, qualis hominum hilaritas accedat, quale sacrificium adiungatur? Quum autem illorum coniunctio adeo oblectamento, et consecratione, et sacrificiis, et benedictione careat, quomodo matrimonii appellatio ei conveniet? immo quomodo non nefariam poena sequatur, quae nefariis debetur? Sed quod quidem nec ab initio matrimonium vocari possit, ut principium ita se habeat, sed magis exactiusque rei indignitatem oratio definiat. Rerum creator, quum initio marem et feminam consociaret, ad incrementum inde exstiturum respiciens, consociationem illam faciebat; quin et naturae, quae tanquam famula quantum potest a fundatore tradita praecepta observat, finis est, ut in hoc matrimonii consuetudo ineatur, quo sobolis procreatio procedat, quoad quidem ab ipsa tale ministerium conditor praestari velit. Si igitur illic est quod et naturae creatori, et naturae placeat, prohibitum non prohibeatur, si non est (quemadmodum non est, sed contrarium omne, imbecille quidem ad implendam domini voluntatem, alienum vero et quod natura non agnoscat), quare non omnibus modis prohibebitur? Si quis vero altercationibus gaudens dicat, quod si propter sterilitatem eunuchi a coniugio secludantur, multorum etiam aliorum coniugia in-

(1) *Esta rúbrica fué redactada en griego por Steph.*

CONSTITUCION XCVIII

[DE LA PENA DE LOS EUNUCOS, SI SE CASARAN]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

La sanción de las leyes tiene el fin de constituir la república, y ofrece auxilio á la naturaleza cuando á veces ha sido afectada por injuria. Es, pues, justo, que también de la especie ahora propuesta, (y esta es, si es lícito que los eunucos se unan en matrimonio), tome orígen una ley. Pero antes de establecer la ley es conveniente detenerse en el examen de la cosa, é investigar si tal unión pueda ser llamada matrimonio, y aun, si es posible que con el ánimo se ejecuten las cosas que se llevan á cabo en el matrimonio, como son la sagrada deprecación, ó el sacrificio, ó cierta humana delectación y voluptuosidad, y cualesquiera otras cosas que se hacen en el matrimonio. Porque el sacerdote ciertamente, á imitación de la celestial bendición pronunciada por el Creador, que unió para la multiplicación los sexos, pronuncia las palabras sagradas, y reciben impulso la voluptuosidad que proviene de los hombres, y el deseo que mira á las uniones sexuales y á los frutos de ambos sexos. En efecto, esperando los padres de los esposos que habrán de ver feto de sus propias entrañas, y los mismos esposos que habrán de dar ellos la vida á sucesores de su linage, se inundan de múltiple voluptuosidad. Mas donde no hay nada de esto, ¿qué rogocijo de hombres habrá, y qué sacrificio se añadirá? Y careciendo de este modo la unión de ellos de delectación, y de consagración, y de sacrificios, y de bendición, ¿cómo le convendrá la denominación de matrimonio? Mas aun, ¿cómo no recaerá sobre esta cosa nefanda la pena que se debe á las nefandas? Pero ciertamente que este no puede ser llamado desde un principio matrimonio, como así sea su principio; mas el discurso definirá mejor y más exactamente la indignidad de la cosa. El Creador de las cosas, al asociar en un principio al macho y á la hembra, hizo esta unión mirando al incremento que por ella habría de haber; y es también fin de la naturaleza, la cual como esclava observa en cuanto puede los preceptos transmitidos por el Creador, para que se entre en la vida matrimonial con el objeto de que tenga lugar la procreación de prole, hasta tanto ciertamente que el Creador quiera que por la misma se preste este ministerio. Si, pues, hay allí lo que les place al Creador de la naturaleza, y á la misma naturaleza, no se prohiba lo prohibido; si no

terdici debere (non omnes enim, qui in coniugium coëunt, talem fructum ex communione habuerunt), ad contentionem in promtu est responsio, quod illi quidem, etsi nullus foetus edatur, non tamen ad hoc convenerunt, ne quam vitae utilitatem ex coniugali copula afferrent, sed manifesto procreandorum quidem liberorum desiderio effectum autem desiderio responsorum opinati, licet in eventu spes fefellerit; hic vero talia dici nequeunt (multum abest), sed certo scientes, qui ad absurdam illam commixtionem coierunt, steriles se atque infructuosos ad hoc ipsum et convenisse, et naturae quasi insidiatos esse. Ambo igitur etiam ob hoc solum odibiles sunt, haec quidem, quod, quum coniugalis consuetudinis cupida fecundo se iungere potuisset, infecundum et sterilem praetulerit, ille vero, quod sua impotentia impotentem benedictionem datam effecerit. Deinde etiam si quis fundum quidem, ex quo alius aliquis fructus metat, vastare, et incultum relinquere deprehendatur, ut malum atque perniciosum odio habebimus, eiusque si fieri potest intentionem reprimemus, illi vero, qui fundum, ex quo ratione praeditum germen formatur, desolat et inutilem reddit, ei tanquam iniusti nihil committat, id facere permittemus? Et quis hoc dicat? Sed Paulus, inquiunt, ait: «Melius nubere quam uri», unde fervoris contemplatione coniunctio prohiberi non debeat. Sed tu, qui Paulum in medium profers, Pauli verbi attende. Nubere, inquit, id est per nuptiale commercium cum muliere coniungi. Igitur si quidem tua cum muliere commixtio, consociatio matrimonialis, et benedictione, quae nupturis debetur, digna est, matrimonium eam nomina, et observa uxorem, si vero nec umbrae quidem benedictionis capax sis (quae enim aut qualis consecratio in iis, qui simul quidem contra creatoris decretum, simul vero contra naturae legem coniunguntur, procedat?), quid Paulum ad probationem caelibis tui et absurdi matrimonii protrahere audes? Ad hoc vero etiam, si qui (1) ipsis virilitatem exsecant, hoc consilio id faciunt (etsi vitiose ac quadam in deum rebellione id faciant), ne amplius viros se exhibere queant, sed quantum ad femineum sexum elanguescant, et cubilis non suspecti custodes sint (hoc enim vocis sonus promittit), quomodo propter hoc non iustam adversus se indignationem excitabunt, per quod non solum inimicam naturae voluntatem produnt, verum etiam illis, qui licet malitiose, tamen pro opinione sua utiles illos reddere studio habuerunt, adversari deprehendantur? et novum aliquod genus repraesentant, neque initio attributae naturae, neque postea qua transformati sunt malitiosae arti accommodati? Propterea sancimus, si quis eunuchorum ad matrimonium procedere comperiatur, et ipsum quidem stupri poenae subdi, et sacerdotem vero, qui talem coniunctionem impie perficere ausus fuerit, sacerdotali dignitate denudari.

(1) quis, *decía el texto, sin duda por errata.* — *N. del Tr.*

lo hay, (como no lo hay, sino todo lo contrario, alguna cosa ciertamente incapaz de cumplir la voluntad del Señor, pero extraña y que la naturaleza no la conoce), ¿por qué no será de todos modos prohibido? Mas si alguien que se regocije con altercados dijera, que, si por razón de la esterilidad fueran excluídos del matrimonio los eunucos, se debían prohibir también los matrimonios de otros muchos, (porque no todos los que se unen en matrimonio tuvieron tal fruto de su unión), es expedita la respuesta á la objeción, porque aquellos ciertamente, aunque no se dé á luz ningún feto, no se unieron, sin embargo, para esto, para no aportar á la vida ninguna utilidad de la cópula conyugal, sino, á la verdad, con el manifiesto deseo de procrear hijos, y opinando que el efecto respondería al deseo, aunque en el resultado les haya fallado la esperanza; mas en este caso no se pueden decir tales cosas, (y falta mucho para ello), sino que sabiendo de cierto los que fueron á esta absurda unión que ellos eran estériles é incapaces de dar fruto se unieron para esto mismo, y en cierto modo pusieron acechanzas á la naturaleza. Así, pues, ambos son por esto solo odiosos, ella, porque, habiendo podido, estando deseosa de vida conyugal, unirse con quien fuera fecundo, prefirió uno infecundo y estéril; y él, porque con su impotencia habrá hecho impotente la bendición dada. Además, si se hallara que alguien ciertamente devasta y abandona inculto un fundo, del que otro cualquiera segaría frutos, le tendremos ódio como á malo y pernicioso, y, si puede ser, reprimiremos su intención; ¿y al que desuela y hace inútil el fundo, de que se forma el gérmen dotado de razón, le permitiremos que lo haga, como si no ejecutara nada que sea injusto? Y ¿quién diría esto? Mas refieren que Paulo dijo: «Mejor es casarse que abrasarse», por lo que en consideración al ardor no se debe prohibir la unión. Pero tú, que sacas á colación á Paulo, atiende á las palabras de Paulo. Casarse, dice, es unirse con una mujer por medio del comercio nupcial, Así, pues, si tu unión con una mujer es conjunción matrimonial, y digna de la bendición que se les debe á los que se van á casar, llámala matrimonio, y considera á la mujer; pero si no fueras capaz ciertamente ni de una sombra de bendición, (porque ¿qué ó cuál consagración tiene lugar en aquellos, que ciertamente se unen al mismo tiempo que contra el decreto del Creador también contra la ley de la naturaleza?), ¿á qué te atreves á presentar á Paulo para aprobar tu célibe y absurdo matrimonio? Además de esto, si los que se amputan á sí mismos la virilidad lo hacen con el designio (aunque esto lo hagan malamente y por cierta rebelión contra Dios) de no poder mostrarse ya más como varones, sino de perder su energía respecto al sexo femenino, y ser custodios de cámara no sospechosos, (porque esto es lo que indica la expresión de la palabra), ¿cómo no excitarán contra sí justa indignación por esto, porque no solamente manifiestan voluntad enemiga de la naturaleza, sino que se ve que se oponen también á los que, aunque maliciosamente, tuvieron, sin embargo, empeño en hacerlos de nuevo útiles con arreglo á su opinión, y representan cierto nuevo género, no acomodado ni á la naturaleza que en un principio se les concedió, ni al malicioso artificio con que después fueron transformados? Por lo tanto, mandamos, que si se descubriera que algún eunuco procedía á contraer matrimonio, sea él ciertamente sometido á la pena del estupro, y sea despojado de su dignidad sacerdotal el sacerdote que se hubiere atrevido á llevar impíamente á cabo tal unión.

CONST. XCIX

UT QUI IUSIURANDUM DEFERT, PRIOR DE CALUMNIA IURET

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quaecunque ad cautionem spectant, quaecunque ad prudentiam in rebus, haec ut et singulis et universae reipublicae et per me inveniam, si quid possim, et ab aliis inventis utilitatem suam praebeam, in votis et studio habeo. Propterea supra alias haec etiam lex velut deperdita restitutione digna videtur, quae eum, qui aliquem ad iurandi necessitatem adigit, ipsum prius iurare iubet, se nec malitiose iusiurandum exigere, nec ut animum perturbet, sed ut rei, cuius ambiguitate ratio ipsius aestuat, veritatem cognoscat. Quum enim id decretum recte veterioribus placuisset, recentiores eius cautionem negligentes, iurisiurandi necessitate illata, eum quidem, a quo exigitur, id subire volunt, de eo vero, qui exigit, non solliciti sunt. Statuit igitur nostra maiestas, secundum veterum legislatorum decretum iuramentorum formam servari, et qui ab adversario accipere iusiurandum intentat, ipsum prius quam fidem ex aliis quaerit, de rebus suis prius praestare, quod non malitia, sed necessario et inevitabili de causa ad deferendum iusiurandum processerit. Existimo enim, quum ambo ita ad iurandum adigantur, aut omnino clariorem in iuramentis exituram veritatem, aut hos aliquam moderationem suscepturos, neque ita promte et accelerato pede, quemadmodum nunc progredi videntur, ad deferendum iusiurandum venturos.

CONSTITUCION XCIX

DE QUE EL QUE DEFIERE JURAMENTO JURE PRIMERO DE CALUMNIA

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Deseo y procuro hallar por mí, en cuanto puedo, para cada cual y para toda la república todo lo que se refiere á caución y á prudencia en las cosas, y proporcionarles su propia conveniencia por los inventos de otros. Por eso, además de otras, parece digna de restauración, hallándose como perdida, también la ley que manda que el que le impone á otro la necesidad de jurar jure él primeramente que no exige maliciosamente el juramento, ni para perturbar el ánimo, sino para conocer la verdad de una cosa, por cuya duda vacila su razón. Porque habiéndoles parecido bien este decreto á los antiguos, descuidando los modernos su caución, quieren que, impuesta la necesidad del juramento, lo preste ciertamente aquel á quien se le exige, pero no se cuidaron del que lo exige. Así, pues, dispone nuestra majestad, que se guarde la forma de los juramentos con arreglo al decreto de los antiguos legisladores, y que el que intente obtener juramento de su adversario preste, antes de buscar la fe de otros, juramento sobre sus propias cosas, de que, no por malicia, sino por necesidad y por causa inevitable, ha procedido á deferir el juramento. Porque estimo que siendo ambos de este modo compelidos á jurar, ó aparecerá en todos los casos más clara la verdad en los juramentos, ó habrán de tener ellos alguna moderación, y no procederán con tanta prontitud y aceleramiento, como parece que ahora proceden, á deferir el juramento.

CONST. C

DE SERVIS, QUI LIBERIS IN MATRIMONIUM CONIUNGUNTUR

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Leges, quia ex benigno iudicio natae sunt, bona sua ordinatione et moderamine iis etiam controversiis, quae non admodum crebro in res humanas incidunt, auxilium ferre instituunt. At vero quum tantae benignitatis sint, quomodo non multo magis eorum, quae in hominum vita assidue versantur, curam suscipient? Non enim qui iis, quae minus dolent, curam adhibeat, quae magis dolent negligat, neque ei, quod minus dolet, curam prudenter adhibuisse videtur. Quapropter legum dignitati plus maiestatis attribuentes, id quod hactenus ex consuetudine diiudicatum est, de iis nempe, qui ex inaequali fortuna, libera et servili, amore instigante in matrimonium coniungi contendunt, legis tenori reddimus, et sancimus, ut, si homo libertate honoratus servilis conditionis personae matrimonium eligat, sub duplici hac conditione coniunctionem stare, ut is aut aequalem cum servili persona, cui per amorem associatur, fortunam suscipiat, aut pretium, quo illa servitute liberata in libertatem perveniat, solvere promittat; sed haec quidem tanquam inaequalis matrimonii arrham quandam, eum qui communionem cum servili persona init, persolvere oportebit. Dominos vero nec ipsos inhumanius se gerere statuimus, sed si quidem persona, quae servum in matrimonium delegit, servire malit, servitutem domini morte finiri, quo facto cum

CONSTITUCION C

DE LOS ESCLAVOS QUE SE UNEN EN MATRIMONIO CON MUJERES LIBRES

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Las leyes, como quiera que han nacido de un benigno juicio, determinaron que con su buena disposición y con su régimen se preste auxilio aun en aquellas controversias que no sobrevienen en los negocios humanos con mucha frecuencia. Mas siendo de tanta benignidad, ¿cómo no se cuidarán mucho más de las cosas de que asíduamente se trata en la vida de los hombres? Porque el que se cuida de las cosas que duelen menos, y desatiende las que duelen más, no parece que puso con prudencia cuidado tampoco en lo que duele menos. Por lo cual, atribuyendo más majestad á la dignidad de las leyes, comprendemos en el tenor de la ley lo que hasta ahora fué juzgado con arreglo á la costumbre, á saber, respecto á los que siendo de desigual condición, libre y servil, pretenden, instigándolos el amor, unirse en matrimonio, y mandamos, que, si un hombre, honrado con la libertad, eligiera el matrimonio con persona de condición servil, subsista la unión bajo esta doble condición, ó que él acepte una condición igual á la de la persona servil, con que se asocia por amor, ó prometa pagar el precio con que, librada aquella de la esclavitud, llegue á la libertad; mas esto deberá cumplirlo ciertamente, como por cierta especie de arras del matrimonio desigual, el que celebra su unión con una persona esclava. Pero disponemos que tampoco los mismos

liberis suis, si quos (1) ipsis matrimonium largitum est, eos dimitti; si vero in servitutem non consentiat, neque in promtu habeat, unde pretium plene persolvat, libertate quidem per vim non privetur, sed serviens apud eundem dominum, mercede singulis annis binis solidis aestimanda, servitutem per tot annos continuabit, quot pacto pretio in summam deducto dominum satis pro servo accepisse, neque iustam causam detentionis amplius habere, ostendent.

dueños se conduzcan con inhumanidad, sino que si verdaderamente la persona, que eligió un esclavo en matrimonio, prefiriera ser esclava, se extinga la esclavitud con la muerte del dueño, y, habiendo sobrevenido ésta, sean ellos mismos manumitidos con sus hijos, si algunos les concedió á los mismos el matrimonio; mas si no prestara su consentimiento para la esclavitud, ni tuviera á mano con qué pagar completamente el precio, no sea ciertamente privado de la libertad á la fuerza, sino que, siendo esclavo en poder del mismo señor, y estimándose su salario en dos sueldos cada año, continuará en esclavitud tantos años, cuantos demostraren que, habiendo llegado el precio pactado á la suma, el dueño recibió lo suficiente por el esclavo, y que ya no tiene justa causa para su retención.

CONST CI

DE SERVIS CONIUGIBUS, SI ALTER ILLORUM LIBERTATE DONETUR

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Non solum quod inter personam liberam et servilem ab initio contrahitur matrimonium, sed etiam quod communiter in servitute et in pari fortuna degentes contraxerunt, hoc etiam saepe, altero illorum forte a domino manumisso, alterius partis vinculo non soluto, ad inaequalitatem redactum, ex tali causa non exiguae ambiguitatis et quaestionis, eo quod lege diiudicatum non est, altercationem suscitare conspicitur. Quum itaque hoc quoque a nostra maiestate lege ordinatum convenientem distinctionem accipere debeat, hanc, per quam recte diiudicetur, legem concepit. Quae vero illa lex? Iubemus, ut, si servitute liberata persona coniunctioni eius, quae in servitute relicta est, acquiescat, secundum formam de personis liberis et servilibus matrimonio coniunctis lege comprehensam matrimonium inviolatum maneat. Oportet enim ei non adversari, sed aequaliter eum altera parte servitutis iugum subire, donec extremus vitae dies ei, qui dominium personae e servitute non dimissae habet, obveniat, aut, si libertatis dignitatem exuere nolit, pro adiuncta sibi persona pretium se soluturum promittere. Si vero hanc quidem curam non gerat, ex libertate vero sua occasione sumta, in servitute relictam personam in vitae suae statum abripere conetur, non solum non hac arrogantia quidquam efficiat, neque alteri libertatem donandi potestatem habeat, verum etiam ipse quem nactus est honore excidat, et rursus servitutis iugo collum subdat, utpote qui ingrato animo benignae domini sui ac beneficae voluntati iniuriam intulerit, eiusque iudicium, quod revereri et venerari debebat, absurde contemnere cogitarit.

(1) quod, *decía el texto, sin duda por errata.—N. del Tr.*

CONSTITUCION CI

DE LOS CÓNYUGES ESCLAVOS, SI Á UNO DE ELLOS SE LE HICIERA DONACIÓN DE LA LIBERTAD

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Se observa que no solamente el matrimonio que desde un principio se contrae entre una persona libre y otra esclava, sino también el que contrajeron los que en común vivían en esclavitud y en igual condición, habiendo sido reducido á la desigualdad, acaso por haber sido manumitido alguno de aquellos por su dueño, no habiéndose disuelto el vínculo de la otra parte, suscitan muchas veces por tal causa contienda de no pequeña duda y cuestión, por no haber sido esto dilucidado por la ley. Así, pues, como también esto, ordenado en una ley por nuestra majestad, debía recibir conveniente aclaración, ha obtenido esta ley por la cual sea convenientemente determinado. Mas ¿cuál es esta ley? Mandamos, que, si librada de la esclavitud una persona, asintiera á estar unida con otra, que fué dejada en la esclavitud, permanezca sin alteración el matrimonio en la forma comprendida en la ley sobre las personas libres y esclavas unidas en matrimonio. Porque es menester que aquella no se oponga á esto, sino que lleve igualmente que la otra parte el yugo de la esclavitud, hasta que le llegue el último día de su vida al que tiene el dominio de la persona no emancipada de la esclavitud, ó, si no quisiera despojarse de la dignidad de la libertad, que prometa que él pagará el precio por la persona á él unida. Mas si ciertamente no se cuidara de esto, sino que, aprovechando la ocasión de su propia libertad, intentara arrancar para el estado de su propia vida á la persona dejada en la esclavitud, no solamente no realice cosa alguna con esta arrogancia, ni tenga potestad para hacerle á aquella donación de la libertad, sino que decaiga también él mismo del honor que alcanzó, y sujete de nuevo su cerviz al yugo de la esclavitud, como quien con ánimo ingrato hubiere inferido injuria á la benigna y benéfica voluntad de su propio señor, y hubiere pensado despreciar absurdamente su disposición, que debia reverenciar y venerar.

CONST. CII

DE PRAEDIIS MARITIMIS AD REMORAS PISCATORIAS CONSTITUENDAS SEORSUM NON SUFFICIENTIBUS, ET UT INVITUS ETIAM AD SOCIETATEM ADIGATUR

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Multa bona vitae largitur prudenter et cum ratione instituta rerum communio. Etenim si quis etiam potentia valet, ex societate si cum altero, qui simili potentia valet, longe praestantior eius potentia constituitur, et aliter divites, si divitias communes faciunt, maiorem ex divitiis voluptatem capiunt, et acerbae paupertatis non deerit in operarum communione solatium, quo paupertatis acerbitas mitigetur. Verum quum adeo commoda atque utilis communi vita communio sit, aliena quaedam hominum animos invadens pravitas non solum aliis ad utilitatem impedimento est, verum iis, qui ipsam eligere malunt, persuadet, ut rebus suis noceri sinant, quam ut inita cum vicinis societate ipsis aliquid lucri accedat, permittant. Tale quid a nonnullis factum ad nostras aures pervenit, qui maritima praedia possidentes, quae per se quidem non ita multum lucri afferant, cum vicino autem et adiacente coniuncta, uberiorem utilitatem reddant, nolunt propter malignitatem societatem recipere, neque sua cum vicinis praediis commiscere, qua ratione ambo aliquid lucrari possent, sed sua etiam damno afficere praeferunt, dummodo vicino appareant damno esse. Enimvero si etiam tales damnum suum ipsi non sentiant, et male se gerentes res per improbitatem negligant, tanquam immanes belluae, quae ad dolores sustinendos proruunt, ut appropinquantes laedant, non tamen talem malignitatem in communi vita imperatoria nostra maiestas insolescere patitur, neque quia illi utili cura digni non sunt, propterea sine auxilio relinquemus. Ex parte vero aliqua ipsis, praecipue vero etiam vicini partibus, quem ista inhumanitas male torquet, prospicientes sancimus, ut in illis praediis maritimis, in quibus propria et singula particula non sufficiat ad remorae constitutionem, partes coniungantur, ut per talem communionem et domini ex suis possessionibus utilitatem sentire possint, et si alter communionem inire nolit, ad communionem invitus etiam compellatur. Humanum enim esse scimus, etiam invitum aliquem beneficii participem fieri, hic autem longe maior est humanitas, ubi non solum invito beneficium infertur, qui beneficio non consentit, verum etiam qui illo inique privabatur, privationem non patitur.

CONSTITUCIÓN CII

DE LOS PREDIOS MARÍTIMOS QUE NO SON SUFICIENTES PARA QUE SE ESTABLEZCAN POR SEPARADO LAS REDES FIJAS DE PESCAR, Y DE QUE AUN CONTRA LA VOLUNTAD DE UNO SEA ÉSTE OBLIGADO Á CONSTITUIR SOCIEDAD

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

La comunidad de cosas establecida prudentemente y con razón proporciona muchos bienes á la vida. Porque si alguno vale también por su poder, su poderío se hace mucho mayor si se asocia con otro que tenga análoga potencia; y por otra parte, los ricos, si hacen comunes sus riquezas, adquieren mayor disfrute de sus riquezas, y con la asociación de trabajos no faltará consuelo de la amarga pobreza, con que se mitigue lo acerbo de la pobreza. Pero siendo tan cómoda y útil la comunidad en la vida común, cierta extraña maldad, que invade el ánimo de los hombres, no solamente impide á otros su conveniencia, sino que á los mismos que prefieren optar por ella les persuade á dejar que sean ellos perjudicados en sus propias cosas, antes que á permitir que haciendo sociedad con sus vecinos les venga á ellos mismos algún lucro. Y ha llegado á nuestros oídos que alguna cosa semejante se hizo por algunos, que, poseyendo predios marítimos, que por sí solos no producen ciertamente mucho lucro, pero que unidos con otro vecino y adyacente producirían mayor utilidad, no quieren por maldad admitir sociedad, ni unir los suyos con los predios vecinos, con cuya disposición ambos podrían lucrar alguna cosa, sino que prefieren causar perjuicio aun á los suyos, con tal que aparezca que originan daño al vecino. Mas aunque los tales no sientan ellos mismos su propio daño, y conduciéndose malamente descuiden por improbidad sus cosas, como las fieras feroces, que se precipitan para sufrir dolores, á fin de lesionar á los que se les aproximan, no consiente, sin embargo, nuestra majestad que en la vida común se haga insolente tal maldad, y ni porque ellos no son dignos de conveniente cuidado los dejaremos sin auxilio. Y mirando en alguna parte por ellos mismos, y principalmente también por el interés del vecino, á quien malamente atormenta esta inhumanidad, mandamos, que en los predios marítimos, en que las respectivas propias pequeñas porciones no basten para el establecimiento de redes fijas, se unan las partes, á fin de que por medio de tal comunidad puedan los dueños experimentar utilidad de sus propias posesiones, y si uno no quisiera formar comunidad, sea compelido aun contra su voluntad á la comunidad. Porque sabemos que es humano que á uno se le haga, aun contra su voluntad, partícipe de un beneficio, y es mucho mayor la humanidad en este caso, en el que no solamente se hace beneficio contra su voluntad al que no consiente en el beneficio, sino que tampoco sufre la privación el que de él era injustamente privado.

CONST. CIII

DE IIS QUI DE MARITIMIS PRAEDIIS AD CONSTITUENDAS REMORAS PISCATORIAS SOCIETATEM INEUNT

In societatibus quidem contrahendis usitatum est, saepe eum, qui maiorem partem societati intulit, maiorem partem lucri accipere, et recte negotium instituunt, quibus ita placuit. Verum non ideo re-

CONSTITUCION CIII

DE LOS QUE CON PREDIOS MARÍTIMOS FORMAN SOCIEDAD PARA ESTABLECER REDES FIJAS DE PESCAR

Fué ciertamente de uso al constituir sociedades, que muchas veces el que mayor parte llevó á la sociedad recibiera mayor parte de lucro; y organizan bien el negocio aquellos á quienes así les plugo.

cte, de maritimis praediis societate inita, is, qui plurimum talis praedii habet, eo, qui minus habet, maius lucrum iure suo auferat; exempli gratia si alteri quidem centum orgyiae suae potestatis et possessionis sint, alteri vero non tot, multo vero minus, et his in communionem redactis inde utilitatem percipiat, aequaliter inter socios proventum distribui consentaneum est, nec vero secundum maiorem et minorem portionem distributionem procedere. Cur? quia (1) in aliis quidem negotiis (in collatione pecuniarum nempe, aut pecorum, aut etiam, si quis ita velit, terrestrium locorum) unaquaeque res, quae in communionem redigitur, per se domino, quantum eius natura fert, utilis esse potest, in maritimis vero praediis id similiter se non habet, quoniam non quemadmodum in illis, sic maritima portio in se divisa peculiare lucrum habet. Non enim omnino praeda eodem loco consistit venatores exspectans, et vero aliter etiam maior visa portio propter minoris defectum inutilis esset (quis enim ex re imperfecta usus aut utilitas?), minoris autem adiectio, quum imperfectionem expleat, et quod per se utile non est, utile reddat, consentaneum aequales utilitatis partes domino accedere ex maiore quidem aestimata parte, citra collationem vero minoris nihil emolumenti afferente. Propterea igitur legem etiam, quae deinceps iuste hoc gubernet, imperatoria nostra maiestas profert, et statuimus, si duarum maritimarum portionum ad constituendas remoras communio fiat, et altera earum maior, altera autem minor sit, aequali distributione lucrum accipere utriusque portionis dominum.

Mas constituída sociedad de predios marítimos, no tan rectamente retira por propio derecho el que tiene la parte mayor de un tal predio mayor lucro, que el que tiene la menor; por ejemplo, si uno ciertamente tuviera cien brazas de su propiedad y posesión, y otro no tantas, sino mucho menos, y reunidas ellas en comunidad percibiera por esto utilidad, es consiguiente que el provecho se distribuya por igual entre los sócios, y que no sea procedente la distribución con arreglo á la porción mayor y á la menor. ¿Por qué? Porque ciertamente en los demás negocios, (á saber, en la aportación de cantidades de dinero, ó de ganados, ó aun de lugares terrenos, si así uno lo quisiera), cada cosa, que se lleva á la comunidad, puede ser útil por sí misma, en cuanto lo comporta su naturaleza, á su dueño; pero esto no sucede de igual modo en los predios marítimos, porque no, á la manera que en aquellos, tiene una porción marítima, en sí considerada, lucro peculiar. Porque no siempre la presa se halla en el mismo lugar esperando á los pescadores, y por otra parte, también la porción mayor pareció que sería inútil por la falta de la menor, (¿pues qué uso ó utilidad proviene de cosa imperfecta?), pero como la adición de la menor suple la imperfección, y hace útil lo que por sí no es útil, es consiguiente que le correspondan al dueño iguales partes de utilidad por la porción ciertamente estimada como mayor, pero que sin la aportación de la menor no producía ningún emolumento. Por esto, pues, promulga nuestra majestad imperial también una ley, que en lo sucesivo rija esto con justicia, y estatuímos, que, si se hiciera comunidad de dos porciones marítimas para establecer redes fijas de pescar, y una de ellas fuera mayor, y menor la otra, perciban los dueños de una y de otra porción el lucro con igual distribución.

CONST. CIV

DE PISCATORIIS REMORIS, INTER QUAS LEGITIMUM INTERSTITIUM NON EST

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quoniam in vicinis remoris saepe accidit, ut, quum legitimum intervalli a vicinis modum non servent, contentiones atque lites moveantur, de iis etiam causis statuimus, ut pars in iudicium vocata, quando legitime convicta fuerit, si quidem loci spatium patiatur, statim remorarum translationem instituat, nisi voluerit inscriptionem sustinere, tanquam legis praescriptum despiciens; si vero locus, quo transferatur, non sit, annorum spatium observetur, quibus in loco sub litem vocato remora septum fixum habuit, et si quidem actore praesente, nullamque denunciationem interponente decem annis in possessione fuerit, immota ea eodem in loco permaneat; si vero persona actionem movens peregre fuerit, stationi intactae decennale tempus non sufficiet, sed alterum tantum adnumerari debebit, ut anni computati viginti sint. Sed hoc quidem praescriptum in profanis obtineat. Ecclesiae vero, et monasteria, et si qua alia est venerabilis domus, et quaecunque ad fiscum referuntur, dictum tempus despicient, quum ipsis ad annum quadragesimum iura conserventur. Ita vero de remorarum statione, quae propter temporis longitudinem moveri non possint, sancientes, iubemus locarii lucro actorem non privari, etsi omnino victoriam

CONSTITUCION CIV

DE LAS REDES FIJAS DE PESCAR ENTRE LAS QUE NO HAY EL INTERVALO LEGAL

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Por cuanto muchas veces acontece, tratándose de redes fijas de pescar que están vecinas, que, no guardando la legítima extensión de su intervalo hasta las vecinas, se promueven contiendas y litigios, estatuímos también respecto á estas cuestiones, que la parte llamada á juicio, cuando legalmente hubiere sido convicta, disponga, si verdaderamente lo consintiera el espacio del lugar, inmediatamente la traslación de las redes fijas, á no ser que quisiere soportar acusación, como por despreciar la prescripción de la ley; mas si no hubiera lugar al que se trasladen las redes fijas, obsérvese el número de años que en el lugar puesto en litigio tuvieron las redes cercado fijo, y si verdaderamente estando presente el actor, y no interponiendo ninguna denuncia, hubieren estado en posesión de aquel diez años, permanezcan ellas estables en el mismo lugar; pero si la persona que promueve la acción hubiere estado de viaje, no bastará el tiempo de diez años para que quede intacto el cercado, sino que se deberá añadir otro tanto, de suerte que sean veinte los años computados. Mas esta disposición tenga ciertamente observancia en cuanto á los profanos. Pero las iglesias, y los monasterios, y otra cualquiera venerable casa, y las posesiones

(1) qui, *decía el texto, sin duda por errata.—N. del Tr.*

in lite non reportaverit propter evidentem temporis lapsum.

que se refieran al fisco, no atenderán á dicho tiempo, por cuanto á las mismas se les conservan los derechos hasta el año cuadragésimo. Mas al disponer de este modo respecto al establecimiento de redes fijas, que no se puedan remover á causa de la larga duración de su tiempo, mandamos que el actor no sea privado del lucro del alquiler, aunque de ningún modo haya obtenido la victoria en el litigio á causa del evidente lapso de tiempo.

CONST. CV

SI MAGISTRATUS ALIQUIS RES FISCALES FURATUS ESSE DEPREHENSUS SIT

Laudabilis res est legibus introducta castigatio et poena, quoniam incomposita emendat, et ad mala propensos, ne in illa proruant, invitos restringat; laudabile vero, quando legibus convenientem servat clementiam poena, neque hanc excedere argui potest, neque vero castigandi praetextu crudeliorem se exhibet, quando quidem etiam pater, donec benigne delinquentem filium castigat, et prudentiae, et castigationis nomine laudandus est, ubi vero paterno affectu abiecto non ut patrem decet, sed atrocem in modum poenam filio infligit, nec paterno more castigat, neque quisquam atrocitatem approbat. Sane si leges revera reipublicae parentes sunt, quemadmodum profecto sunt, sequitur omnino, eas pro ratione delictorum poenas etiam constituere debere, nec vero immanem aliquam multumque delicto graviorem poenam imponere. Nam quomodo id legitimae est correctionis, quomodo inde manantis curationis, eum morte puniri, qui cuiquam mortem intulisse convictus non sit? Et medicorum quidem discipuli non simpliciter sectionem membrorum iubent, lex vero, quae medica commiseratione infinito maiorem prae se fert commiserationem, dum illi quidem corporum valetudo finis est, leges vero cum animo etiam corpori beneficia praestant, tantam crudelitatem in eos, quibus mederi vult, exseret? His igitur ita comparatis, placuit nostrae maiestati, ut lex, quae mortem decernit in magistratum, qui res fiscales furatus esse deprehensus sit, neque vero in hunc solum, sed in illos etiam, qui ei socii fuerint, tanquam ab humano et legali ingenio aliena, non amplius in legalibus constitutíonibus locum habeat, neque omnino in usu sit, et ut supervacanea et inutilis abiiciatur. Dehinc vero istiusmodi magistratus pro fiscalis rei furto accusati dignitatis amissionem et eorum, quae subripuerint, dupli restitutionem sentiant, et qui in hoc communicarunt, si quidem divites sunt, eidem poenae subdantur, sin pauperes, flagris caesi et ignominiose tonsi exsulare iubeantur.

CONSTITUCION CV

DE SI SE HUBIERA DESCUBIERTO QUE ALGÚN MAGISTRADO HURTÓ COSAS DEL FISCO

Laudables cosas son el castigo y la pena establecidos en las leyes, porque enmiendan los desarreglos, y contienen á los propensos á lo malo, aun contra su voluntad, para que no se lancen á ello; pero son cosas laudables, cuando la pena guarda la clemencia que conviene á las leyes, y no se puede argüir que ella se excede, ni con el pretexto de castigar se muestra más cruel, puesto que ciertamente también el padre, en tanto que castiga con benignidad al hijo delincuente, es digno de loa por razón tanto de su prudencia, como del castigo; mas cuando prescindiendo del afecto paternal inflige pena al hijo, no como conviene á un padre, sino de un modo atroz, y no lo castiga según la costumbre de un padre, nadie aprueba la atrocidad. Y, á la verdad, si las leyes son en realidad los padres de la república, como ciertamente lo son, es en todo caso consiguiente que ellas también deben establecer las penas á proporción de los delitos, y no imponer pena alguna cruel y mucho más grave que el delito. Porque ¿cómo sería legítima corrección, cómo curación que de ella proviniera, que fuese castigado con la muerte el que no haya sido convicto de haber inferido á otro la muerte? Y ciertamente que los discípulos de los médicos no ordenan sencillamente la amputación de los miembros; ¿y la ley, que hace alarde de conmiseración infinitamente mayor que la conmiseración de los médicos, por cuanto ésta tiene ciertamente como fin la salud de los cuerpos, y las leyes prestan sus beneficios al mismo tiempo que al alma también al cuerpo, mostrará tanta crueldad contra aquellos á quienes quiere curar? Consideradas, pues, así estas cosas, plugo á nuestra majestad, que la ley, que decreta la muerte contra el magistrado, que se descubrió que hurtó cosas del fisco, y no solamente contra él, sino también contra los que fueron cómplices de él, no ocupe ya lugar, ajena al espíritu humano y al de las leyes, entre las constituciones legales, ni esté de ningún modo en uso, y sea rechazada como supérflua é inútil. Pero desde ahora tales magistrados, acusados por hurto de cosa del fisco, sufran la pérdida de su dignidad, y la restitución del duplo de lo que hubieren hurtado, y los que en esto tuvieron participación, si verdaderamente son ricos, sean sometidos á la misma pena, y si pobres, mándese que azotados é ignominiosamente tonsurados vayan al destierro.

CONST. CVI

DE INDOTATIS MULIERIBUS, QUANTUM MARITIS MORTUIS EX IPSORUM BONIS LUCRENTUR

Rem quae aliquo modo absurda et aequitati non consentanea videtur, lata de illa lege ad decentem constitutionem deducere, recte nos facturos arbitramur. Quaenam vero ea res est? Saepe fit, ut

CONSTITUCION CVI

DE CUÁNTO LUCRARÁN LAS MUJERES INDOTADAS, FALLECIDOS SUS MARIDOS, DE LOS BIENES DE ELLOS

Juzgamos que haremos bien, si, promulgando sobre ella una ley, llevamos á conveniente estado cosa que en cierto modo parece absurda y no conforme con la equidad. Mas, ¿qué cosa es esta? Su-

mulieres divitiarum expertes locupletibus viris matrimonio iungantur; hae illis defunctis provenientem ex ipsorum bonis portionem (provenit autem, si quidem pauciores quatuor liberi sint, consonans cum numero eius portio, si vero plures, unius tantum filii) non in perpetuum dominium, neque ut de illa testari possint, accipiant, sed ad vitae dies usumfructum solum, et inde vitae sustentationem. (1) Ipsa vero vita decedente, in liberos huius portionis dominium tranfertur, illis rebus tanquam suis utendi potestate non concessa, nisi nulli liberi supersint, et ex hoc infortunio illarum rerum dominio gaudeat, ut haud sciam utrum mulier fructum ventris videre optet, an eum non nasci flagitet, quo ita devolvendae ad ipsam portionis domina fiat. Hanc vero absurditatem imperatoria nostra maiestas corrigens sancit, istius portionis dominium mulierem intactum habere, et uti ipsi placuerit de illa statuere, nullo alio liberis competente, quam quod ex Falcidia ipsis debetur, scilicet si priorum nuptiarum mater non obliviscatur, neque inducto altero marito priori toro honorem non servaverit, dum, si hoc contingat, a nobis converso dominio omnino excidet, et liberi, matre iam fato functa, rerum domini fient.

cede muchas veces, que mujeres que no tienen riquezas se unen en matrimonio con maridos ricos; fallecidos éstos, no reciben ellas en perpétuo dominio, ni de modo que de ella puedan testar, la porción proveniente de los bienes de los mismos, (y proviene, si verdaderamente fueran menos de cuatro los hijos, una porción en consonacia con su número, y, si más, solamente la de un hijo), sino solo el usufructo por los días de su vida, y de aquí el substento de la vida. Pero falleciendo ellas, se les transfiere á los hijos el dominio de esta porción, no concediéndoseles á aquellas facultad para usar de los bienes como suyos, sino si no sobrevivieran ningunos hijos, y por virtud de este infortunio se regocijaran con el dominio de aquellos bienes, de suerte que no sé si la mujer optará por ver fruto de su vientre, ó si deseará que no nazca éste, para de este modo hacerse dueña de la porción que haya de volver á ella misma. Mas, corrigiendo nuestra imperial majestad este absurdo, manda que la mujer tenga intacto el dominio de esta porción, y disponga de ella como á ella misma le pluguiere, sin que á los hijos les competa ninguna otra cosa más que lo que á los mismos se les debe por razón de la Falcidia, por supuesto, si la madre no se olvidara de las primeras nupcias, ni habiendo introducido otro marido no guardare honor al primer lecho conyugal; de suerte que, si esto aconteciera, perderá en absoluto el dominio constituído por nosotros, y los hijos, habiendo ya fallecido la madre, se harán dueños de los bienes.

CONST. CVII

UT ACTOR ANTE LITIS CONTESTATIONEM PORRECTO LIBELLO IUDICI FIDEM SUAM PROBET

Optimum est omnia, si quae honesta vitaeque humanae utilia sunt, a senio libera ac semper viridia permanere, neque unquam eorum utilitatem deficere; igitur si contingat, quod saepe contingere solet, eo neglecto utilitatem deperire, eos tamen, qui curam bonorum humanorum gerunt, decebat, ne id, quod per se utilitatem vitae praebeat, restituere negligant. Eapropter etiam nostra maiestas legem quandam rebus quidem utilissimam, nunc vero velut obsoletam et ne inutilis fiat periclitantem ad pristinum robur reducens, senii incommodum aufert, et ad primitivum usum reique publicae utilitatem eam renovat. Lex autem statuit de illis, qui criminum accusationes movent, ut hi, priusquam ad inquisitionis modum deveniatur, de suo instituto iudici fidem faciant scripta declaratione, se neque dolo malo adversarium inquietare, neque alio iudicio condemnatos esse, neque in praesens se scire id ipsum nullum ad tribunal aditum habere, sed maligno consilio adversario negotia facessere, neque mendaciis veritatem intervertere conaturos se esse. Haec quidem legis praescripta sunt, et recte se habent, et transgressori poena infligebatur. Neque vero huic soli, sed causarum etiam patronos similiter lex diiudicabat. Sed hanc quemadmodum dixi ut deperditam, et prorsus inutilem redditam, imperatoria nostra maiestas et ad pristinam vim reducit, et in rem publicam reditum ei donat, et sancimus, eos, qui dehinc accusationem in iudicium introducere velint, ante introitum legis praescripta observare.

(1) sustentionem, *decía el texto, sin duda por errata.—N. del Tr.*

CONSTITUCION CVII

DE QUE ANTES DE LA CONTESTACIÓN DE LA DEMANDA PRUEBE EL ACTOR SU FE HABIENDO PRESENTADO LIBELO AL JUEZ

Es lo mejor, que todo lo que es honesto y útil para la vida humana permanezca exento de vejez y siempre vigoroso, y que nunca falle su utilidad; así, pues, si aconteciera, lo que muchas veces suele acontecer, que, descuidado aquello, se pierde su utilidad, convendría, sin embargo, que los que cuidan de los bienes humanos no dejaran de restablecer aquello que por sí mismo presta utilidad á la vida. Por esto también nuestra majestad, volviendo á su primitivo vigor cierta ley verdaderamente utilísima, pero ahora así como envejecida, y en peligro de ser hecha inútil, le quita el inconveniente de su vejez, y la renueva para su primitivo uso y para utilidad de la república. Mas determinó la ley respecto á los que promueven acusaciones criminales, que éstos, antes que se llegue al trámite de indagación, le acrediten al juez respecto á su intento, en declaración escrita, que ellos ni inquietan con dolo malo á su adversario, ni fueron condenados en otro juicio, ni saben ellos al presente que la misma cosa haya sido presentada al tribunal, y que con mal designio promuevan cuestiones al adversario, y que no habrán de intentar confundir con mentiras la verdad. Estas son ciertamente las prescripciones de la ley, las cuales son acertadas, y al transgresor se le infligía pena. Pero no á éste solo, sino que del mismo modo juzgaba la ley también á los defensores de las causas. Mas á ella, según he dicho, que se hallaba como perdida y enteramente inútil, la restablece nuestra majestad imperial en su primitiva fuerza, y le da reingreso en la república, y mandamos, que los que desde ahora quieran presentar acusación en juicio observen antes de la presentación las prescripciones de la ley.

CONST. CVIII

DE EO, QUI AD PRIMAM DENUNCIATIONEM IUDICIO SE NON SISTIT

Neque illud neglectum et contemtui habitum relinqui incorrectum fas est, sed conveniente auxilio potiri dignum, quod negotiis humanis multam utilitatem praebeat. Itaque similiter etiam huius innovationem constituentes, quemadmodum illius partis, quae litem instituere volentibus formam praescribit, sancimus, eum, qui semel iudiciali citatione in ius vocatus neque ipse pareat, neque qui pro ipso iudicium suscipientem mittat, deinde secunda denunciatione dignum haberi, (1) si vero huic non obtemperet, neque tertia indignum censeri, et in tantum iudiciali clementia ipsum prosequente, si ipse etiam tertiam citationem despiciens appareat, et quum nulla iusta causa comparitionem eius impediat, neque per se, neque per aliam personam ad iudiciale tribunal stiterit, tunc omnino etiam absente eo condemnatoriam sententiam procedere, et nequaquam deinceps quocunque modo vel quaestionem movere, vel condemnationem subterfugere ipsi permitti. Hoc vero praeceptum in utrumque litigatorem statuimus, sive quis in ius vocatus comparere negligat, sive quis actionem instituerit, et adversarium ad iudiciale tribunal deduxerit, tunc post deductionem ab intentata actione dolo malo desistat, incommodum inde reo machinans et protelationem finis iudicii. Etenim hic quoque, ubi ter a iudice citatus fuerit et non paruerit, absens etiam condemmabitur, si nulla alia iustae excusationis causa adsit, quae illum, qui se in iudicio non obtulit, recte defendere possit.

CONSTITUCION CVIII

DEL QUE Á LA PRIMERA INTIMACIÓN NO COMPARECE EN JUICIO

Tampoco es procedente que esto, que se tuvo descuidado y en menosprecio, sea dejado sin corrección, sino que es digno de conveniente auxilio, porque presta mucha utilidad para los humanos negocios. Y así, haciendo, á la manera que de aquella parte que prescribe forma á los que quieren promover litigio, del mismo modo la reforma también de ésta, mandamos, que el que llamado una vez á juicio por citación judicial no comparezca por sí mismo, ni envíe quien por él acepte el juicio, sea después considerado digno de segunda intimación, y, si no obedeciera á ésta, no sea juzgado indigno de la tercera, y si, persiguiéndolo de tal modo la clemencia judicial, apareciera que él menosprecia también la tercera citación, y no impidiendo ninguna justa causa su comparecencia no hubiere comparecido por sí, ni por medio de otra persona, en el tribunal judicial, en este caso sea de todos modos procedente sentencia condenatoria aun estando él ausente, y de ninguna manera se le permita en lo sucesivo promover de un modo cualquiera la cuestión, ó eludir la condenación. Mas este precepto lo establecemos contra ambos litigantes, ya si dejara de comparecer el llamado á juicio, ya si el que hubiere entablado la acción, y hubiere llevado á su adversario al tribunal judicial, desistiera entonces, después de haberlo llevado, con dolo malo de la acción intentada, maquinando con esto molestia para el reo y el alejamiento del fin del juicio. Porque también en este caso, cuando hubiere sido citado tres veces por el juez y no hubiere comparecido, será condenado aun estando ausente, si no hubiera ninguna otra causa de justa excusa, que con razón pueda defender al que no se presentó en el juicio.

CONST. CIX

NE INTRA SEPTIMUM AETATIS ANNUM SPONSALIA INEANTUR, NEQUE ANTE DECIMUM QUINTUM MARIBUS AUT DECIMUM TERTIUM FEMINIS MATRIMONIUM CONSECRETUR

Quum suum cuique rei tempus esse Sapiens tradat, idque communis omnium, qui modo mentis compotes sunt, sententia et amplectatur, et probet, bonum est maxime quidem in omni negotio tempus servare, si vero alibi, in contrahendis certe matrimoniis non negligere. Oportet enim, quo res in communi vita magis necessaria est, eo magis prudente cautione ad illam procedere. Eapropter nos secundum veteres, qui recte sentientes hac de re lege statuerunt, sancimus, ut nullatenus ante septimum aetatis annum sponsalia constituantur neque matrimonium, si sponsa duodecimum, sponsus vero decimum quartum annum nondum impleverit, sacris caerimoniis confirmetur. Sed hoc quidem quoad communem publicumque reipublicae usum prohibetur, verum si Imperator, ut saepe accidit, familiam quandam conficiens, et sponsalia, et cum consecratione, quae peragenda est desponsatis, coniunctionem intra praestitutos annos sibi decernat, id nihil legi adversabitur. Licet enim

CONSTITUCION CIX

DE QUE NO SE CONTRAIGAN ESPONSALES DENTRO DE LOS SIETE AÑOS DE EDAD, NI SE CONSAGRE MATRIMONIO ANTES DEL DÉCIMO QUINTO PARA LOS VARONES, Ó DEL DÉCIMO TERCERO PARA LAS HEMBRAS

Por cuanto el sabio dice que cada cosa tiene su tiempo, y esto lo acepta y lo aprueba el común sentir de todos los que están en su sano juicio, es, á la verdad, bueno observar en todo negocio muy principalmente el tiempo, y, si en algunos casos se desatiende, no desatenderlo ciertamente al contraerse los matrimonios. Porque es menester, que, cuanto más necesaria es una cosa en la vida común, con tanta más prudente caución se proceda á ella. Por esto nosotros mandamos, de conformidad con los antiguos, que juzgando con acierto determinaron sobre este asunto por medio de una ley, que de ninguna manera se contraigan esponsales antes del séptimo año de edad, ni se confirme con las sagradas ceremonias el matrimonio, si la esposa no hubiere cumplido todavía el duodécimo año, y el esposo el décimo cuarto. Mas esto ciertamente se prohibe en cuanto al uso común y público de la república; pero si el Emperador, como muchas veces acontece, al constituir cierta familia decretara para

---

(1) habere, *decía el texto, indudablemente por errata.—N. del Tr.*

iis, quibus deus terrestrium rerum administrationem demandavit, superioribus esse lege, quae subditos devincit.

sí los esponsales, y con la consagración, que se ha de hacer á los desposados, su unión dentro de los años prefijados, esto en nada se opondrá á la ley. Porque les es lícito á aquellos, á quienes Dios encomendó la administración de las cosas terrenales, ser superiores á la ley que sujeta á los súbditos.

CONST. CX

UT MULIER SOLUTO MATRIMONIO DESCRIPTIONEM FACIAT DOTIS SUAE ET PROPTER NUPTIAS DONATIONIS, ET RELIQUAE OMNIS MARITI SUBSTANTIAE, ET EA PROLATA RESARCIRI SIBI POSTULET, SI QUID DAMNI IN REBUS SUIS A MARITO SE PASSAM DICAT, SINE DESCRIPTIONE AUTEM EVIDENTEVE PROBATIONE NIHIL PETAT AUT PETENDO ACCIPIAT

Quum praeter alia, quaecunque recte a veteribus de matrimoniis tractata sunt, huic quoque parti satis prospectum sit, ut nempe mulier soluto matrimonio non quoquo modo res maritales percipiendas et detinendas usurpet, sed si de illis controversia moveatur, prius publice confectam (1) post mortem mariti de dote sua, et donatione propter nuptias, et reliqua maritali substantia descriptionem exhibeat, et si quid ex illa a marito consumtum esse appareat, eius complementum ex illius bonis quaerat, quum hoc igitur ut iustum erat a veteribus constitutum sit, nunc vero eius nulla ratio habeatur, quoniam veterum prudentiae utilitatem conservandam ducimus, illorum sanctionem renovantes statuimus, dehinc omnimodo descriptiones dotis, et propter nuptias donationis, et reliquae omnis maritalis substantiae mulieribus curae esse, ut, si quando uxor ad talem malignitatis speciem adigatur, et ad deminutionem rerum maritalium propter eas, quae ipsi competunt, procedere velit, ex illa descriptione sive probatione petitionis ius cognoscatur, collatis eo modo coniugis bonis, si ab illo eorum, quae descriptione comprehensa sunt, deminutio facta esse videatur; citra illam testificationem autem neque petitionem locum sibi invenire, neque malitiose petentem vel iudicium obtinere, vel quidquam eorum, quae petita sunt, consequi. Tempus vero descriptionis conficiendae statuimus, ut intra tres menses fiat, et mulctam procedere, qualis a veteribus in tutores constituta est.

CONSTITUCION CX

DE QUE, DISUELTO EL MATRIMONIO, HAGA LA MUJER INVENTARIO DE SU DOTE Y DE LA DONACIÓN POR CAUSA DE LAS NUPCIAS, Y DE TODOS LOS DEMÁS BIENES DE SU MARIDO, Y PRESENTÁNDOLO PIDA QUE SE LE RESARZA, SI DIJERA QUE POR PARTE DE SU MARIDO SUFRIÓ ALGÚN DAÑO EN SUS PROPIOS BIENES, PERO SIN EL INVENTARIO Ó SIN EVIDENTE PRUEBA NO PIDA NADA, Ó, PIDIÉNDOLO, NO LO RECIBA

Como además de las otras cosas, de que con acierto se trató sobre los matrimonios por los antiguos, se proveyó suficientemente también sobre este particular, a saber, para que, disuelto el matrimonio, la mujer no reclamara de cualquier modo para recibirlos y retenerlos los bienes del marido, sino que, si sobre ellos se promoviera controversia, exhibiese primeramente el inventario hecho públicamente, después de la muerte de su marido, de su propia dote y de la donación por causa de las nupcias, y de los demás bienes de su marido, y, si apareciera que de aquélla se consumió alguna cosa por el marido, reclamase su complemento de los bienes de él; como esto, repito, fué establecido según era justo por los antiguos, pero en la actualidad no se tenía de ello ninguna cuenta, y hemos considerado que se debía conservar esta cosa útil de la sabiduría de los antiguos, renovando la disposición de ellos mandamos, que en lo sucesivo tengan de todos modos las mujeres á su cuidado los inventarios de la dote, y de la donación por causa de las nupcias, y de todos los demás bienes de sus maridos, de suerte que, si alguna vez la mujer se dejara llevar á esta especie de maldad, y quisiera proceder á disminuir los bienes de su marido á causa de los que á ella misma le competen, se conozca por aquel inventario ó prueba el derecho de su petición, colacionándose de este modo los bienes del cónyuge, si pareciera que por él se hizo disminución de los que fueron comprendidos en el inventario; pero que sin este testimonio no haya lugar á la petición, ni obtenga juicio la que pide maliciosamente, ni consiga cosa alguna de las que se pidieron. Mas fijamos tiempo para hacer el inventario, á fin de que se haga dentro de tres meses, y sea procedente la misma multa, que por los antiguos se estableció contra los tutores.

CONST. CXI

UT, SI UXOR MENTE CAPIATUR, IDQUE NEQUE DOLO MARITI, NEQUE IPSO CONSCIO, ALIORUM MALEFICIO FIAT, ET ULTRA TRES ANNOS ID MALUM DURET, MATRIMONIUM DIRIMATUR, ALIAMQUE UXOREM DUCERE MARITO LICEAT, QUAM VELIT

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quod nihil quidem ita vitae humanae exstitit ne-

CONSTITUCION CXI

DE QUE SI LA MUJER ENLOQUECIERA, Y ESTO SUCEDIERE SIN DOLO DEL MARIDO, NI, SABIÉNDOLO ÉL, POR MALEFICIO DE OTROS, Y EL MAL DURARA MÁS DE TRES AÑOS, SE DISUELVA EL MATRIMONIO, Y LE SEA LÍCITO AL MARIDO CASARSE CON OTRA MUJER, QUE ÉL QUIERA

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Que nada hay ciertamente tan necesario para la

(1) confectum, *decía el texto, sin duda por errata.— N. del Tr.*

cessarium, quam quod ex costa viro attributum est adiumentum, et qui ab initio formam condidit artifex docuit, et ipsa natura divino documento attestatur. Hoc vero cum ita necessarium sit, decebat etiam legis providentiam, et si qua aliunde cura mortalium rebus succurrit, talia de re illa cogitare et statuere, quae per omnem vitam illis, qui coniugio uniti sunt, auxilio gaudioque sint, et ab initio propositum coniugii finem confirment, nec vero contra perniciem, et miseriam et perpetuum per vitam moerorem afferant. Si ergo coniugium tale esse oportet, quemadmodum etiam oportet, non suscipienda mihi illa lex videtur, quae, si post initum matrimonium in furorem uxor inciderit, maritum tanto malo perpetuo iunctum esse, et furoris incommodum semper ferre cogit. Quomodo enim rationabile, quomodo receptione vel convictus coniugalis sollicitudine dignum, ut per totam vitam maritus insanienti uxori alligetur, eiusque vesania conficiatur? Si enim nullus adeo inhumanus est, ut vel momento quemquam cum bestia simul includere sustineat, quam legis humanitatem illa lex habet, quae perpetuo efferatae furore coniugi cohabitare maritum iubet? Sed dicunt, quod per coniugium in unum corpus coierunt, et oportet membrum alterum alterius morbos perpeti, et, ut divinum praeceptum vult, non separari, quos deus iunxerit. Praeclara quidem haec, quae ut divina a deo pronunciata sunt, non praeclare vero neque secundum divinum propositum opponentes hic eorum obiectionem instituunt. Nam si quidem matrimonium talem statum servaret, qualem ab initio paranymphus exhibuit, quisquis separaret improbus esset, neque reprehensionem effugeret; si vero quum prae furore ne vocem quidem humanam a muliere audias, nedum aliud quidquam eorum obtineas, quae ad hilaritatem matrimonium largitur, quis adeo acerbum horrendumque matrimonium dirimere nolit? Propterea sancimus, ut, si quando post initum matrimonium mulier in furorem incidat, usque ad tertium annum infortunium maritus ferat, et moestitiam toleret, et si in eo temporis spatio ab isto malo non liberetur, neque ad mentem redeat, quae furore insanit, tunc matrimonium divellatur, et maritus ab intolerabili illa calamitate exoneretur. Cui sanctioni hoc adiicimus, ut furoris causa investigetur, e exquiratur, num forte aut mariti, aut familiaritate ei iunctorum, aut aliorum quorundam dolo illatus videatur, ut si tale quid esse deprehendatur, si mariti maleficio, eum poenae nomine in monasticam vitam detrusum et invitum monasterio inclusum nequitiam suam luere, et mananti ex sacris canonibus animae curationi subiectum esse, decernamus, si vero a cognatis ipsius damnum datum sit, aut aliunde, et ipso conscio marito.....

